Sque ad legē enim peccatuz erat in mundo. Peccatum autem nō imputabatur cum lex non esset. sed regnauit moz̄s ab adam vsq̄ ad moysen: etiā in eos qui non peccauerunt in similitudinez p̄uaricationis ade. qui est forma futuri.

Post̄q̄ aplus ostēdit originē pec̄ī et mort̄s siue ingressuz vtriusq̄ in mūduz: hic manifestat qō dixerat .v. primo manifestat ip̄m dictū. scōo manifestat similitudinē quā innuebat dicens ibi. Propterea sicut .vt. tercio exponit similitudinē ibi. Qui est forma futuri .vt. Dixerat autez q̄ peccatum et moz̄s in oēs trāsierunt et hoc ꝺēm ꝼm expositionem aug̃s. manifestare intendit p̄ hoc q̄ etiam sub lege peccatū remansit quasi lege illud excludere non valente. Circa qō duo facit. primo manifestat ꝓpositū ąntum ad peccatum. scōo quantum ad mortē ibi. Sed regnauit .vt. Circa primum duo facit Primo ostendit peccatuz fuisse etiaz sub lege. scōo quid circa peccatū lex fecit ibi. Peccatū aūt .vt. Dicit ergo primo dictū est q̄ omnes peccauerūt in adā qz nec etiā lex pec̄ī abstulit. Usq̄ ad legē id ē etiā sub lege. vt ly vsq̄ teneat̄ inclusiue Pec̄m erat ī mūdo/qō ꝺēm pōt intelligi et de lege nature .v. de lege moysi. siue .v. de pctō actuali .v. de pctō originali. Peccatū em̄ originale erat in puulo vsq̄ ad legem nature. id est vsq̄ ad vsum rationis p̄ quem homo huiusmodi leges aduertit pō. In peccatis cōcepit me mater mea. Nec tm̄ cessat hoc peccatū lege naturali aduenīēte in hoīe. sed magis excrescit p̄ additionem pec̄ī actualis qz vt dicit eccl̃s. 7. Non ē homo iust9 in terra q̄ faciat bonū .vt. Sed si intelligam9 de lege moysi. tunc q̄ dicitur peccatū fuisse in mūdo vsq̄ ad legem. potest intelligi nō solū de originali sed etiam ō actuali. quia et ante legem et sub lege peccatū vtrūq̄ remansit. puer. 20. Quis potest dicere mūdū est cor meū. Quāuis aūt lex pec̄ī nō auferret: peccati tm̄ cognitionez fecit qō antea non cognoscebatur. Unde subdit. Peccatum aūt nō imputabatur. Qō quidē planū est si intelligatur de lege naturali. Quāuis em̄ peccatū originale sit in paruulo ante legem naturalem et reputet̄ ei a deo: non tamen imputatur ei apud hoīes. Si aūt intelligatur de lege moysi planū ē ąntū ad aliq̄ pcta actualia q̄ nō ip̄utabantur ante legem sicut illa que specialiter sunt per legē ꝓhibita. q̄ hoīes peccata nō reputabāt sicut qō dicit exo. 20. Non cōcupisces .vt. Imputabant tamē q̄ dā peccata put erāt cōtrā legem nature. Ut̄ et genē. 39. Joseph legitur in carcerē missus ꝓpter adulteriū sibi impositū ¶ Cō sequēter agit de morte dicēs. Quāuis peccata ante legē nō imputarētur tamē moz̄s scz spūalis id est peccatum vt eterna damnatio de qua dicitur in pō. Moz̄s peccatoruz pessima. regnauit id ē potestatē suā exercuit in hoīnes ducēdo eos in dānationez ab adam p̄ quē pec̄m intrauit in mundum. vsq̄ ad moysen. sub quo data est lex. Jo. 1. Lex p̄ moysen data est. non solum in eos q̄ peccauerunt actualiter sed etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinē p̄uaricationis ade q̄ actualiter peccauit. osee. 6. Ipsi aūt sicut adā trāsgressi sunt pactuz .vt. vsq̄ ibi. Prouaricati sunt in me quia etiam pueri damnationē incurrebāt. Potest etiā et sub hoc sēsu itelligi de morte corpali p̄ quā manifestat̄ pec̄m fuisse etiaz cū nō imputabat̄ ꝺēm dicat. pec̄m aūt nō imputabat̄ ante legē sz ex hoc ꝺēm ꝺēdit fuisse qz regnauit moz̄s scz corpalis. pro q̄ ꝺē aliōs passiones inducendo puta famem et sitim. et egritudinem. et tandem totaliter dissoluendo. etiam in eos qui nō peccauerūt in similitudinem p̄uaricationis ade. id est in pueros qui non peccauerunt actualr. quoniā etiā ipi mortem corpalē antea .v. postea patiunt̄ ꝼm illō pō. Quis ē homo qui .vt. Ambr̄osius autē aliter ista verba exposuit scz de peccato actuali tantum et de lege moysi. Et ꝼm euz inducuntur hec verba ad manifestandum q̄ per primū parentem peccatū in hunc mundū intrauit et in omnes transiuit. vsq̄ enim ad legem id est ante legem moysi peccatū erat in mundo scz pec̄m actuale. Noīes enim multiplicit̄ peccabāt contra legē nature. Unde dicit̄ genē. 13. Noīes sodomite pessimi erant. peccatum aūt nō imputabatur cū lex non esset qō est intelligendum nō quin imputaret̄ ąsi puniendus apud hoīes cū q̄dā legantur ante legem puniti ab hoībus ꝓ peccatis. vt patet genē. 39. et. 4. Sed nō iputabat̄ ąsi a deo puniēdū. Tunc enī nō credebāt hoīes q̄ ꝺē hūana facta vel puniret vel p̄miaret. ꝼm illō /Job. 22. Circa cardines celi pambulat nec nr̄a cōsideret. Sz postea lege diuinitus data innotuit qz peccata imputantur a deo ad penā et nō solum ab hoībus. Et ideo qz homines nō credebāt se puniendos a deo p̄ pec̄is. libere et absq̄ freno peccabāt vbi humanū iudicium nō timebāt. Et ideo subdit. Sed moz̄s id est pec̄m regnauit id ē oīmodā suam potestatem exercuit ab ada vsq̄ ad moysen exclusiue. Nam p̄ moysen data est lex que incepit regnuz peccati diminuere. incutiens timorem diuini iudicij. ꝼm illud deu. 5. Quis det eos talem habere mentē vt timeant me et custodiant vniuersa mādata mea? Regnauit in q̄ peccatum vsq̄ ad moysen nō tamē in omnes sed ī eos qui peccauerunt in similitudinem p̄uaricationis ade. Dicit enim ambr̄osius in antiquis libris nō inueniri hāc negationē. non. Unde credit a corruptorib9 appositum. Adam quippe magis credidit p̄missioni diaboli q̄ commonitioni diuine. vt patet genē. 3. Et ita qudāmodo diabolum pretulit deo. Sic igitur in similitudiē p̄uaricationis ade p̄uaricantur ydolatre qui relicto dei cultu diabolum colūt. In tales ergo moz̄s id ē peccatū totaliter regnauit. quia eos oīo possedit. Fuerunt aūt ante legē moysi viri dei cultores q̄ et si peccarent nō tamē peccatum in eis regnabat qz non totaliter eos a deo sepabāt. sed peccabant sub deo id est sub fide vnius dei etiā si peccarēt mortaliter vel sub caritate dei cum peccabant venialiter. Ex vtraq̄ harum expositionū potest cōflari tertia q̄ magis videtur ad intentionē ap̄li ꝓtinere. Dixerat enim q̄ ꝓ vnū hoīem peccatū in hūc mundum intrauit et quia peccatū est transgressio legis diuine. posset alicui videri q̄ hoc nō esset verū quantum ad tempus ante legem p̄sertim cū supra quarto dixerit. Ubi nō ē lex nec p̄uaricatio. Et ideo posset aliquis credere q̄ non p̄ vnum hominem peccatum in mūdum intrauit sed magis per legem. Et ideo ad hoc excludendū dicit. q̄ vsq̄ ad legem id ē tēpus ante legem pec̄m erat in mūdo. et originalē et actuale. non tm̄ erat peccatū cognituz. p̄sertim ąsi a deo puniēdum. Et hoc ē qō subdit. Peccatū aūt nō imputabatur scz q̄si contra deum existens. cū lex scz diuinitus data nō esset. Fuerunt enim aliqui vt phūs dicit in quīto ethi. q̄ crediderunt q̄ nihil est iustū naturaliter .v. p̄ cōsequēs nec iniustum. sed p̄ solā positionē legis humane. Et ꝼm hoc non imputabat̄ aliqō pec̄m ąsi cōtra deum existēs. et p̄cipue peccatū originale id est nō cognoscebat̄. Sed q̄ ista reputatio hoīm esset falsa ēndit̄ per effectum qz moz̄s corporalis regnauit ab adam p̄ quem intrauit originale pec̄m in mundū vsq̄ ad moysen sub quo data fuit lex. et ita cum moz̄s sit effectus peccati p̄cipue originalis. manifestum est q̄ ante legem fuit peccatū originale in mundo. Et ne aliquis dicat q̄ moziebantur ꝓpter peccata actualia. ad

hoc excludendū dicit q regnauit etiam in eos q̄ non peccauerunt ꝓprio actu scz pueros et etiā i iustos q̄ nō peccauerūt mortaliter q̄ tū peccauerunt in ꝓprio hoīe vt supra dictuz est. Et ideo subdit. In similitudinē preuaricationis ade ingntum similitudinē illius pctī traxerunt p originē simul cū similitudine nature. q̄si dicat q moriebātur ablq; ꝓprio peccato: demōstrat q i eis erat diffusa similitudo peccati ade p originē. Et hoc est qđ aplus manifestare intēdit scz q p adam peccatū originale in mūdum intrauit. ¶ Deinde cū dicit. Qui est forma futuri ꝛc. exponit similitudinem que intelligebatur in aduerbio. sicut. Uñ dicit. qui scz adam est forma id ē figura quedā futuri id ē xpi tamē p cōtrariū. Nam sicut p adam peccatum ⁊ mors in mūdum intrauit: ita p xpm intrauit iusticia et vita. 1. cozin. 15. Primus homo de terra terrenus. scōus ō celo celestis. Sunt aūt et alie similitudines inter xpm et adaz q scz sicut corpus ade formatū sine coitu ita ⁊ corpus christi de virgine et sicut de latere dormientis sumpta est mulier ita ex latere xpi dormientis in cruce fluxit sanguis ⁊ aqua vt dicitur Joh. 19. que significat sacramenta quibus est formata ecclesia.

Lectio quinta.

Sed non sicut delictum ita et donuz. Si enim vnius delicto multi mortui unt: multo magis gratia dei et donum in gratia vnius hois iesu christi in plures abundauit Et nō sicut per vnum peccatum ita et donum Nam iudicium quidez ex vno in cōdemnationem. gratia autez ex multis delictis in iustificationem. Si enim vni⁹ delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratie et donationis et iusticie accipientes in vita regnabūt per vnum iesum xpm Igitur sicut per vni⁹ delictum in omnes homines in condēpnationem: sic et per vni⁹ iusticiam in oēs hoies in iustificationem vitē Sicut enim per inobedientiam vnius hois peccatores constituti sunt multi: ita et per vnius obeditionē iusti constituentur multi.

Postq̄ aplus posuit ingressū peccati in hunc modum: hic agit de ꝓgressu gre abolentis peccatū. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quō per xpi grām remotū est pctm qđ p vnū hoiem in mūdum intrauit. scōo ostēdit quomō per gratiā xpi peccatū est remotum qđ lege aduenīēte superhabūdauerat ibi. Lex aūt subintrauit ꝛc. Ostēdit autem q per gratiam xpi remouet peccatū p adam introductum in mūdum. cōparādo gratiam xpi peccato ade quia scilcz plus potest gra xpi i bono q̄ pctm ade in malo. Et circa hoc duo facit. primo ponit cōparationem eax q̄ntuz ad effectus ibi. Et nō sicut p vnum ꝛc. Circa primuz duo facit. primo ꝓponit cōparationē. scōo manifestat eam ibi. Si enim vnius ꝛc. Dicit ergo primo. Dictū est q adā est forma futuri. Sed non sicut delictum ꝛc. Quasi dicat. non est estimandum q tante efficatie sit delictuz ade quāte ē gre donū xpi. Cui⁹ ratio ista qz peccatū ꝓcedit ex infirmitate volūtatis humane. gratia aūt ꝓcedit ex immensitate bonitatis diuine quā manifestū est voluntati humane prefertiz infirmē preferri. Et ideo virtus gratie dei excedit omne pctm̄ Et ideo dicebat dauid. Miserere mei deus scōm magnam miſicordiā tuaz. Et ꝓpter hoc iuste reprobat verbum cayn gen. 4 dicentis. Maior est iniquitas mea ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Si enim vnius ꝛc. manifestat qđ dixerat scz q donū gratie dei excedit delictū ade dicens. Si enī delicto vnius scz ade multi mortui sunt id est si ex delicto ade peccatū et mors trāsiuit in multos alios. qz in omnes q̄ in eo peccauerunt. multomagis gratia dei et donum id ē gratuitū dei donū. vt ly. ⁊ expositiue teneatur. Al' gratia dei refert ad remissionē peccati. supra eodē. Justificati gratis p gratiz ipsi⁹ ꝛc. Donū aūt refert ad bona supaddita vltra remissionem pctōz vt dicit in pō. scōm aliam litterā. Dedit dōs dona hominibus multo inq̄ magis huiusmodi gratia et donū abundauit in plures id est in multos. Quanto enim aliquid est potentius tanto magis se potest ad multa extendere. Peccatum autem ade ad multos se extendit qđ ꝓbatur per mortē. Unde signāter dicit q vnius delicto multi mortui sunt. Mors enim argumentum est peccati originalis vt. s. dictum est ade Manducāq; die comederis ꝛc. Gratia dei que ē fortior multo ampli⁹ ad multos extenditur. heb. 2. Qui multos filios in gloriam adduxit. Notandū est aūt q dicit. abūdauit. qz non solum gra dei ꝓcessit in multos ad deletionem peccati p adam inducti. sed etiam ad peccata actualia delēda ⁊ multa alia bona cōsequēda. 2. cozi. 9. Potēs est autē dōs omnē gratiā babūdare facere in vobis. Sic enim peccatū ex vno hoie habundauit in multos ex primo suggestione diaboli ita et gratia dei p vnuz hominē ꝓcessit ad multos. Unde signāter addit. In gra id est p gratiā vnius hominis iesu xpi. Sic enim a deo gra in multos effunditur: vt eam p xpm accipiant in quo oēs plenitudo gratiarum inuenit fm illud. Jo. 1. De plenitudine eius oēs accepimus gratiam p gra. Sic aūt legēda est littera fm expositionem aug. vt hoc quod dicit plures. non accipiatur cōparatiue sed absolute. et ita vult q attendatur cōparatio q̄ntū ad hoc q si delictū vnius ade ꝓcessit in multos. multomagis gra vnius xpi in multos. Sed fm ambrosium ly. plures accipitur cōparatiue vt sit sensus q delicto id ē peccato actuali vnius scz ade multi nō oēs mortui sunt scz morte peccati imitando scz peccatū ipius ade p ydolatriā. vt supra expositū est Sap. 13. dicitur de ydolatris. Infelices aūt sunt et inter mortuos spes eoz. Et multomagis gratia dei habundauit in plures scz q̄ in ydolatris qui peccauerunt in similitudinem ade. qz nō solum eox peccata tolluntur p gratiā xpi: sed etiā pctā eox qui in fide vnius dei pmanserunt. Mih. vltio Deponet iniq̄tates nras ⁊ ꝓjciet oīa peccata nra. ¶ Deinde cum dicit. Et nō sicut ꝛc. comparat xpi gratiam pctō ade q̄tū ad effectum qz nō solum vtrūq; in multos redundat. sed etiā maiorē effectū habet gratia xpi q̄ pctm ade. Et circa hoc tria facit. primo ꝓponit qđ intēdit. scōo māifestat p positū ibi. Nam iudiciuz ꝛc. tertio ꝓbat ibi. Si enī vni⁹ ꝛc. Dicit ergo primo. Nō solū hoc dictuz est scz q christi gra magis abūdat in multos q̄ peccatū ade sed etiam in eis maiorem effectuz facit. Et hoc est qđ dicit. Et nō sicut p vnū pctm ita et donū Quasi dicat. Nō tant⁹ effect⁹ seq̄tur p vnum pctm ade in multis q̄tus cōsequitur in multis p donū gre xpi. Potētiozis enī cause potētior est effect⁹ Uñ cū dictum sit gratiam esse potentiorem q̄ pctm ade. ꝓsequēs est q maiorē effectū efficiat. ¶ Deinde cū dicit Naz iudiciū ꝛc. manifestat qđ dixerat dicēs. Nā iudiciū .i. diuina punitio ꝓcedit qdem ex vno scz pctō primi parentis in cōdēnationez scz oīm hominū qz in illo peccāte peccauerunt. fm illud qđ supra dictū est q mors in oēs ꝑransijt in quo omnes peccauerūt. gra aūt dei que datē p xpm ꝓcedit ex multis delictis id est nō solū ex illo vno

originali sed etiam ex multis actualibus. In iustificationem id ē pfectaz emundationē .1.cor.6. Et hoc quidem fuistis aliquando sz abluti estis sed sanctificati estis sed iustificati estis. ¶ Deinde cū dicit. Si enīz ex vni⁹ ꝛc. Probat qđ dixerat scilicet q gratia christi pcedit ex mītis delictis in iustificationē. ꝛ primo quidē hoc pbat ex posteriori. scđo ex priori ibi. Sicut eīm ꝛc. Circa primū cōsiderandum est q aplus in premissa cōparatione nō ponit sibi respondētia sz res eiusdem generis. Nam ex pte pctī ponit condēnationem que ptinet ad penā. ex pte autem gratie ponit iustificationē que nō ptinet ad premiū sz magis ad statū meriti. Sic igitur aplus intēdit p hoc qđ dicit q peccatū inducit cōdēnationem ostendere q gra inducat iustificationē. Et vtīk tali ratione . Sicut cōdēnatio mortis pcedit ex peccato primi parētis: ita regnū vite pcedit ex gra xpi. Hec eīm duo vnifomiter sibi correspōdent sed ad regnū vite nullus potest puenire nisi p iusticiam. ergo p gram xpi hoies iustificātur. primo ergo ponit premissas. scđo infert cōclusionem intētam ibi. Igitur sic per vnius ꝛc. primā aūt ꝓpositionē ꝓponit dicens. Si enim ex delicto vnius hois mors regnauit p vnum hominē qz sicut supra eodem dictū est per vnū hoiem pctū intrauit et p peccatū mors. multomagz hoies regnabūt in vita sz eterna p vnum iesum xpm qui dicit Joh.10. Ego veni vt vitam habeant ꝛ abūdantius habeāt. pticipando sz eternitatē vite. q̄ quidē abūdantia hic p regnum designatur. Unde dicīt apo.20. Q regnabunt cū xpo annis mille. i. eterno tēpore. Minorē autē designat interponēdo abundantiam gre xpi et donationis ꝛ iusticie accipiētes. Quasi diceret ad regnū vite hoies puenire non possūt nisi hoc accipiēdo ita q gratia xpi referat ad dimissionē peccati quā nulla merita precedere possunt. et ideo oīa gratie deputatur. si enim ex operibus iā non ex gra vt dicitur infra ii°. Q aūt dicīt donationis referēdum est ad dona gratiarū q̄bus hoies ꝓmouenī in bona. Hester .2. Largitus est dona iuxta magnificētiā principalez ꝛc. Q autē dicit iusticie referendū est ad rectitudinē opuz. 1.cor 1. Qui factus est nobis a deo iusticia. ¶ Deinde cū dicit Igitur sicut ꝛc. Infert cōclusionē intentā que idem cōtinet cū eo qđ supra premissum est. videlicet q sicut p vni⁹ delictum ade diuinum iudicium pcessit in oēs homines qui carnaliter nascuntur in cōdēnationē mortis. sic et p vnius sz iustitiam xpi diuina gra pcessit in oēs homines in iustificationem vite id est que ducit ad vitaz. Sed videtur hoc esse falsum. Non enim oēs homines iustificanē per xpm. sicut omnes homines moriūtur per adā. Sed dicendum q intelligendum est q sicut oēs hoies qui nascuntur carnaliter ex adam incurrunt cōdēnationē per eius peccatum: ita omnes qui renascūtur spūaliter p xpm adipiscuntur iustificationem vite. quia vt dicīt Joh 3°. nisi quis renat⁹ fuerit denuo ex aqua et spū sancto nō potest ꝛc. Quamuis possit dici q iustificatio xpi transit in iustificationem oīum hominū quātum ad sufficientiaz licet quantū ad efficientiam ꝓcedat in solos fideles. Un dicitur. 1.thi. 4. Qui est saluator omniū hominum maxime aūt fidelium . Ex hoc aūt qđ hic dicitur accipe debemus q sicut nullus morīt nisi per peccatū ade: ita nullus iustificatur nisi p iusticiā xpi que q̄dem est p fidē ipsi⁹ fm illud qđ supra 3° dictū est iusticia dei p fidē iesu christi in omnes qui credunt in eum. In eum aūt crediderū t homines nō solum qui sunt post eius incarnationem: sed etiam qui eius incarnationē precesserunt. Sicut enī nos credimus eum natuz et passum : ita ipsi crediderūt nasciturum et passurum. Unde eadem est fides nostra et eorum 2.corinth.4. Habentes eundem fidei spūm ꝛc. Sic igīt ꝓbatum est q gra xpi ꝓcedit ad multorū iustificationem ex posteriori scz ex regno vite. ¶ Consequenter eum dicit Sicut eīm ꝛc. probat idez ex ꝓpoz. Cause eīm sunt similes suis effectibus Inobediētia aūt primi pentis que habet rationē iniusticie cōstituit peccatores ꝛ iniustos. Igīt obedientia xpi que habet rationē iusticie cōstituit iustos. Et hoc est qđ supra dictū est q gra ꝓcedit in oēs hoies in iustificationē. Sed videt esse dubium qđ dicit q p inobediētiam vnius hois peccatores cōstituti sunt multi id est omnes q̄ ab eo nascunt fm rationem seminalē. Primum enim eius pctm videt fuisse supbia magis q̄ inobedētia scōm illud Eccl.10. Initiū oīs peccati supbia Sed dicēdum est q sicut ibidē dicitur initium supbie facit hoies apostatare a deo. qz scz prima pars supbie cōsistit in hoc q homo nō vult subijci: preceptis diuinis qđ ad inobedientiam ptinet. Unde primū hois peccatū fuisse videtur inobedientia nō scōm actum exteriorem sed scōm interiorem motum supbie quo voluit diuino precepto cōtraire Unde ei⁹ inobediētiā dns arguit gen.3. Quia audisti vocem vxoris tue et comedisti de ligno de quo preceperam tibi ne comederes ꝛc. Obedientia aūt christi hic dicitur scōm quā precepto patris obediēs mortem sustinuit p salute nostra. scōm illud. phil.2. Factus est obediēs vsq ad mortem ꝛc. Hec est cōtrariū qđ alibi dicitur xps ex caritate mortuus vt patet ephe.5. Quia hoc ipm q obediuit processit ex dilectione quā habuit ad patrē et ad nos. Et est attendendum q per obedientiam ꝛ inobedientitiam ꝓbat nos per vnū peccatores effici et per vnuz iustificari quia iusticia legalis que est omnis virtus attenditur in observatione preceptorum legis. quod ptinet ad rationē obedientie. Iniusticia aūt illegalis que est omnis malitia vt dicitur in.5. ethicorū. attenditur in transgressione mādatorum legis que pertinet ad rationez inobediētie. Sic ergo cōuenienter dicitur q p obedientiam constituunē homines iusti ꝛ p inobedientiā peccatores.

Lectio sexta

Ex autem subintrauit vt abundaret delictum. Ubi autem abundauit delictum. super abūdauit ꝛ gratia. vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita et gratia regnet per iusticiam in vitam eternam. per iesum xpm dnm nostrum.

Postq̄ apostolus ostēdit q per donū gratie xpi subtrahitur peccatū qđ per adam in hunc mūdum intrauerat: hic ostendit q per gratiam christi tollit peccatum quod le superueniente abundauerat. Et circa hoc duo facit. primo ponit abundantiam peccati que fuit per legem. scđo absolutionem peccati que est per gratiam xpi ibi. Ubi abundauit ꝛc. Dicit ergo primo. dictum est q per obediētiam vnius hois iusti cōstituuntur multi. non aūt lex hoc facere potuit sed potius lex subintrauit vt superabundaret delictū. Circa quod aplī dictum duplex occurrit dubitatō Primo quidem de hoc q dicit legem subintrasse id ē latenter intrasse post culpam originalem ꝛ actualē. vel post naturalem legem vt glo. dicit. Non eīm lex occulte intrauit sed manifeste data fuit fm illud Jo.18. Non in abscōdito locutus sum. Dicendū est ergo q licet ipsa legislatio fuerit data in manifesto: tamē mysteria legis erant in occulto: ꝛ precipue quo ad intentionē dei circa legem ferendam que peccatum ostenderet non sanaret: fm illō infra. 11. Quis cognouit sensum domini ꝛc. Potest etiam dici q lex subintrauit. i. quasi media intrauit inter peccatū hominis ꝛ donū gratie christi: quoz vtrūq̄ supra dixerat p vnū ad plures transisse. Secūda aūt dubitatio est de hoc q dicit legem subintrasse vt abundaret delictū. Sic eīm

videtur q abundantia delicti sit finis legis. ⁊ ita sequitur q lex sit mala: quia cui⁹ finis malus est ipsum quoq; malum est. et hoc est contra illud. 1. Ti. 1. Scimus quidem q lex bona est ⁊c. Ad hoc aũt respondeť in glosa tripliciter. Primo quidē vt dicamus q ly. vt. non ponitur causaliter ſz consecutiue. Non em̃ a deo fuit data lex vt peccatum abũdaret quin potius lex quantũ in se fuit peccatũ prohibuit. ſm illud ps. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Sed lege data consecuta est abũdantia delictorum dupliciter. Uno quidē modo quantuz ad peccatorũ multitudinē. lex em̃ licet peccatum demonstret peccati tamē concupiscentiā nō auferebat. Cum aũt alicui prohibeť id quod concupiscit. vehemẽtius in concupiscentiā illius exardescit. sicut ⁊ fluuius apposita obice fortius fluit ⁊ obicem frangit. Cuius ratio potest eē triplex. Una quidē illō qō subiacet hominis potestati nō reputat; aliqs p magno: sed illud qō est extra hominis potestatē apprehendit ab homine quasi magnū. Prohibitō aũt eius qō cōcupiscit ponit illud qō prohibeť quasi extra hominis potestatē. ⁊ ideo cōcupiscentia magis exardescit in rem concupitā dum prohibeť. Secunda ratio est quia interiores affectiones quādo interius retinent ita q exterius non deriuẽtur ex hoc ipso magis interius incendũt. sicut patet in dolore ⁊ ira que dum interius clausa tenent magis augent. si aũt exterius quoquo modo prodeãt: eorum virtus diminuit. prohibitio aũt pter timorez pene cogit hominē vt concupiscentiā suā ad exteriora non producat. ⁊ ideo ipsa concupiscentia interius retenta magis inflāmat. Tertia ratio est q illud qō non est nobis phibitum apprehẽdimus quasi possibile fieri quādocūq; nobis placuerit. ⁊ ideo multotiēs oportunitate existente illud vitamus: sed quādo aliquid est phibitū apprehendit a nobis vt non semp a nobis haberi possit. ⁊ ideo quādo opportunitas dať sine timore pene illud cōsequēdi promptiores ad hoc sumus. Et inde est q data lege que concupiscentie vsum phibebat ⁊ tñ ipsam cōcupiscentiā nō mitigabat. concupiscentia ipsa magis feruenter homines ad peccata ducebat. Unde dicit. Ezech. 5. Ista est hierusalē in medio gentiū posui eam ⁊ in circuitu eius terras. ⁊ cōtempsit iudicia mea vt plus esset impia q gētes. Sed ſm hoc videť q omnis lex humana que gratiam nō cōfert diminuentē concupiscentiā: faciat abundare peccata. quod est contra intentiones legislatorū quia ad hoc tendunt vt ciues faciant bonos. vt patet p phm 2 ethicoz. Sed dicēdum q alia est intentio legis humāe ⁊ alia legis diuine. Lex em̃ humana referť ad humanū iudiciū qō est de exteriobus actibus. sed lex diuina referť ad diuinū iudicium quod est de interiozio⁹ motibus cordis. ſm illud. 1. Reg. 16. Homo videt ea que parent: sed deus intueť cor. Sic igit lex humana suam intentionē consequit dum p. phibitiones ⁊ pene cōminationē impedit ne multiplicent exteriores actus peccati licet concupiscētia interior magis augeatur. sed quantū ad legē diuinā etiam interiores concupiscentie male imputanť ad peccatū que abundāt lege phibente ⁊ non auferente concupiscentiā. Sciendū tamen q sic pōus dicit in quarto ethicoz. Prohibitō legis licz illos qui sunt male dispositi cohibeat ab exterioribus peccatis solo pene timore. quosdam tamē bene dispositos inducit p amorem virtutis. sed ista bona dispositio quātum ad aliqd potest esse a natura: sed eius perfectio nō est nisi p gratiā. ex qua contingit q etiam lege veteri data nō in omnib⁹ peccatū abundat sed in pluribus. Quidā vero lege phibēte ⁊ gratia vteri⁹ adiuuāte ad pfectionē xrutū tēpore pueneruṅ ſm illō Ecc. 44. Laudem⁹ viros gloſos ⁊c. Et infra Hoies magnos xrute. scdo supabũdauit delictū lege supueniēte gr̃ā ad gr̃atē rēatus. Hraui⁹ em̃ fuit peccatū vbi accessit preuaricatio non tantū legis nature sed etiā legis scripte. Unde supra. 4. dictū est q vbi non est lex nec preuaricatio. ¶ Secundo aũt potest respōderi vt dicať q ly vt teneať causaliter. ita tamē q loquať aplūs de abundantia delicti ſm q est in nostra cognitiōe vt sit sensus. lex subintrauit vt abũdaret delictū. i. vt abũdantius delictū cognosceret ſm modū loquendi quo dicit aliqd fieri cū innotescit. Uñ sup dictū ē q p legē ē cognitio pcti. ¶ Tertio mō pōt exponi ita q ly vt teneať causaliter ita tamen q abundantia delicti non intelligať finis legis subintrantis. sed id qō ex abundantia delicti sequit. s. humiliatio hominis. Lege em̃ subintrāte abũdauit delictū vt dictū est in prima expositione. Ex qua quidem delicti abundantia consecutū est q homo infirmitatē suam recognoscens humiliet. Dicebat em̃ homo superbus de viribus suis presumens. Nō deest qui impleat sed deest qui iubeat. ſm illud Exo. 24. Omnia que locutus est dñs faciemus ⁊ ei obediemus. Sed quādo lege data, consecuta est multitudo delictorū homo suā infirmitatē cognouit ad obseruantiā legis ſm illud sap̃. 9. Infirmus homo ⁊ exigui temporis ⁊c. Intentio ergo dei legem dantis nō terminatur ad abundantiā peccatorū sed ad humilitatē hominis ppter quā pmisit abundare delicta. Sic ergo quia hoc erat occultuz signāter quantū ad hoc dicit q lex subintrauit. Quia vero hoc agitur de lege ⁊ fine legis duo considerāda occurrunt. primo quidē quot modis lex dicatur. secundo quis sit finis legis. Circa primū sciendū ē q lex vno modo dicit tota scriptura veteris testamēti ſm illud Jo. 15. Ut impleat sermo eoz qui in lege eorū scriptus est quia odio habuerunt me gratis. cū tamē hoc scriptuz sit in ps̃. Quoq; vero dicit lex scriptura quicq; libroz moysi. ſm illud Deut. 33. Legē precepit nobis moyses. ¶ Tertio dicit lex decalogus preceptorū ſm illud. Exo. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas ⁊ legem ac mandata que scripsi vt doceas. ¶ Quarto dicit lex tota ptinentia cerimonialiū. ſm illud Heb. 10. Umbram habens lex futurorū bonoz. ¶ Quinto dicit lex aliqō speciale preceptum cerimoniale ſm illō Leui. 7. Hec est lex hostie pacificorum. Sumitur aũt hic lex ab aplo cōmuniter quantum ad totam doctrinaz legis moysi. i. quātū ad moralia ⁊ cerimonialia precepta. quia ſz p cerimonias legis non dabať gratia p quā hō adiuuareť ad implenda precepta moralia cōcupīa diminuta. ¶ Circa finē aũt legis sciendū ē q in pplo iudeoz tria fuerūt boim genera sicut ⁊ in quolibet alio populo ſz duri. i. peccatores ⁊ rebelles. pficientes ⁊ pfecti. quantū igit ad duros lex fuit data in flagellū ⁊ quantū ad peccata mortalia a d quoz obseruantiā cogebantur p pene cōminationē. vt patet Leui. 2. et quātum ad cerimonialia que ideo sunt multiplicata ne liceret eis vsus alienis aliuz cultū supaddere. Eze. 20. In manu valida ⁊ brachio extento ⁊ in furore effuso regnabo sup vos. Sed pficientibus qui dicunť mediocres lex fuit in pedagogum ſm illō Gal. 3. Lex pedagogus noster fuit in christo. ⁊ hoc quantū ad cerimonialia quibus continebanť in diuino cultu. ⁊ quantū ad moralia quib⁹ ad iusticiā pmo uebanť. Perfectis aũt fuit quantū ad cerimonialia quidē in signum. ſm illud Eze. 20. Sabbata mea dedi eis vt essent signū inter me ⁊c. Quantū ad moralia vero in solacium. ſm illō infra. 7. Condelector legi dei ſm interiorē hoīez. ¶ Deinde cū dicit. Ubi abũdauit ⁊c. Ostēdit quō per gratiam tollitur abũdantia delictorū. ⁊ primo ponit gratie abundantiam. secundo ostendit abundātis gratie effectū ibi. Ut sicut regnauit ⁊c. Dicit ergo primo. dictū est q lege subintrante abundauit delictū: nec tamē ppter hoc impeditur diuinū ppositum de salute iudeorum ⁊ totius humani generis quia vbi abundauit delictū. s. in hu

mano genere ⁊ specialiter in iudeis supabundauit ⁊ gratia scz xpi cõdonantis peccata. 2. Cor. 9. Potens est deꝰ omnez gratiam abundare facere in vobis. Eius aũt quod hic dicit duplex ratio assignari potest. Una quidẽ ex effectu gratie. Sicut eñ magnitudinẽ morbi nõ sanat nisi fortis ⁊ efficax medicina. ita requirebat abundans gratia ad hoc vt sanaret abundantiam delictorum. Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa ⁊c. Alia ratio sumi potest ex dispositiõe peccantis qui dum magnitudinẽ peccatorum suorum recogñscit qñq; quidẽ desperat ⁊ ptemnit. ſm illõ Prouer. 28. Impius cum in profundũ ⁊c. Quandoq; vero per auxilium diuinum ex cõsideratione suorum peccatorũ magis humiliat ⁊ maiorẽ cõsequit gratiã. ſm illud ps Multiplicate sunt infirmitates eorum postea acceleraverunt. ¶ Deinde cum dicit. Ut sicut regnauit peccatũ in mortez ⁊c. Ostendit effectum gr̃e abundantis. qui quidem est p oppositum respondens effectui peccati. vt .ſ. sicut peccatum introductum p primũ hoiem ⁊ abundans p legem regnauit. id est plenũ dominiũ in homĩes obtinuit ⁊ hoc q̃vsq; duceret eos in mortẽ temporalez ⁊ eternam infra. 6. Stipẽdia peccati mors. Ita ⁊ gr̃a dei regnet id est plene dñetur in nobis p iusticiaz quã. ſ. in nobis facit. supra eodem. Justificati gratis p gr̃am ipsius. ⁊ hoc quousq; nos ducat in vitam eternã. ſm illud infra. 6. Gratia dei vita eterna. Et hoc totum est p iesum xp̃m dñm nostrũ q̃ est dator gr̃e. ſm illud Jo. 1. Gratia ⁊ veritas p iesum xp̃m facta est. Et etiã iusticia. 1. cor. 1. Qui factus est nobis iusticia a deo. ⁊ vitam eternã. Jo. x. Ego vitã eternã do eis.

Incipit capitulum sextum.

Quid ergo dicemus? Manebimꝰ in peccato vt gratia abũdet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato: quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres: quia quicũq; baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsius baptizati sumus. Cõsepulti enim sumus cum illo p baptismum in mortem. vt quomodo christꝰ surrexit a mortuis per gloriam patris. ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim cõplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus.

Postq; aplus ostendit q̃ p gr̃am xpi liberamur a peccato preterito tam introducto p primũ hoiem q̃ etiam abũdãti p legem. hic ostendit q̃ p gr̃am christi datur nobis facultas ad resistendũ peccatis futuris. Et circa hoc duo facit. primo ponit questionẽ ex premissis ortã. secundo soluit eam ibi: Absit si eñ ⁊c. Dixerat autẽ supra q̃ vbi abũdauit delictũ supabundauit ⁊ gratia. quod quidẽ aliquis posset male intelligere quasi abundantia delicti esset causa supabũdantie gratiaꝝ. ⁊ ideo inducit questionẽ dicẽs. Quid ergo dicemus? Manquid pmanebimꝰ in peccato vt gratia abundet? Quod quidẽ opoꝛteret dicere si abundantia delicti esset causa gratie abundantis. ⁊ nõ sola occasio vt supra dictũ est. Unde ⁊ supra. 3. aplus dixit. Sic vt blasphemamur. et sicut aiunt quidã nos dicere: faciamus mala vt eueniãt nobis bona. Je. 12. Bene est oibꝰ qui preuaricant ⁊ inique agũt. ¶ Deinde cũ dicit. Absit ⁊c. soluit inductam questionẽ. Et primo assignat rationẽ quare non est nobis pmanendũ sub peccato. secũdo excludit exhortationez intentã ibi. Non ergo regnet ⁊c. Circa primũ duo facit. primo assignat ratiõz quare nõ sit in peccato pmanendũ. secũdo ostendit nobis inesse facultatẽ ad hoc q̃ non sub peccato maneamus ibi. Hoc scientes ⁊c. Circa primũ ponit talem rationẽ. Si sumus mortui a peccato non debemus viuere in illo. sed mortui sumus a peccato. ergo nõ debemus viuere in peccatõ. Circa hoc ergo quattuor facit. primo ponit conditionalẽ. secũdo ꝓbat antecedens ibi. An ignoratis ⁊c. tertio cõcludit cõsequẽs ibi. Ut quõ xps ⁊c. quarto ꝓbat necessitatẽ cõsequẽtie ibi. Si eñ cõplantati ⁊c. Dicit ergo primo: Absit scz q̃ hac intentione permanendũ sit in peccato vt gratia abundet. qz vt dicit Ecc. 15. Memini mandauit deꝰ simple agere. ⁊ huius ratio est: Si eñ mortui sumꝰ peccato p hoc. ſ. q̃ peccatũ est mortificatũ in nobis quõ adhuc in illo viuemus. Modo eñ naturalis ordo rerum habet vt a morte redeat ad vitã. Ysa. 26. Morientes non viuant ⁊c. Can. 5. Laui pedes meos ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. An ignoratis ⁊c. ꝓbat antecedens scz q̃ fideles sunt mortui peccato. ⁊ primo ꝓponit medium ad ꝓpositũ ostendendũ. secundo manifestat mediũ inductũ ibi. Consepulti eñ sumus ⁊c. Dicit ergo primo: An ignoratis. Quasi dicat: Qđ vob ꝓponendũ est: est adeo manifestũ q̃ illud vobis ignorare non licet. 1. Cor. 14. Si quis ignorat ignorabit. Quia quicũq; baptizati sumus in xp̃o iesu. Quod intelligit̃ tripliciter. Uno modo ſm institutionẽ iesu christi. Matth. vltimo. Docete omnes gentes baptizantes eos ⁊c. Secũdo p invocationẽ iesu xpi. Act. 8. In noie iesu christi baptizabant̃ viri ac mulieres. Tertio in xp̃o iesu. i. in quadam conformitate ad xp̃m iesum. Gal. 3. Quicũq; in xp̃o iesu baptizati estis xp̃m induistis. In morte ipsius baptizati sumus. i. in similitudinẽ mortis eius quasi ipsam mortem xpi in nobis repꝛesentantes. 2. cor. 4. Semp mortificationẽ iesu xpi in corpoꝛe nostro circumferentes. Gal. vltimo. Stigmata iesu in corpe meo poꝛto: Ut in morte ipsius. i. p virtutẽ mortis eius. Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris. Uñ de latere xpi pendẽtis in cruce post mortẽ fluxit sanguis ⁊ aqua vt dicit Jo. 19. Sic igit̃ morti eius configuramur inquant̃um peccato morimur: sic ipse mortuus est vite mortali in qua erat similitudo peccati. licet nõ esset ibi peꝛcm. Ergo oñes qui sumus baptizati sumꝰ mortui pcto. ¶ Deinde cũ dicit. Cõsepulti eñ ⁊c. ꝓbat ꝓpositũ mediuz. ſ. q̃ oñes baptizemur in cõformitate ad mortẽ xpi dicens. Cõsepulti eñ sumus cum illo p baptismũ i morte. Quasi dicat: Sepultura nõ nisi mortuis debet. Matth. 8. Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Per baptismũ aũt hoies sepeliũt̃ xp̃o. i. conformãtur pulture ipsi. Sicut eñ ille q̃ sepelit̃ ponit̃ sub terra ille qui baptizat̃ imergit̃ sub aqua. Uñ ⁊ in baptismo trina imersio nõ solũ ꝓpter fidẽ trinitatis: sed etiã ad repꝛesentandũ triduũ sepulture christi. Et sicut triduũ sepulture nõ facit nisi vnã sepulturã: ita trina imersio nõ facit nisi vnũ baptisma. Et inde etiã est q̃ in sabbato sancto solennis baptismus in eccl̃ia celebrat̃ qñ cõmemorat sepultura xpi sicut ⁊ in vigilia penthecoste n qñ solẽnizat̃ de spũ sancto. ex cuius virtute aqua baptismi accipit vim purgãdi. vt dicit̃ Jo. 3. Nisi quis renat̃ fuerit ex aqua ⁊ spũsancto ⁊c. Est tñ cõsiderandũ q̃ corpoꝛaliter aliquis pñ moritur ⁊ postea sepelit̃. sed spũaliter sepultura baptismi causat mortem peccati. qz sacramẽtũ noue legis efficit qđ signat. Unde cuz sepultura q̃ fit p baptismũ sit signũ mortꝭ peccati: mortez efficit in baptizato. Et hoc est qđ dicit q̃ sumus sepulti in mortez. vt p hoc ipsuz q̃ signũ sepulture xpi in nobis accipimꝰ cõsequimur mortẽ peccati. ¶ Deinde cũ dicit: Ut quõ xps. Infert cõsequẽs. ſ. q̃ non debeamꝰ viuere in peccato. ad hoc quidẽ inducit similitudinẽ ex resurrectiõe xpi dicẽs. Ut quõ xps resurrexit a mortuis p gl̃iam pr̃is. i. p virtutẽ pr̃is ex q̃ ipse pater gl̃ificat. ſm illõ ps. Exurge gl̃ia mea. Ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. i. p bona opa vite ꝓcedamus. vita eñ peccati

vetustatē habet qz in corruptionē nos ducit Heb. 8. Qđ antiquat ⁊ senescit ppe interitū est. Unde et dicit Bar. 3. Quid est qđ in terra inimicoꝝ es. inueteraſti i terra alie na ⁊c. Unde ⁊ nouitas vite dicit p quā aliquis redit ad integritatē vt. ſ. ſit ſine pctō. pđs Renouabit vt aq̄le iuuē tus tua. Eph. 4. Renouamini ſpū mentis vre. ¶ Deinde cū dicit. Si eñ. ꝓbat necessitatē consequētie. xps eñ postq̄ fuit mortuus resurrexit. Uñ cōuenīs est vt illi qui cōformant xpo q̄tū ad mortē in baptismo cōformēt etiaz resurrectioni eius p innocentiā vite. Et hoc ē qđ dicit. Si eñ cōplantati facti sum⁹ ſilitudini mortis eius. i. ſi in no bis assumam⁹ ſilitudinē mortis eius vt ei incopozemur sic ramus q̄ inſerit plante vt q̄ſi nos in ipsa passione xp̄i inſe ramur ſimul ⁊ resurrectiōis erim⁹. ſ. ſilitudini ei⁹ cōplāta ti vt. ſ. in pñti innocenter viuam⁹ ⁊ in futuro ad ſilez gliaz puenīamus. Phil. 3. Reformabit corp⁹ humilitatis nre cōfiguratū corpi claritatis sue. 2. Ti. 2. Si cōmortui ſu mus ⁊ cōuiuem⁹. Sic igit sic apls p ſilitudinē mortis xp̄i ꝓbauit q̄ sum⁹ mortui pctō qđ ꝑmiserat q̄ſi añcedēs. sic p ſilitudinē resurrectiōis ei⁹ ꝓbauit q̄ nō debem⁹ viuere in pctō qđ quaſi ꝓsequēs ſupius introduxit

Lectio secunda.

Hoc scientes q̄ vetus homo noſter ſi mul crucifixus est vt destruatur cor pus peccati: vt vltra non seruiamus peccato Qui enim mortuus est: iustificatus est a peccato. Si autem mortui ſumus cum christo: credimus quia ſimul etiam viuem⁹ cū illo: scientes q̄ christus resurgens ex mor tuis: iam non morit: mors illi vltra non do minabitur. Q⁹ eñ mortu⁹ est peccato: mor tuus est ſemel. q̄ autez viuit: viuit deo. Ita ⁊ vos existimate vos mortuos quidē eē pec cato: viuentes aūt deo in xp̄o ieſu.

Postq̄ aplus oñdit q̄ nō est nob in pctō ꝑmanēdū: ex eo q̄ p baptiſmū mortui ſum⁹ pctō. hic vlteri⁹ oñdit adeſſe nob facultatē ad hoc obſeruandū. Et circa hoc duo facit. ꝓmo ꝓponit qđ intēdit. ſcđo manifestat ꝓpositū ibi. Qui eñ mortu⁹ ⁊c. Circa ꝓmū duo facit ꝓmo ꝓponit bñficiuz qđ cōſecuti ſum⁹. ſcđo huius beneficij effectū ibi. Ut de ſtruat ⁊c. Dicit ḡ ꝓmo: dictū est q̄ debem⁹ in nouitate am bulare. ſ. deſiſtendo a pctō. Et ne hoc aliq̄s forte impoſſi bile diceret. dic̄ q̄ ſum⁹ hoc ſciētes qz vet⁹ hō nr̄. i. vetu ſtas hois p pctm̄ inducta ſimul. ſ. cū xp̄o crucifix⁹ est. i. ꝑ crucē xp̄i est mortificat⁹. ſic eñ. ſ. dictū ē: vetuſtas hois p pctm̄ inducta est in q̄tū p pctm̄ bonū nature corrūpitur Que quidē vetuſtas in hoīe principat q̄diu hō pctō ſub iacet. Et qz id qđ est ꝓncipale in hoīe dicit eē ipſe hō. Jñ est q̄ in eo q̄ pctō ſubijcit ipſa vetuſtas pcti dicit esſe vet⁹ homo. vetuſtas aūt pcti pōt intelligi vel ipſe reat⁹ ſeu ma cula actualiū pctoꝝ: vel etiā cōſuetudo peccādi. que q̄n dam neceſſitatē ingerit ad peccandū. vel etiā ipſe fomes pcti ꝓueniēs ex pctō ꝑmi pentis. Sic igit vet⁹ hō noſter dicit eē ſimł crucifixus cū xp̄o in q̄tū p̄dicta vetuſtas ⁊tu te xp̄i ſublata ē. Uł qz totaliť ē amota sic totaliter amoue tur in baptiſmo reatus ⁊ macla pcti. Uł qz diminuit vir tus eius ſicut virtus fomitis vł etiā cōſuetudinis peccādi. Col. 2. Delens qđ aduerſum noſ erat cirographū decreti qđ erat cōtrariū nobis. ⁊ ipſū tulit de medio affigens illō cruci. ¶ Deinde cū dicit. Ut destruat ⁊c. ponit effectū p̄dicti beneficij duplicē quoꝝ ꝓmus est remotio p̄cedentiū pelictoꝝ ⁊ hoc est qđ dicit. Ut destruat corp⁹ peccati. Di cit eñ corp⁹ peccati ipſa congeries maloꝝ operū ſicut ipſa congeries membroꝝ facit vnū corpus naturale. Job. 41. Corpus eius q̄ſi ſcuta fuſilia ⁊c. Secūdus aūt effect⁹ est vt caueam⁹ a pctis in futuꝝ. ⁊ hoc est qđ ſubdit dicēs: Ut vltra non ſeruiam⁹ pctō. Tūc eñ hō pctō ſeruit q̄n cōcu piſcētie pcti obedit p cōſenſum ⁊ corpis executione. Jo. 8. Qui facit pctm̄ ſerū⁹ est peccati. ¶ Deinde cum dicit. Qui eñ mortuus est ⁊c. Manifestat qđ dixerat. ⁊ primo q̄tū ad ꝓmū effectū. ſcđo quātū ad ſecūdū ibi. Si aūt mor tui ⁊c. Circa ꝓmū cōſiderandū est q̄ congeries peccatoꝝ destruit q̄n peccata homi remittit. Sic igit destructionē corporis peccati manifestat dicens: Qui eñ mortuus est peccato ſcz p baptiſmuz quo christo cōmorimur: iuſtifica tus est peccato id est remiſſis peccatis translatus est in ſta tum iuſticie. 1. Corſ. 6. Et hec quidē fuiſtis aliquando. ſz abluti eſtis ⁊c. Quia igit p crucez xp̄i homo peccato mo ritur: conſequēs est q̄ a peccato iuſtificet ⁊ ita q̄ corpus peccati deſtruat. ¶ Deinde cum dicit: Si aūt mortui ⁊c. manifestat ſm effectum per coꝛō̄ſimilitudinem ad vitam xp̄i tali ratione. Ille qui xp̄o morienti cōmoritur ſimul cōui uit ⁊ resurgēti. christus autē sic resurrexit a mortuis: tāq̄ nunq̄ decetero moriturus. ergo ille qui mortificatus est peccato sic xp̄o resurgenti cōuiuit q̄ habet facultatē nūq̄ decetero ad peccatum redeundi. Circa hoc ergo tria facit Primo oſtendit conformitatē hominis fidelis ad vitam christi resurgentis. ſecūdo ponit conditionem vite resur gentis: ibi Scientes q̄ christus ⁊c. Tertio infert cōcluſi onem intentam ibi. Ita ⁊ vos ⁊c. Dicit ergo primo. Si eñ mortui ſumus cum christo. id est ſi vi tute mortis chri ſti ſumus mortui peccato: credimus qz etiam ſimul viue mus cū illo. id est ad ſilitudinē vite eius. viuemus ſiquidē hic vita gratie ⁊ in futuro vita glorie. Eph. 2. Cum eſſe mus mortui peccatis conuiuificauit nos ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Scientes. ponit conditionē vite christi resurgentis Et primo ponit eam. ſcđo ꝓbat ibi. Q⁹ eñ mortu⁹ est ⁊c. Dicit ergo primo. Hoc inquā quod dictum est credimus scientes q̄ christus resurgens ex mortuis iam non morit ſed vivit vita ꝓpetua. Apoc. 1. Fui mortuus ⁊ ſum viuēs in ſecula ſeculorum. Et qđ plus est mors illi vltra nō dñabitur que ſcz in homine dominatur non ſoluz dum moritur p ſeparationem anime a corpore. ſed etiam ante mor tem dum patitur egritudinem famez ⁊ ſitim ⁊ alia huiuſ modi per que peruenitur ad mortem ſed ab his libera est vita christi resurgentis. Et ideo non ſubijcitur dominio mortis. ſed potius ipſe habet dominium ſuper mortem. Apoc. 1. Habet clauem mortis ⁊ inferni. ¶ Deinde cum dicit. Q⁹ enim mortuus ⁊c. probat propoſitum ſcilicet q̄ christus resurgens vlterius non moriatur et hoc dupliciter. Primo quidem ratione accepta ex parte mortis quaz ſuſtinuit dicens. Q⁹ eñ mortuus est peccato mortuus est ſemel. Non autem intelligitur q̄ ipſe mortuus est pecca to quod ipſe cōmiſit vel contraxit: quia in eo nullo modo peccatum locum habuit. 1. Pe. 2. Qui peccatum non fe cit ⁊c. Sed dicitur mortuus eſſe peccato dupliciter: Uno modo quia mortuus est pro peccato tollendo. 2. Corſ. 5. Eum qui non nouit peccatum pro nobis deus fecit peccā tum id est hoſtiam pro peccato. Alio modo quia mortuus est ſimilitudini carnis peccati id est vite paſſibili ⁊ morta li infra. 8. Deus miſit filium ſuum in ſimilitudinem car nis peccati. Utroq̄ autē modo concludi poteſt q̄ chriſt⁹ mortuus ſit ſemel ex hoc q̄ mortuus est peccato. Quātū eñ ad ꝓmū manifeſtū est q̄ ꝑ vnam mortē oñia pcta de leuit ſm illō. He. 10. Una oblatione cōſummauit in ſempi ternū ſanctificatos. Ideo nō restat vt adhuc ꝑ pctō moze rek. 1. Pe. 3. Chriſtus ſemel ꝑ pctis nr̄is mortuus est ⁊c. Quantū ad ſcđm aūt idē pōt cōcludi. Si eñ xp̄o mortez

sustinuit vt deficeret in eo similitudo carnis pcti debuit eius mors cōformari alijs gerētib⁹ carnē peccati: q̄ semel mori untur. Unde dicitur. Ro. 9. Quēadmodum statutuz est hominib⁹ semel mori sic t christus semel oblatus est ꝛc. Secūdo ostendit idem ex conditione vite quā resurgēdo adep⁹ ē dicēs Q aūt viuit viuit deo. i ad cōformitatē dei Dicit enī 2°. cor. vltimo. Q si crucifix⁹ est ex infirmitate viuit ex virtute dei. Effect⁹ aūt pformat cāe. Unde t vita quā xp̄us resurgens acq̄siuit est deiformis. Sicut ergo vita dei est sempiterna t absq̄ corruptiōe scōm illō. psma thi. vltimo. Qui sol⁹ hz imortalitatē ita t vita xp̄i est imortalis. ¶ Deide cū dicit Ita t vos ꝛc. infert pclusionē intentā vt pformemur vite xp̄i resurgētis t p̄tuz ad hoc q̄ mortu⁹ est pctō. i. mortali vite q̄ hz similitudinem pcti nunc̄ ad eā reditur⁹ t p̄tū ad hoc q̄ viuit ad pformitatē dei. Et p̄tuz ad pmū dicit. Ita t vos existimate vos q̄dē mortuos esse pctō. s. tanc̄ ad pctm nunc̄ sitis rediturī. Ysa. 26. Morientes nō viuāt. Et p̄tum ad scōm dicit Ui uētes deo. i. ad honorē vel similitudinē dei vt. s. nunc̄ per pctm moriamur. Gal. 2. Q aūt nūc vivo in carne in fide vivo filij dei. Et ideo subdit. In xp̄o ihū dño nr̄o. i. p iesum xp̄m p quē t pctis morimur t dō viuim⁹ Uel in xp̄o ihu. i. tanc̄ incorporati xp̄o iesu vt p ei⁹ mortē moriamur peccato t p eius resurrectionē viuam⁹ deo. ephe. 2. Cōuiuificauit nos in xp̄o cui⁹ gr̄a estis saluati p xp̄m.

Lectio tertia.

Non ergo regnet pctm̄ in vr̄o mortali corpe vt obediatis cōcupiscentiis ei⁹. Sed neq̄ exhibeat⁊ mēbra vr̄a arma iniq̄tatis pctō: ꝫ exhibete vos deo tāq̄ ex mortuis viuētes. t mēbra vr̄a arma iustitie deo. Pctm̄ enī vobis nō dñabit̄. Nō ei sub lege estis: sed sub gr̄a. Quid ergo? peccabim⁹ q̄m̄ nō sum⁹ sub lege: sed sub gratia Absit. An nescitis. q̄m̄ cui exhibetis vos seruos ad obediendū: serui est⁊ ei⁹ cui obedist⁊ siue pcti ad mortē: siue obeditionis ad iustiam? Gras aūt deo q̄ fuistis serui pcti: obedistis aūt ex corde in eā formā doctrine in q̄ traditi estis.

¶ Post q̄ aplus oñdit q̄ nō est nobis pmanendū in pctō t q̄ hui⁹ rei facultatē habem⁹. hic cōcludit mozalē exhortationem. Et circa hoc tria facit. Primo ppoit ammonitionem. 2° rōez assignat ibi. pctm̄ enī ꝛc. 3° mouet q̄stionem t soluit ibi. Quid ergo peccabim⁹ ꝛc. Circa pmum duo facit. Primo ppoit āmonitionē. 2° expoit eam ibi. Et obediat⁊ ꝛc. Dicit ergo pmo. Dictū ē q̄ vet⁹ hō nr̄ simul crucifixus est vt destruat corp⁹ pcti p q̄ dat intelligi q̄ virt⁹ pcti in tm̄ diminuta est vt nobis dñari nō possit. Ergo peccatū decetero nō regnet in vestro mortali corpore. Nō aūt dicit nō sit pctm̄ in vestro mortali corpore. q̄ q̄diu corp⁹ nostrū est mortale. i. necessitati mortis addictū nō pōt esse quī in corpore nr̄o sit pctm̄. i. fomes peccati. Sz exq̄ a deo liberati sum⁹ a regno peccati: debem⁹ conari q̄ pctm̄ in corpe nr̄o dñium iā amissuz in nob non recuperet. Et hoc est q̄d dicit. Nō regnet pctm̄ in⁊ vestro mortali corpe. Et hoc quidē necessariū est cauere duz corpus mortale gerim⁹. q̄ dicit sap. 9. Corp⁹ q̄d corrūpitur aggrauat aiam ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Et obediatis ꝛc. exponit āmonitionē pmissā. Circa q̄d p̄siderādū est q̄ dupliciter pctm̄ regnat in hoie. Uno modo p interiorē p̄sensuz mētis. Et hoc remouēdo dicit Et obediatis cōcupiscentijs ei⁹. Obedire enī p p̄sensum mētis cōcupiscētijs peccati. est peccatū regnare in nobis. Ecc. 18. Post cōcupiscētias tuas nō eas. scōo mō regnat in nobis pctm̄ per opis executionē. Et ad hoc excludendū subdit. Sed neq̄ exhibeatis mēbra vestra pctō. i. fomiti pcti arma iniq̄tatis id est instr̄a ad iniquitatem exequenda. Homo enī cum p membra peccatū exequitur ad iniq̄tatez exequit et hoc ipo pugnare videt ad restituendū oñium pctī. q̄d per p̄suetudinē peccati in nobis p̄ualescit. Eze. 32. Cū armis suis ad inferos descēderūt. ¶ Deinde cū dicit. Sed exhibete vos deo ꝛc. exhortat ad p̄rium vt. s. exhibeam⁹ nos deo. t p̄mo p̄tuz ad interiorē affectū cū dicit Sed exhibeatis vos deo vt. s. mens vestra ei subdat. deut. 10. Et nūc israel quid dñs de⁹ tu⁹ req̄rit a te nisi vt timeas dñm deū tuum t ambules in vijs eius. Et hoc facere debetis tāq̄ ex mortuis viuētes. i. tanc̄ reducti ad vitā gratie de morte culpe. Rā t ideo iustū est vt q̄ viuit tiā nō sibi viuat sed ei qui p oībus mortuus est. 2. cor. 5. Scōo p̄tum ad exteriorē actū. Unō dicit exhibete membra vestra deo. i. ad eius obsequm arma iustitie. i. instr̄a quedā ad iustitiā exequendā q̄bus. s. pugnetis cōtra inimicos dei. Ephe. vltimo. Induite vos armaturā dei vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. ¶ Deinde cū dicit. Pctm̄ enim ꝛc. assignat rōnem āmonitionis p̄dicte. Posset enī aliquis se p̄m excusare allans pctī oñium p q̄d assereret se ab obseruationē āmonitionis p̄dicte impediri. Hoc ergo aplus primo excludit dicēs. Peccatū enim vobis nō dñabit̄. s. si ceperitis peccato resistere t vos dō exhibere scōm illō. Ja. 4. Uppropiquate deo t ap̄ppinq̄bit vobis. resistite dyabolo t fugiet a vobis. Quasi dicat. Jō̄ potestis p̄dicta obseruare q̄ nō inuenitis pctm̄ in vos dñare p q̄d retrahi possitis. sumus enim liberati a xp̄o scōm illud. Jo. 8. Si filius vos liberauerit veri liberi eritis. secūdo manifestat quod dixerat dicens. Nō enī est⁊ sub lege sed sub gratia. vbi p̄siderandum est q̄ nō loquitur hic de lege solum p̄tum ad cerimonialia sed etiā p̄tum ad moralia sub qua quidem aliquis dicitur esse dupliciter. Uno modo quasi legis obseruantie voluntarie subiectus. Et hoc modo e. i am xp̄us fuit sub lege scōm illud. gal. 4. Factum sub lege q̄ scilicet legem obseruauit nō solum p̄tum ad moralia sed etiā p̄tum ad cerimonialia. Fideles aūt xp̄i sunt q̄ dē h⁹ mō sub lege p̄tū ad moralia nō aūt p̄tū ad cerimonialia. Alio⁹ dr̄ aliq̄s eē sub lege q̄si a lege coact⁹ t sic dicitur esse sub lege qui nō voluntarie ex a more sed p̄timore cogitur legez obseruare. Talis aūt caret gratia que si adesset inclinaret voluntatē ad obseruantiā legis vt ex amore moralia ei⁹ precepta impleret. Sic igitur q̄diu aliq̄s sic est sub lege vt nō impleat voluntarie legem peccatum in eo dñatur ex quo voluntas hominis iclinatur vt velit id quod est p̄trarium legi. sed per gratiam tale dñium tollitur vt scilicet homo seruet legem: nō quasi sub lege exist̄es sed⁊ sicut liber. Gal. 4. Nō sum⁹ ancille filij sed libere qua⁊ libertate xp̄us nos liberauit. Hanc aūt gratiam faciens homines libere legez implere nō conferebant legalia sacramenta. sed conferunt eam sacramēta xp̄i. Et iō illi qui se cerimonijs legis subijciebant p̄tuz pertinet ad virtutem ip̄orum sacramentoz legaliuz nō erant sub gratia sed sub lege nisi forte per fidem xp̄i gratiam adipiscerentur. Illi vero qui se sacramentis xp̄i subiciunt ex eorū virtute gratiam consequuntur vt nō sint sub lege sed sub gratia nisi forte per suam culpā se subijciant seruituti peccati. ¶ Deinde cum dicit. Quid ergo ꝛc. mouet questionem contra id q̄d dictum est. Et circa hoc tria facit. Primo ppoit q̄stionē. scōo soluit eā ducēdo ad incōueniēs ibi. Absit. An nescit⁊ ꝛc. 3° oñdit eē incōueniēs id ad q̄d

Sed si cõsiderem huiusmodi passiones inquãtũ eas aliquis volũtarie sustinet ꝓpter deũ ex caritate quã in nob spũs sanctus facit. sic ex cõdigno p huiusmodi passiones homo merek vitam eternã. Mã spũs sctũs est fons cuius aque .i. effectus salũt in vitam eternam. vt dicit. Jo. 4. ¶ Deinde cũ dicit. Nam expectatio creature ꝛc. Ostẽdit ꝓpositũ p excellẽtiã illius glorie. Et primo ex expectatione creature. 2° ex expectatione apl̃oꝝ ibi. Nõ solũ autẽ ꝛc. Circa primũ tria facit. primo ponit expectati onẽ creature. 2° manifestat eam ibi. Vanitati eĩ ꝛc. Dicit ergo primo. dictũ q etiã futura gloria excedit passiões presentes. Et hoc tamen manifestũ est. Nam expectatio creature id est ipa creatura expectans expectat reuelationẽ filiorum dei: qz vt dicit. 1. Joh. 3. Nunc filij dei sumus ꝛ nõdum apparuit qd erimus. Occultatur eĩ dignitas diuine filiationis in sanctis ꝓpter exteriores passiones: sed postmodũ reuelabitur illa dignitas qñ immortalẽ ꝛ gloriosaz vitã suscipient. ita q ex ꝑsona ipiorũ dicitur sap. 5 Ecce quõ cõputati sunt inter filios dei Dicit aũt expectatio. expectat vt talis geminatio itensionẽ expectationis designet. scõm illud. ps. Expectãs expectaui ꝛ ominum. Sciẽduz est aũt q creatura hic triplr accipi potest. Uno modo hoĩes iusti qui specialiter creatura dei dicũtur. Ul qz ꝓmanent in bono in q̃ creati sunt. Ul ꝓpter excellẽtiã qz oĩs creatura q̃dãmodo eis deseruit. Ja. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis vt simus initium aliqõ creature eius. Hec autem creatura id ẽ homo iustus expectat reuelationez glorie filiorũ dei tanq̃ premiũ sibi repromissum. Tit. 2. Expectantes beatã spem et aduẽtum glorie magni dei. Scõo potest dici creatura ipa hũana natura q̃ subijcitur bonis gratie que q̃dez in hoĩbus iniustis nondum iustificata est. sed est sicut informis. In hoĩbus aũt iam iustificatis est q̃dem partim formata p gratiaz sed tamen est adhuc informis respectu illius forme quã est acceptura per gloriam. Sic igit ipa creatura id est nosipsi scõm q cõsideramur in bonis nature expectat reuelationem glorie filiorum dei. Nõ etiã nobis cõpetit p gratiã sicut si dicamus q materia expectat formã vel colores expectant cõpletionem ymaginis. sicut dicit glo. Job. 14. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Tertio mõ potest intelligi de ipa creatura sensibili sicut sunt elemẽta huius mundi scõz illud sap. 13. A magnitudine speciei ꝛ creature cognoscibiliter poterit eorum creator videri. Huiusmodi aũt creatura dupliciter aliquid expectat. naz expectatio creature sensibilis scõm q est a deo ordinatur ad aliquem finẽ. qõ quidem cõtingit duplr. Uno modo scõz q deus imprimit aliquã formam et virtutẽ naturalẽ huiusmodi creature: ex qua inclinatur ad aliquẽ finez naturalem. puta si dicamus q arbor expectat fructificationem ꝛ ignis expectat locũ surszum. Alio modo creatura sensibilis ordinatur a deo ad aliquem finẽ qui ꝓsuperexcedit formã naturalem ipius. Sicut enim humanuz corpus induetur quadã forma glorie supernaturali. ita tota creatura sensibilis in illa gloria filiorum dei qãndã nouitatem glorie cõsequetur secundum illud apoca. 21. Vidi celum nouuz et terrã nouam. Et p hunc modum creatura sensibilis expectat reuelationẽ filiorum dei. ¶ Deinde cũ dicit. Vanitati enim ꝛc. manifestat predictã expectationem. Et primo ponit necessitatem expectandi. scõo expectationis terminũ ibi. Quia et ipsa creatura ꝛc. tertio expectationis signum ibi. Scim9 enim q omnis creatura ꝛc. Necessitas autẽ expectandi est ex defectu cui subiacet creatura. Cui enim nihil deficit non habet necesse aliquid expectare. Defectum autẽ creature ostendit dicens. Vanitati eniz creatura subiecta est Et si quidẽ p creaturã intelligatur homo iustus, sic intelligitur subijci vanitati id est istis rebus corpozalibus q̃ sunt mutabilia ꝛ caduca. Unde dicũtur vana scõm illud eccl. 1. Vanitas vanitatũ ꝛ omnia vanitas. Subijcit aũt eis ꝓpter necessitatẽ pñtis vite circa ea occupationẽ habẽs. Nõ tamẽ volens qz huiusmodi tẽpozalia non amat sicut illi cõtra quos dicit in ps. Ut quid diligitis vanitatẽ ꝛ queritis mẽdacium. Sed tamẽ huiusmodi vanitati subijcitur talis creatura ꝓpter eum id est ꝓpter ordinationem dei q̃ subiecit eam id est hoĩem iustum huiusmodi sensibilib9 creaturis ꝛ tamẽ in spe vt scz qñq̃ a tali occupatione homo liberek in resurrectione scz qñ neq̃ nubẽt neq̃ nubentur sed erunt sicut angeli in celo. Ma. 22. Si vero intelligak creatura ipa humana natura sic est subiecta vanitati id est passibilitati scõm illud ps. Verũtamẽ vniuersa vanitas oĩs homo viuẽs. Non tamẽ volẽs quia talis vanitas est hũane nature in penã inflicta. ꝓpena autem est inuolũtaria sicut et culpa volũtaria. sed tñ huiusmodi passionibus hũana natura subijcitur ꝓpter eũ id est ꝓpter sententiam dei qui subiecit eam scz humanã naturam defectibus sed tamẽ in spe qñq̃ euadendi huiusmodi passiones. ysa. 28. Nõ imꝑpetuũ triturans triturabit. Si aũt intelligatur de creatura sensibili. sic talis creatura subiecta est vanitati id ẽ mutabilitati nõ volens huiusmodi eĩ defectus q̃ cõsequunk mutabilitatẽ sicut corruptio ꝛ senium et alia huiusmodi sunt cõtra naturam particularem huius vel illius rei cuius appetitus est ad conseruationẽ licz sint scõm naturaz vniuersalẽ. Sed nihilominus huiusmodi vanitati creatura sensibilis subicitur ꝓpter eũ id ẽ ꝓpter ordinationẽ dei qui subiecit eam in spe id ẽ in expectatione gloriose nouitatis vt supra dictũ est. ¶ Deinde cum dicit. Quia et ipa creatura ꝛc. ostendit terminum predicte expectationis. Non enim est vana eius expectatio vel spes qz et ipa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorũz dei. Et si q̃dem per creaturã intelligatur homo iustus. ꝑ seruitutem corruptionis intelligitur cura querenoꝝ victũ et vestitum et alia quibus seruitur nostre mortalitati. que ẽ q̃dã seruitus. a qua liberabũtur sancti tẽdentes in libertatem glorie filiorũ dei. Qui quãuis nũc habeãt libertatez iusticie q̃ est a seruitute peccati nõdũ tñ habent libertatez glie q̃ ẽ a seruitute miserie Job. 39. Quis dimisit onagꝝ liberum Si vero per creaturam intelligak humana natura ipsa liberabitur a seruitute corruptionis id est ad litteram a passibilitate et corruptiõe. et hoc tendens in libertatem glorie filiorũ dei. q̃ est non solũ a culpa sed etiam a morte. scõz illud. 1. corĩ. 15. Absorpta est mors in victoria. tua. Si vero intelligak de creatura sensibili: sic ipa creatura liberabik a fuitute corruptiõis id ẽ mutabilitatẽ q̃a in q̃libet mutatiõe ẽ aliq̃ corruptio. vt aug. dicit et etiam phũs in 8. ꝓphoꝝ et hoc in libertatez glie filoiꝝ dei. quia hoc etiã libertati glie fili oꝝ dei cõgruit. vt sicut ipi sunt innouati etiã eoꝝ habitatõ innouek. ysa. 62. Ego creabo celos nouos et terrã nouã. et non erũt in memoria ꝓzã id ẽ ꝓpter mutabilitas creature. qz et ipa ꝛc. scõm primũ sensum. Ac si dicat. Non solum nos apostoli sed etiaz alij iusti. In sensu autem. 2° non solum iusti sed etiam ipa hũana natura que in q̃busdam nõdũ est renouata p gratiam 3 13° autem sensu intelligẽdum est ac si dicak. Non solũ hoĩes sed alia creatura. ¶ Deinde cũ dicit. Scimus eĩ ꝛc. ponit signum expectationis dicens: Scimus eĩ nos apostoli per spiritũ sanctum instructi et etiaz ꝓ experimẽtum q oĩs creatura ingemiscit et ꝑturit vsqz adhuc. Nõ quidem si intelligatur de creatura sensibili habet difficultatem. Primo quidem quantum ad hoc qõ dicit ingemiscit et parturit. Hoc enim conuenire videtur non nisi creature rationali. sed potest sic exponi vt hoc quod dicit

ingemiscit. Idē sit ei. qđ dixit nō volēs. In illis eīm ingemiscimus. que nr̄e volūtati repugnāt. Sic ergo in q̄tum defectus nature sensibilis sunt ꝓtra naturalē appetitū pticularis nature dicit ipa creatura sensibilis ingemiscere. Q̄ autem dicit. parturit idez est ei qđ supra dixerat. Expectat. Mā pturitio est via ad prolem ꝓducendā. scđz autem dubium ē in hoc q̄ dicit Omnis creatura. qz sic etiam includerent corpora celestia. Unde ꝛ glo. dicit q̄ sol ꝛ luna nō sine labore sī atuta sibi implent spacia. sed expositum est vt labor accipiat̄ ꝓ motu sicut ꝛ requies quā accipit̄ pro cessatione ab opere sicut de⁹ die. 7. reqz genē. 1°. Et scōm hoc gemitus intelligit̄ corruptio miscet motui locali prout scilicet desinit esse in hoc incipit esse in alio. p parturitionē aūt intelligit̄ ordinatiū corpoz ad eoz innouationē. Si vero exponatur de bobus sic dicitur humana natura oīs creatura spūali. s. ꝗtum ad intellectū cū aīali quātum ad corruptionē cū corporali q̄tum ad corp⁹. Dic ergo creatura. homo ingemiscit partim ꝓpter mala q̄ patitur in ꝓpt̄ bona sperata q̄ differuntur. Treñ. 1. Multi gemitus mei. Parturit aūt qz cū q̄dam afflictione animi sustinet dilationē glorie expectate. puer. 9. Spes que differt̄ affligit aīaz. Jo. 16. Mulier cū parit tristitiā habet Ibi dolores vt pturiētis. Dicit aūt vsqz adhuc. quia ille gemit⁹ nō est ablatus p nostrā iustificationē sed pmanet vsqz adhuc. i. vsqz ad mortem vel vsqz adhuc. qz ꝛ si aliā sint liberati qui sūt in gloria: adhuc tamē nos sumus residui Ut vsqz adhuc qz nō solū antiqui patres qui fuit ante xp̄m sed etiā adhuc tēpore gratie eadem patiuntur. 2ª. pe. 3. dicitur ex ꝓsona impioꝝ. Ubi est ꝓmissio aduentꝰ eius? Ex quo patres dormierūt omnia sic perseuerant ab initio creature. Est aūt sciendū q̄ qz creatura dei pōt dici omne illud quod sub deo est. Aliqui voluerūt predicta verba exponere de qualibet creatura etiā de angelis sctis. Sz valde inconuenientes ē vt ipi dicant̄ vanitati subiecti aut ingemiscere ꝛ pturire. vt ipi iam habeāt gloriā ꝰ similitudinē expectam⁹ scōm illō. Ma. 22. Erūt sicut angeli dei in celis ꝛ nō q̄uenienti⁹ sm p̄dicta exponit.

Lectio quinta.

Non solum autez illa sed ꝛ nosipsi p̄mitias spiritus habentes. ꝛ ipsi intra nos gemimus adoptionē filioꝝ dei ectantes redemptionez corporis nostri. pe enim salui facti sumus. Spes autē que detur non est spes. Nam quod videt quis d sperat. Si autez quod non videm⁹ spe us: per patiētiā expectamus. Similiter em ꝛ spūs adiuuat infirmitatez nostram quid oremus sicut oportet nescim⁹. sed ip spūs postulat pro nobis gemitib⁹ inenarabilibus. Qui autem scrutatur corda: scit quid desiderat spiritus qz secūdum deū postulat pro sanctis.

Supra ostendit aplūs excellentiam future glorie ex expectatione creature. nūc ostēdit idem ex expectatione apostoloꝝ. Nō aūt potest esse puū quod a magnis virs ex pectatur tam anxie. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit quod intēdit. scđo ꝓbat ꝓpositum ibi. Spe enim ꝛc. Circa p̄mum tria facit. Primo ꝓponit dignitatez expectantium cum dicit. Non solum aūt illa. s. creatura expectat gloriā filioꝝ dei. sed et nosipsi. s. apostoli habentes p̄mitias spūssancti. quia. s. spūm sanctū ꝛ tēpore prius. ꝛ ceteris abundantius apli habuerunt sicut ꝛ in fructibus terre illud quod primo ad maturitatem puenit est pinguius ꝛ magis acceptū. Jere. 2°. Sanctus isrl̄ dño p̄mitie frugum eius. he. 12. Accessistis ad ecclesiam p̄mitiuoꝝ qui cōscripti sunt in celestibus. Ex quo patet q̄ apli sunt omnibus alijs sanctis quacūqz ꝓgatiua prefulgeant: siue virginitatis: siue doctrine: siue martirij preferēdi. tanq̄ abundantius spūm sanctum habentes. Sed potest aliquis dicere q̄ quidā alij sancti maiora tormēta sustinuerūt ꝛ maiores austeritates ꝓpter xp̄m q̄ apostoli. Sed dicendum est q̄ magnitudo meriti principaliter ꝛ respectu essentialis premij attendit̄ sm caritatē. Consistit eīm p̄miū essentiale in gaudio qđ habetur de deo Manifestū est aūt q̄ de deo pl⁹ gaudebūt: q̄ pl⁹ amāt. Uñ ꝛ illā visionē beatā dñs suo dilecto ꝓmittit dicēs Jo. 14. Si q̄s diligit me diligetur a patre meo. ꝛ ego diligam eū ꝛ manifestabo ei meipsum. Sed scōm q̄titatem operum meretur homo premiū accidentale quod est gaudiuz de talibus operib⁹. Apli ergo illa opera que fecerunt ex maiori caritate fecerunt. ex qua habebant coz ad multa maiora facienda si fuisset oportunuz. Si aūt dicat aliquis potest tantū quis conari q̄ habebit equalē caritatem cū apostolis. Dicendū q̄ caritas hominis nō est a seipso sed ex gratia dei que datur vnicuiqz secundū mensurā donationis xp̄i. vt dicitur ephe. 4. Unicuiqz autē dat gratiā ꝓportionatā ei ad quod eligitur. sicut homini xp̄o data est excellentissima gratia. qz ad hoc est electus vt eius natura in vnitatē ꝓsone diuine assumeretur. ꝛ post eum habuit maximā plenitudinem gratie beata maria que ad hoc ē electa vt esset mater xp̄i. Inter ceteros autē ad maiorem dignitatem sunt electi apostoli vt scilicet immediate ab ipso xp̄o accipientes: alijs traderēt ea que pertinent ad salutem. ꝛ sic in eis ecclesia quodammodo fundaretur. scōm illud apoc. 21. Murus habebat fundamenta. xij. et nōia apostoloꝝ erāt in eis scripta. Et ideo dicitur. 1ª. coz. 12. Deus posuit in ecclesia primuz q̄dem apostolos. Et ideo deus eis abundantioꝝ gratiam ꝓ ceteris tribuit. scđo ponit anxietatem expectationis cū dicit. Et ipsi intra nos geminus. Qui quidē gemitus designat afflictionē ex dilatione rei cuz magno desiderio expectata scōm illud puer. 13. Spes que differtur affligit animam. pš. Laboraui in gemitu meo. Iste aūt gemitus nō est tam exterius q̄ interius. tum qz ex interiori cordis affectu ꝓcedit. tum qz est ꝓpter interioza bona. Unde signanter dicit. Intra nos. Treñ. primo. Multi gemitus mei. Tertio ponit rem expectatā dicens. Adoptionem filioꝝ dei expectātes. i. cōpletionez huius adoptionis. Inchoata enim est huiusmodi adoptio per spūm sanctū iustificantem aīam. s. eodē Accepistis spūm adoptionis filiorum. Cōsumabitur aūt p ipsius corporis glorificationem Unde supra. 5. Gloriamur in spe glorie filioꝝ dei. Et h⁰ est quod subdit. redemptionem corporis nostri vt scilicet sicut spūs noster redempt⁹ est a peccato. ita corp⁹ nostrū redimatur a corruptione ꝛ morte. Osee. 13. De morte redimam eos. phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostre. Deinde cum dicit. Spe enim ꝛc. probat quod dixerat tali ratione. Spes est de bijs que nō presentialiter videntur sed in futuro expectātur. sed nos sumus salui facti per spem. ergo expectamus in fututz complemētum salutis. Primo ergo ponit minorē dicens. Nos eīm apostoli sicut ceteri fideles spe salui facti sumus. quia scilicet spem nostre salutis habemus. p̄ma pe. p̄mo. Regenerauit nos in spem viuam. pš. Sperate in eum omnis congregatio pꝰpli. Secūdo ponit maiorez dicens. Spes aūt. i. res sperata q̄ videt q̄si pñtialiter habita nō ē spes. i. nō est res sperata sz habita. Spes eīm est expectatio futuri

Sopho°. 8. Expecta me in die resurrectionis mee in futurū. tertio ponit ꝓbationē maioris dicēs. Maz qđ videt quis quid. i. cur ſpat. quaſi dicat. Spes importat motuz anime in aliq̄d nō habitū tendentē. Cū aūt aliquid iā habetur nō eſt neceſſariū vt in id aliqs moueaē. Et eſt notāndum q̄ qz ſpes ex fide quodā modo oziē attribuit ſpei opī illud qđ eſt fidei. ſ. eſſe de non viſis. ſcōm illud. he. xj. Fides eſt argumētū nō apparentiū. quarto ponit ꝯcluſionē dicēs. Si aūt qđ nō videm⁹ ſperam⁹ ſequiē qđ p̄patientiam expectamus. Unđ notāndū eſt q̄ ꝓprie patīa importat tolerantiā tribulationū cum quadā equanimitate. infra. 12. In tribulatione patiētes. qz vero dilatio boni habet quandā rōnez mali. Jnde eſt q̄ etiā diutina expectatio bonoz abſentiū cū trāquillitate animi attribuiē patiētie. ſed hec maxime ad lōganimitatez ptinent ſcōm illud Ja. 2. Patiētes eſtote vſq̄ ad aduentū dñi. Utroq̄ aūtē modo patiētia hic accipiē qz apl̄s expectabāt equanimiē gloriā t cū dilatione t tribulatione. ¶ Deinde cuz dicit. Similr aūt ꝛc. oñdit qđo per ſpūm ſanctū adiuuamur in defectibus vite p̄ntis. Et ꝓmo q̄tum ad cōpletionē deſideriоz. ſcōo q̄tum ad directionē exterioz euentuum ibi. Scimus aūt ꝛc. Circa ꝓmū duo facit. ꝓmo ꝓponit qđ intēdit. 2° manifeſtat ꝓpoſitū ibi. Nā quid ozem⁹ ꝛc. Dicit ergo ꝓmo. Dictū eſt q̄ per ſpūz ſāctū viuificabūtur noſtra mortalia corpa qñ aufferetur a nobis nr̄a infirmitas. Similr aūt t in ſtatu hui⁹ vite in quo adhuc infirmitati ſubijcimur ſpūs adiuuat infirmitatē noſtrā. t ſi nō totalr eā tollat. eze. 3. Spūs q̄z eleuauit me. t aſſūpſit me abij amar⁹ in indignatiōe ſpūs mei q̄ſi infirmitate nōdū totalr ceſſante. Man⁹ eīm dñi erat mecū cōfortans me. Et in hō ſpūs me aſſūpſit. Ma. 26. Spūs quidē ꝓptus eſt caro aūt infirma. ¶ Deinde cū dicit. Nā quid ozem⁹ ꝛc. māifeſtat qđ dixerat. Et ꝓmo oñdit neceſſitatē auxilij ſpūs qđ ptinet ad infirmitatē p̄ntis vite. 2° oſtēdit modū auxilij ibi. Sed ipe ſpūs ꝛc. tertio oſtendit efficatiam auxilij ibi. Qui autem ſcrutatur ꝛc. Dicit ergo primo Recte dico q̄ ſpiritus adiuuat infirmitatam noſt. a. Nā in hoc patimur infirmitatem q̄ neſcim⁹ quid ozem⁹ ſicut optet. Job. 3. Uiro cuius abſcōdita eſt via t circūdedit eū de⁹ tenebris Et eſt ꝓſiderādū q̄ duo dicit nos apl̄s neſcire. ſ. quid ozādo petam⁹ t modū quo petere oporteat. ſed vtrūq̄ videē eſſe falſum. Nā ꝓmo ſcimus quid ozem⁹ qz hoc nos dñs docuit. Mat. 6. Sāctificetur nomē tuū ꝛc. Sed dicendū q̄ in generali quidē poſſum⁹ ſcire quid cōuenienter ozemus. ſed ī ſpēali hoc nō poſſum⁹ ſcire. ꝓmo quidē qz ſi ō ſideram⁹ aliqō opus Ꝛtutis facere qđ eſt implere dei voluntatē ſicut in celo t in terra. pōt ptingere q̄ illud opus virtutis nō eſt huic vel illi cōgruz ſicut alicui qui vtilit poſſet in actione p̄ficere nō expedit p̄tēplationis quies. t ecōuerſo vt greg. dicit ī moralib⁹ ſup illud Job. 5. Ingredieris in abundātia ſepulcrū. Unde dicit̄ puer. 14. Eſt via q̄ videē hoī iuſta. nouiſſima aūt illius ducunt ad mortē. 2° aliquis deſiderat aliqō tēporale bonū ad ſuſtētationem vite qđ eſt petere panē quottidianum qđ tñ ſibi vertitur in piculuz mortis. Multi eīm ꝓpter diuitias pierunt. Ecc. 5. Diuitie ꝓſeruate in malum dñi ſui. 3° aliqs deſiderat liberari ab aliqua moleſtia tēptationis que tamen eſt ſibi ad cuſtodiā ꝓfūtilitatis. ſicut paulus petijt amoueri a ſe ſtimulū qui tñ erat ei dat⁹ ne euz magnitudo reuelationū extolleret. vt dicitur. 2ª. coz. 12. Similr etiam videtur q̄ ſciam⁹ ſicut oportet nos ozare ſcōm illud. Jac. ꝓmo. ꝓpoſtulet in fide nihil heſitans. Et ad hoc dicendum q̄ in generali hoc ſcire poſſum⁹ ſed in ſpēali motus cordis noſtri vſq̄quaq̄ diſcernere nō poſſum⁹. vtputa vtrū petamus aliquid ex ira vel ex zelo iuſtitie. Unde t Mat. 20. reꝓbata eſt petitio filioz zebedei qz licz verētur ꝓticipationem diuine glorie poſtulare: tamen ex quadam gloria ſeu elatione ꝓcedebat eoz peticio. ¶ Deinde cū dicit. Sed ipe ꝛc. ponit modū auxilij ſpūſſācti dicens q̄ ipſe ſpūs poſtulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus. Quod quidē videtur ſuffragari erroꝛi arrij t macedonij qui poſuerunt ſpūm ſanctū eſſe creaturā t minorem patre t filio. poſtulare enīz eſt minoris. ſed ſi ex eo q̄ dicit eum poſtulare intelligam⁹ eū eſſe paſſibilem creaturā t patre minorem. ꝓſequēs eſt etiā q̄ ex eo q̄ dicit eū gemitibus poſtulare. intelligam⁹ eum eſſe paſſibilē creaturam beatitudine carentē. quod nullus vnq̄ hereticus dixit. Nam gemitus ex doloze eſt qui ad miſeriam ptinet Et ideo exponendū eſt poſtulat id eſt poſtulantes nos facit ſicut t gen. 22. Nunc cognoui q̄ timeas dominū id ē cognoſcere: feci. Facit aūt nos ſpūſſāctus. poſtulare in q̄tum in nobis recta deſideria cāt. Nam poſtulatio eſt quedam deſideriоz explicatio. Deſideria aūt recta ex amoze caritatis proueniūt quā in nobis ſpūſſanctus facit. ſupra. 5. Caritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpūm ſāctum qui datus eſt nobis. Spiritu aūt ſancto dirigēte t inſtigante coz noſtrū t noſtra deſideria non poſſunt eſſe niſi nobis vtilia. Yſa. 4. Ego domin⁹ docens te vtilia. t iō ſubdit. ꝓ nobis. Eius aūt qđ multum deſideramus t deſideranter petim⁹ dilationez cū doloze t gemitibus pātimur. Et ideo ſubdit. Gemitibus. quos ſpūſſāctus ī coze noſtro cāt in q̄tum. ſ. nos facit celeſtia deſiderare que differūtur. Iſte eſt gemitus columbe quē ſpūſſanctus in nobis facit. Mau. 2. Minabant gementes vt colūbe. Dicit aūt inenarrabilibus. aut qz ſunt ꝓpter rem inenarrabilem ſcilicet celeſtem gloriā. 2°. coz. 12. Audiuit archana verba que nō licet homini loqui. Aut qz ipſi mor⁹ coz dis ſufficienter enarrari nō poſſunt. ſcōm q̄ a ſpū ſancto procedunt. Job. 38. Quis enarrabit celoꝛum rationem. ¶ Deinde cum dicit. Qui autē ſcrutatoꝛ ꝛc. oſtendit efficatiam auxiliі, quo ſpūſſanctus nos adiuuat dicens. Qui autē ſcrutatur coꝛda id eſt deus cui ꝓpriuz eſt coꝛda ſcrutari. pſ. Scrutans coꝛda t renes deus. Dicit autē deus ſcrutari coꝛda nō q̄ inquirēdo occulta coꝛdis cognoſcat. ſed qz manifeſte ſcit ea q̄ in coꝛde latēt. Sopho. 1°. Scrutaboꝛ ihrlm in lucernis. Deus inq̄ ſcrutās coꝛda ſcit id eſt approbat ſcōm illud. 2ª. thi. 2. Nouit dñs qui ſunt eius. Quid ōſideret ſpūs. i. quid ōſiderare nos faciat. pſ. Dñe ante te oñe deſideriū meū. Jdeo aūt deſideria ſpūs que in ſanctis facit ſpūſſanct⁹ ſunt deo accepta qz poſtulat ꝓ ſanctis. i. poſtulare eos facit ſcōm deū. i. qđ ꝓuenit diuino bñplacito. puer. 10. Deſideriū iuſtoz oñe bonuz Jn cui⁹ exemplum dñs patri dicebat. Nō ſicut ego volo. ſed ſicut tu vis. Mat. 26.

Lectio ſexta.

Scimus autem quoniaz diligētibus deum omnia cooperantur in bonuz hiis qui ſcōm ꝓpoſitū vocati ſunt ſancti. Nā quos ꝓſciuit: t ꝓdeſtinauit cōformes fieri ymaginis filii ſui: vt ſit ipe ꝓmo genitus in multis fribus. Quos aūt ꝓdeſtinauit hos t vocauit. t quos vocauit: hos t iuſtificauit. Quos aūt iuſtificauit: illos t magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec: Si deus ꝓ nobis quis contra nos: Qui etiaz ꝓ ꝓprio filio ſuo nō pepcit. ſed pro nobis omnibus tradidit illū. Qui non etiam cū illo omnia nobis donauit.

¶ Ostendit supra aplus q̄ spūssanct⁹ adiuuat infirmitates pñtis vite q̄tuz ad impletionē nostroz desideriozz. h ostendit qualr nos iuuat q̄tum ad exteriozes euent⁹ diri gendo in bonū nostrū. Et pmo pponit qđ intēdit. secūdo pbat ppositū ibi. Nā quos presciuit ꝛc. tertio infert quā dam coclusionē ex dictis ibi. Quis ergo sepabit illos ꝛc ¶ Circa pmū duo cōsideranda occurrūt. ¶ Primo quidem magnitudo beneficij que nobis a spū sancto ꝓfertur vt. s. omnia nobis cooperenr in bonū. Ad cui⁹ euidentiā cōsiderandū est q̄ q̄cquid fit in mūdo etiā si malū sit cedit in bonū vniuersi qz vt aug. dicit in ench. De⁹ ē adeo bon⁹: q̄ nihil malile esse pmitteret nisi esset adeo potens q̄ ex q̄li et malo posset elicere aliquid bonū. ¶ Nō aūt semp cedit malū in bonū eius in quo est sicut corruptio vni⁹ animalis dit quidē in bonū vniuersi in q̄tum p corruptionē vni⁹ erat aliud. nō tū in bonū eius qđ corrumpit qz bonū niuersi est a deo volitū scōm se ꝛ ad ipm ordinātur omēs es vniuersi. Et eadē ratio esse videt circa ordines nobi lissimaz ptium ad alias ptes. qz maiū aliaz ptium ordīa tur in bonū nobilissimaz. Sed quicqd fit circa nobilissimas ptes nō ordinat nisi in bonū ipaz qz de eis ppter se ra habeb. ō alijs aūt ppter ipas. sicut medicus infirmitem pedis sustinet vt curet caput. Inter omēs aūt ptes niuersi excellūt sancti dei ad quoz quēlibet ptinet qđ dicitur. Mat. 25. Sup oīa bona sua cōstituet eum. Et ideo quicqd accidit vel circa ipos vel alias res totū in bonum z cedit ita q̄ verificat qđ dicit puer. xj. Qui stult⁹ est eruiet sapienti qz. s. etiā mala peccatoz in bonū iustoruz cedunt vnde ꝛ de⁹ spālem curā de iustis habere dicit secūdū illud. ps. Oculi dñi sup iustos. in q̄tuz. s. sic de eis curat q̄ nihil mali circa eos pmittit qđ nō in eoz bonum cōuertat. Et hoc quidē manifestū est q̄tum ad mala pena lia que patiunt. Unde in glo. dicit q̄ ipoz infirmitate exercetur humilitas. afflictione patia. cōtradictione sapientia. odio beniuolentia. Unde. 1ᶜ. pe. 3. Si quid patimini ppter iustitiā beati. Sed nūquid etiā eis peccata coopāntur in bonū? Quidā dicūt q̄ peccata cōtinent nō sub hoc q̄ dicit oīa. qz scōm augustinū peccatū nihil est ꝛ nihil fiunt hoies cū peccāt. Sed cōtra hoc est qđ in glo. sequit. Usq̄ adeo talib⁹ deus oīa coopatur in bonū vt si qui homines deuiant ꝛ exorbitant etiā hoc ipm eis faciat pficere in bonū. Unde ꝛ in ps. dicit. Cū ceciderit iustus nō collidetur qz dñs supponit manū suā. Sed scōm hoc videtur semp tales in maiori caritate resurgāt qz bonū hoīs in ritate cōsistit. quā si nō habeat apostol⁹ se nihil esse recognoscit. 1ᶜ. coz. 13. Sed dicendū est q̄ bonū hoīs nō solum cōsistit in q̄titate caritatis sed pcipue in ipius pseuerantia usq̄ ad mortē scōm illud Mat. 24. Qui pseuerauerit usq̄ in finē hic saluus erit. Ex hoc aūt q̄ iust⁹ cadit resurgit cautioz ꝛ humilioz. Unde in glo. subdit postq̄ dixerat q̄ hoc ipm faciat eis in bonū pficere. qz sibi humliores redeūt atq̄ doctiores. Discūt enī cū tremore se exultare debere. nō quasi arrogādo sibi tanq̄ de sua virtute fiducīā pmanendi. ¶ Secōo optet ꝑsiderare quib⁹ hoc bñficium cōpetat. Circa qđ primo attēditur aliquid ex pte hominis cū dicit. Diligētib⁹ deū. dei enī dilectio est in nob q̄ inhabitantē spūm vt habitū est supra. 2°. Ipse aūt spūs sanct⁹ est qui nos dirigit in viā rectā vt dicit in. ps. Unde dicit. 1ᶜ. pe. 3. Quis est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis? Et in ps. Pax multa diligentib⁹ legez tuam ꝛ nō est illis scādalum. Et hoc rōnabiliter. qz vt dicitur puer. 8. Ego diligētes me diligo. diligere est bonuz velle dilecto dei aūt velle est opari. Oīa enī quecūq̄ voluit fecit vt in ps. dicit. Et ideo de⁹ oīa cōuertit in bonū hijs qui eū diligūt. scōo attendit id qđ est ex pte dei. qui p̄mo fideles ab eterno pdestinauit. scōo ex tēpore vocat. tertio sanctificat ꝛ hec tria tāgit cū dicit. Hijs qui scōm p positum vocati sunt sancti. i. pdestinat⁹ vocatis ꝛ sanctificatis. vt ppositū referat ad pdestinationē que scōm aug. est ppositū miserendi. Ephe. 1°. ¶ Predestinati scōm prozposituz ei⁹. Nō dicit vocati. ad vocationē. Ysa. 41. Uocauit eū vt sequeret se. Nō dicit sancti ad sanctificationē scōm illud Le. 21. Ego dñs qui sanctifico vos. Hoc aūt aplus se scire dicit ex psona sanctoz dicens. Scim⁹. sap. 10. Dedit illi sciam sanctoz. ¶ Procedit aūt hec scia tum ex experimento. tum etiam ex cōsideratione efficatie caritatis. Cañ. 8. Fortis est vt mors dilectio. Et etiā pdestinationis eterne. Ysa. 46. Dis volūtas mea implebit et omne ꝓsilium meū fiet. ¶ Deinde cū dicit. Nā quos presciuit ꝛc. pbat qđ dixerat tali rōne. Nullus pōt nocere hijs quos de⁹ pmouet. Sed pdestinatos diligentes deū deus pmouet. Ergo nihil pōt eis nocere. sed oīa cedunt eis in bonū. ¶ Circa ergo pbat minoz. s. q̄ eos de⁹ pmoueat. 2° maioz. s. q̄ pmotis a deo nihil pōt esse nociuū ibi. Quid ergo dicem⁹ ꝛc. Circa pmū duo facit. ¶ Primo pponit ea que sunt ad pmotionē sanctoz ab eterno. 2° ea que sunt ex tēpore ibi. Quos aūt pdestinauit ꝛc. ¶ Ponit aūt duo circa pmuz. s. presciam ꝛ pdestinationē cuz dicit. Nā quos presciuit ꝛ quos pdestinauit. Dicūt aūt quidam q̄ predestinatio hic accipit p preparatione que est i tēpore. qua. s. de⁹ prepat sanctos ad gram ꝛ hoc dicunt ad distinguendū presciam a pdestinatione. Sed si recte cōsidereť vtrūq̄ est eternū ꝛ drūt rōne. Nā sicut dictū est supra pmo. sup illud qui predestinat⁹ est. pdestinatio importat pordinationē quādaz in aīo eoz que quis est facturus. Ab eterno aūt de⁹ predestinauit bñficia que sanctis suis erat daturus. Unde pdestinatio est eterna. differt aūt a presciā scōm rōnem qz presciā importat solā noticiā futuroz. sed pdestinatio importat cālitatem quādaz respectu eoz. Et ideo de⁹ habet presciaz ꝛ de peccatis. sed pdestinatio est de bonis salutarib⁹. Unde aplus ad ephe. primo dicit ¶ Predestinati scōm pposituz ei⁹ vt sim⁹ in laudē ꝛc. Circa ordinē aūt presciē ꝛ pdestinationis. dicunt quidam q̄ presciā meritoz bonoz ꝛ maloz est ratio pdestinationis ꝛ reprobationis vt. s. intelligat q̄ deus pdestinet aliqs qz pscit eos bñ opaturos ꝛ ī xp̄o credtios. Et scōz h° littera sic legit. Quos presciuit cōformes fieri ymaginis filij eius hos pdestinauit. Et h° quidē rationabl̄r dicere tur. si pdestinatio respiceret tñ vitam eternā que dat meritis sed sub pdestinatione cadit oñe beneficiuz salutare quod est homini ab eterno diuinit⁹ prepatū. Unde eadē ratione oīa bñficia que nobis confert ex tēpore prepauit nos ab eterno. Unde ponere q̄ aliqđ merituz ex pte nr̄a p supponat cuius presciā sit ratio pdestinationis nihil est aliud q̄ gratiā ponere dari ex meritis nostris. ꝛ q̄ principium bonoz o pum est ex nobis ꝛ cōsumatio est ex deo. Un de cōuenient⁹ sic ordinat littera. Quos presciuit hos et pdestinauit fieri cōformes ymaginis filij sui. Ut ista conformitas nō sit ratio pdestinationis sed termin⁹ vel effectus. Dicit enim aplus ephe. pmo. ¶ Predestinauit nos in adoptionē filioz dei. Nihil enim aliud est adoptio q̄ illa cōformitas. Ille enim qui adoptat in filium dei cōformatur vero filio ei⁹. ¶ Primo quidē in iure pticipande hereditatis. sicut supra eodē dictū est. Si filij ꝛ heredes. heredes quidē dei coheredes aūt xp̄i. scōo in pticipatione splendoris ipius. Ipe enim genit⁹ est a patre tanq̄ splendoz glozie eius. Ihe. pmo. Unde p hoc q̄ sactos illumiat de lumine sapie ꝛ gratie facit eos fieri cōformes sibi. Unde in ps. dicit. In splēdozibus sanctoz ex vtero ante luciferum genui te. i. pfundentē oēm splendorē sanctorum Quod aūt dicit. Ymaginis filij eius. pōt intelligi dupliciter. Uno modo vt sit cōstructio appositiua. vt sit sensus

conformes imaginis filij eius qui est imago. Col'.1. Qui est imago inuisibilis dei. Alio modo potest intelligi vt sit constructio transitiua: vt sit sensus: predestinauit nos fieri conformes filio suo: in hoc q portemus eius imaginem 1.cozin.15. Sicut portauim⁹ imaginē terreni: sic portemus imaginē celestis. Dicit aūt. Quos predestinauit nō q̄ oēs prescitos predestinet: sed q̄ eos predestinare nō poterat nisi prescireț. Jere.1. Priusq̄ te formarē in vtero noui te. Quid aūt ex hac predestinatione sequaț subiungit. Ut sit ipse primogenit⁹ in multis fratrib⁹. Sicut eīm deus suam naturalē bonitatē voluit alijs cōmunicare: participando eis silitudinē sue bonitatis vt non solū sit bon⁹ sed etiam actor bonoꝝ. ita filius dei voluit conformitatē sue filiationis alijs cōmunicare vt non solū sit ipse filius: sed etiā primogenitus filiorū. Et sic q̄ p generationē eternam est vnigenitus. Fm illud Jo.1. Unigenit⁹ q̄ est in sinu patris Fm collationez gratie sit p̄mogenitus in multis fratribus. Apoc.1. Qui est primogenitus mortuoꝝ ț p̄n ceps regū terre. Habet igiț xp̄us nos fratres: tū q̄ nobis similitudinem sue filiationis cōmunicauit: sicut hic dicit. tum q̄ silitudinē nostre nature assumpsit. Fm illud Heb. 2. Debuit p omnia fratribus assimilari. ¶ Deinde cū dicit. Quos aūt predestinauit ꝛc. ponit ea que ex tempore sancti diuinitus consequunț. Et p̄mo ponit vocationē cū dicit. Quos p̄destinauit hos ț vocauit. predestinatio aūt eius irrita esse non potest. scōm illud Ysa.14. Jurauit dn̄s exercituū dicens. Si non vt puraui ita erit ț quō mente tractaui sic eueniet. Primū aūt in quo incipit p̄destinatio impleri est vocatio hoīs: que quidez est duplex. Una exterior que fit ore predicatoris. puer.9. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem. Hoc modo deus vocauit Petrum et Andream vt dicit Matth.4. Alia vero vocatio est interior q̄ nihil aliud est q̄ quidam mentis instinct⁹ q̄ cor hoīs mouet a deo ad assentiēdū his que sunt fidei vel virtutis. Ysa.41. Quis suscitauit ab oriente iustū ț vocauit eum vt sequeret se? Et hec vocatio necessaria est. q̄ cor nostrū non se ad deuz cōuerteret nisi ipse deus nos ad se traheret. Jo.6. Nemo potest venire ad me nisi pater q̄ misit me traxerit eum. Treñ.5. Conuerte nos dn̄e ad te ț conuertemur. Et etiam hec vocatio est efficax in p̄destinatis. q̄ huiusmodi vocationi assentiunt. Jo.6. Oīs q̄ audiuit a patre meo ț didicit venit ad me. Unde secundo ponit iustificationē cū dicit. Quos vocauit hos ț iustificauit. s. gr̄am infundendo supra.3. Justificati gratis per gr̄am ipsius. Hec aūt iustificatio ț si in aliquib⁹ frustretur q̄ non p̄seuerant vsq̄ in finem: in predestinatis tñ nunq̄ frustrat. Unde tertio ponit magnificationez cum subdit. Hos ț magnificauit. Et hoc duplicit. s. uno quidem mō p̄ effectum virtutis ț gratie. Alio aūt modo p̄ exaltatiōz glorie. Sap̄. vltimo. In omnib⁹ dn̄e magnificasti populū tuum ț honorasti. Ponit aūt p̄teritū p̄ futuro si intelligatur de magnificatione glorie vel p̄pter certitudinē futuri vel q̄ quod in quibusdā est futurū in aliis est completum ¶ Deinde cuz dicit. Quid ergo dicem⁹ ꝛc. manifestat maiorem scz q̄ p̄motis a deo null⁹ potest nocere. Et primo ostendit q̄ nō possit pati detrimentū p̄ malū pene. secūdo q̄ nec p̄ malū culpe ibi. Quis accusabit ꝛc. Malus pene est duplex. Unum quidē consistit in illatione maloꝝ. aliis in subtractione bonoꝝ. Primo ostendit q̄ illi qui p̄moueną a deo non patiunț detrimentū p̄ conatū alicuius p̄sequentis dicens. Quid q̄ dicemus? quasi dicat. Cum tot bona deus suis electis p̄stet quid potest dici contra hec vt icz predicta dei beneficia annullētur quasi diceret. Nihil. puer.21. Non est sapientia ț non est prudentia ț nō est consilium contra dominū. Uel quid dicemus? Ad hec s. aspiciētes ț oportet nos obstupescere. Abacuc.3. Scōm aliam litterā. Considerauī opera tua ț expaui. Uel quid dicemus ad hec. i. quid poterim⁹ deo retribuere tot beneficijs dignū? p̄s. Quid retribuā dn̄o p̄ omnibus que retribuit mihi? Et subiungit. Si deus p̄ nobis est scz predestinando vocando iustificando ț magnificādo: quis cōtra nos scz esse poterit efficaciter. Ys.5. Stem⁹ simul q̄s est aduersarius meus? Job.17. Pone me iuxta te ț cuiꝰ vis manus pugnet contra me. Secundo ostendit q̄ sancti dei non possunt pati detrimentū ex subtractione bonorum dicens. Qui etiam p̄prio filio non pepercit. Cū aūt supra de multis filijs mentionem fecisset dicens. Accepistis spiritū adoptionis filiorum: ab omnib⁹ illis hunc filium separat dicens. Proꝓo filio suo id est nō adoptato vt heretici mentiunț sed naturali ț coeterno. i. Jo. vltimo. Ut simus in vero filio eius iesu xp̄o. de quo pater dicit. Matth.3. Hic est filius meus dilectus. Q autē dicit. nō pepercit. intelligendum est q̄ eum a p̄ena nō exemit. Nā culpa in eo non fuit cui parci potuisset: puer.13. Qui p̄cit virge odit filium suū. Non tñ deus pater filio suo non pepercit vt ei aliq̄d accresceret qui est p̄ omnia deus p̄fectus. sed p̄pter nostrā vtilitatē eum passioni subiecit. Et hoc est quod subdit. Sed p̄ nobis omnibus tradidit illū id est exposuit eum passioni p̄ expiatiōe peccatoꝝ nostrorum. ō.4. Tradit⁹ est p̄pter delicta nostra. Ysa.53. Dominus posuit in eo iniquitatem omniū nostrū. Trad.dit eum deus pater in mortem: eum incarnari ț pati statuendo ț humane eius voluntati inspirando charitatis affectum qua passionem spontaneus subiret. Unde ipse seipsum tradidisse dicit eph̄.5. Tradidit semetipsum p̄ nob. tradidit etiam eum iudas ț iudei exterius aliquid operādo. vt supra.5. habitum est. Est aūt notandum q̄ dicit. q̄ etiam p̄prio ꝛc. Quasi dicat. Non solum alios sanctos p̄ salute hominum tribulationi exposuit fm illud Osee 6. Propter hoc dolaui in pphetis. 2.cor.1. Cum tribulamur p̄ vestra exhortatione ț salute. Sed etiam p̄p̄uz filium suum. In ipso aūt filio dei omnia existunt sicut in primordiali preopatiua causa. Col'.1. Ipse ē ante omnia ꝛc. Unde eo tradito nobis: oīa sunt data nobis. Unde subdit. Quō non etiam cum illo scz dato nobis oīa donauit nobis. vt scz oīa cedant in bonū nostrum. superiora quidem s. diuine persone ad fruendū. rationales sp̄iritꝰ ad conuiuendū. omnia inferiora advtendum non solū p̄spera sed etiam aduersa. 1.cozin.3. Omia vestra sunt: vos autem xp̄i: xp̄us aūt dei. Unde patet q̄ sicut in p̄s dicit. Nihil deest timentibus eum.

Lectio septima.

Quis accusabit aduersus electos dei q Deus qui iustificat. Quis est qui cōdemnet? Christus iesus qui mortuus est: immo q̄ ț resurrexit: qui est ad dexteram dei qui etiā interpellat p̄ nobis. Quis ergo nos separabit a charitate christi. Tribulatio an angustia: an fames: an nuditas: an periculum: an persecutio: an gladius? Sicut scriptū est. Quia p̄pter te mortificamur tota die. estimati sum⁹ sicut oues occisionis Sed in his omnibus supamus: p̄pter euz q̄ dilexit nos. Certus sum eīm. q̄ neq̄ mors: neq̄ vita: neq̄ angeli: neq̄ principat⁹: neq̄ virtutes: neq̄ instantia: neq̄ futura: neq̄ fortitudo. neq̄ altitudo: neq̄ p̄fūdū: neq̄ crea

tura alia poterit nos separa a charitate dei: que est in christo iesu dño nostro.

Post q̄ aplus ostendit q̄ sancti quos deus p̄mouet nullum detrimentū pati possunt quasi a malo pene. hic ostēdit q̄ nullus detrimentū pati p̄ ossunt quasi a malo culpe. Et primo ostendit ꝓpositū. secundo excludit quandā cbiationem ibi. Christus iesus ꝛc. Circa primū considerādum est q̄ aliquis ꝓpter culpaz leditur a duob⁹. Primo quidē ab accusatiōe. secundo a iudice cōdemnāte. Primo ergo ostendit q̄ nulla accusatio possit esse sanctis dei nociua. ꝛ hoc ratione diuine electionis. Qui em̄ aliquez eligit ex hoipso eum approbare videt. Sancti aūt sunt electi a deo. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti. Qui accusat improbat eum quem accusat. Non est aūt alicuius accusatio contra dei approbationē. Et ideo dicit. Quis accusabit. s. efficaciē aduersus electos. i. aduersus eos quos de⁹ elegit vt sint sancti. Unde dicit apoc. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorū. Secūdo ostendit q̄ nullius accusatio pōt esse sanctis nociua. Et hoc etiam ostendit ex alio dei beneficio. s. de⁹ nos iustificat. qō q̄dē beneficiū p̄mittit dicēs. Deus. s. est qui iustificat fm illō qō supra dictū est Quos vocauit hos ꝛ iustificauit. 1. cor. 6. Sz iustificati estis. Cōdemnatio aūt contra iniustos locū habet. Quis est ergo q̄ cōdemnet iustificatos a deo? Job. 34. Ipso cōcedente pacem quis est qui condemnet? Deinde cū dicit. Christus iesus excludit obuiationem. posset aliquis timere ne a christo iesu aliquis accusaretur ꝛ condemnaretur tanq̄ transgressor mādati ipsius xp̄i. sicut ꝛ de moyse dñs dicit. Jo. 5. Est qui accusat vos moyses in quo speratis. Et q̄ etiam ab ipso condemnaret eo q̄ ipse est constitutus a deo iudex viuorum ꝛ mortuorum. vt dicit act. 10. Ipse etiam est immunis a peccato. 1. cor. 2. Qui peccatum non fecit. ꝛ ideo ydoneus videt ad accusandū ꝛ condemnādum fm illud Jo. 8. Qui sine peccato est vestrum p̄m⁹ in illā lapidē mittat. Et iō dicit xp̄s iesus. Quasi dicat. Nūquid christ⁹ iesus accusabit aduersus electos dei vel etiam eos condemnabit? Et ostendit q̄ nō. qz etiā ip̄e fm humanitatē suam magna beneficia satis confert sicut ꝛ fm suam diuinitatē. Et ponit quattuor humanitatis ipsius beneficia. Primo quidē mortez cum dicit. Qui mortuus est scz p nostra salute. 1. Pe. 3. Christ⁹ semel p peccatis nostris mortuus est. Secūdo resurrectionē p quā. s. nos viuificat ꝛ nūc vita spūali ꝛ tandē vita corporali. Uñ subdit. Qui ꝛ resurrexit vt supra. 4. Resurrexit ppt̄ iustificationem nostram. Addit aūt immo. qz potius est nūc cōmemorandus ex virtute resurrectionis q̄ ex infirmitate passionis. 2. cor. in. vltimo. Nam si crucifixus est ex infirmitate nostra: viuit ex virtute dei. Tertio ipsam patris confessionem cū dicit. Qui est a dextris dei id ē in equalitate dei patris fm naturam diuinā ꝛ in potiozibus bonis eius fm naturam humanā. Et hoc etiam est ad gloriā nostrā qz vt dicit Eph. 2. Consedere nos fecit in celestibus in christo iesu. Inquantū em̄ nos membra eius sum⁹ nos in ipso deo patri consedemus. Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere mecū in trono meo sicut ego vici ꝛ sedi cum patre meo in trono eius. Quarto interpellationē eius cū dicit. Qui etiā interpellat p nobis quasi aduocatus nr̄ existēs 1. Jo. 2. Aduocatū habemus apud patrē iesum xp̄m. Ad officium aduocati ptinet non q̄ accuset vel condemnet sz magis accusatozē repellat ꝛ cōdemnationē impediat. Dicitur aūt p nobis interpellare dupliciter. Uno mō p nobis orando fm illud Jo. 17. Non p his ergo tantum rogo apl̄s sed his qui credituri sunt p verbum eorū in me. Nūc autē eius interpellatio p nobis est voluntas ipsius de vestra salute Jo. 17. Volo vt vbi sum ego ꝛ illi sint mecum: Alio modo interpellat p nob humanitatē p nobis assumpta ꝛ mysteria in ea celebrata conspectui paterno representando. Heb. 9. Introiuit in ipsum celum vt appareat nunc vultui dei p nobis. Deinde cum dicit. Quis ergo nos separabit ꝛc. Infert cōclusionē ex dictis. Et quia hec conclusio quasi incredibilis videt inexpertis: ꝓponit eam p modum questionis. Unde tria facit. primo ꝓponit questionem. secundo ostendit necessitatē questionis ꝓposite ibi. Sicut scriptum est ꝛc. tertio ponit solutionē ibi. In his omnibus ꝛc. Potest aūt hec questio ex premissis duplici ratione concludi. Primo quidez sic. Tot beneficia sunt nobis diuinitus collata ꝛ tam efficatia vt nullus contra ea possit. Ea aūt predicta beneficia ad hoc tēdunt vt nos simus in charitate radicati ꝛ fundati. vt dicit eph. 3. Quis ergo nos separabit a charitate christi? qua scz xp̄m diligim⁹ ꝛ primū. fm q̄ ipse precepit. Jo. 13. Mandatū nouum do vobis ꝛc. Alio modo sic. Dictum est q̄ magna beneficia deus sanctis suis confert ex quorū consideratione adeo charitas christi i cordibus nostris feruet q̄ nihil eam extinguere potest. Can. vltimo. Aque multe non potuerūt extinguere charitatē. Proponit aūt mala p quoz passionem aliquis credi posset vt charitatem christi deseereret. Et primo ponit ea que ptinent ad vitā. secūdo id qō ptinet ad mortem. Circa vero ea que in vita imminent sustinenda. primo ponit mala presentia. secūdo futura. Circa presentia vero primo ponit ea q̄ ptinent ad tolerantiaz malorum. secundo ea que pertinent ad defectū bonorum. Mala aūt ppessa cōsiderari possunt dupliciter. Uno mō fm q̄ sunt in patiente qui dupliciter ab eis affligit. s. exterius fm corpus. Et ad hoc ptinet tribulatio. Dicit em̄ a tribulis que sunt herbe pūgitiue. Hen. 3. Spinas ꝛ tribulos germinabit tibi. Unde aliqs tribulari dicit cū exterius pungit. Nec tū ꝓpter hoc iusti vincunt. ps. Multe tribulationes iustorum ꝛ de his omnibus liberabit eos dom⁹. Affligit etiam homo ab eis p interiorem anxietatem cordis dum scz aliquis non videt quo diuertat vel q̄modo euadat. Et quantum ad hoc subdit. An angustia? Dan. 13. Angustie mihi sunt vndiqz ꝛ quid eligā ignoro. Alio mō huiusmodi mala considerari possunt fm q̄ sunt in agente. Et quantū ad hoc subdit. An psecutio? Quāuis em̄ psecutio ad hoc ꝓprie ptinere videat q̄ aliquis alium psequit effugando. fm illud Matth. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam: tamē cōmuniter psecutio accipi pōt p inflictione cuiuslibet nocumēti. ps. Multi psequunt me qui tribulant me. Deinde ponit mala q̄ ptinent ad subtractionē bonorū que sunt necessaria vite. s. cibus ꝛ vestimenta fm illud. 1. Ti. 6. Habētes alimenta ꝛ quibus tegamur his contenti simus. Ad subtractionē aūt cibi ptinet fames. Uñ subdit. An fames Ad subtractionē autē vestitus ptinet nuditas. Unde subdit. An nuditas. 1. cor. in. 4. Usqz in hanc horaz esurim⁹ ꝛ sitimus: ꝛ nudi sumus. Quantū ad mala futura subdit. An periculum. s. iminens in futurū. 2. cor. 12. Periculis fluuiorum periculis latronū. Quantū aūt ad mortē subdit. An gladi⁹. Heb. 11. In occisiōe gladij mortui sunt. Deinde cum dicit. Sicut scriptum est ꝛc. ostendit huius questionis necessitatē p hoc q̄ dicit q̄ sanctis omnia ista imminebant patienda ꝓpter christi charitatez. Et inducit verba psalmiste quasi in persona martyrū ꝓposita. In quib⁹ primo ponit causam passionis. Martyrē em̄ non facit pena sed causa vt dicit aug. Unde dicit. ppt̄ te Matth. 10. Qui perdiderit aīam suam. i. vitam ꝓpter me inueniet eam. 1. Pe. 4. Nemo vestrū patiat vt fur aut homicida. Si aūt vt christianus nō erubescat. Patit aūt ꝓpter christum non solum qui patit ꝓpter fidem christi: sed etiam q̄

patiķ p quocūq; iusticie opere p amore christi. Matth. 5. Beati qui psecutionē patiunt ppter iusticiam. Secūdo ponit gravitatē passionis cum dicit. Mortificamur id est morti tradimur. Hester. 7. Traditi sumus ego t populꝰ meus vt cōteramur t iugulemur t pereamus. Tertio cōtinuitatem psecutionis cum dicit. Tota die id est p totū tempus vite. 2. corin. 4. Semper nos q̄ viuimus in mortem tradimur ppter iesum. Quarto promptitudinē psequentiū ad occidendū cum dicit. Estimati sumus vt oues occisionis. i. deputate vt occidaṅ in macello: que cuꝫ studio occidunṫ. Ita t sancti ex ppposito t cum studio occidebaṅ. Jo. 16. Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiū se prestare deo. Za. 11. Pasce pecora occisionis que q̄ possederant occidebant. ¶ Deinde cum dicit. Sed in his omnibus. soluit questionē. Et primo ppponit solutionez diceus. Sed in his omnibus. s. malis que supra posui superamus dum scz circa omnia illibatā charitatem seruamꝰ. Sap. 10. Certamē forte dedit illi vt vinceret. Et hoc non nostra virtute: sed p auxiliū christi. Uñ subdit. Propter eum qui dilexit nos. i. ppter eius auxilium vel ppter affectum quem ad eum habemus non quasi nos primo dilexerimꝰ euꝫ: sꝫ qm̄ ipse ꝑ dilexit nos vt dicitur. 1 Joh. 4. t 1. corin. 15. Gratias deo q̄ dedit nobis victoria. i p iesum christū. Secundo ibi. Certus sum. manifestat solutionē ostendens inseparabilē esse sanctoꝝ charitatem. Et primo ostendit q̄ non potest separari a creaturis que sunt. secundo q̄ nec etiā a creaturis que non sunt sed esse possent ibi. Neq; creatura alia. Circa primū duo facit. primo ponit ea que sunt in bone dicens. Certus suꝫ eñ qꝛ neq; mors que est precipuū inter terribilia. neq; vita que est precipuū inter appetibilia scz poterit nos separare a charitate dei. infra. 14. Sive viuimus domino viuimus sive morimur dño morimur. In his aūt duobꝰ includuntur oīa q̄ supra posuit. Nam sex precedentia ptinēt ad vitam. vnum aūt scz gladius ptinet ad mortē vt supra dictū est. Deinde ponit ea que sunt exterius inter que primo ponit spūales creaturas dicens: Neq; angeli qui scz sunt minores deputati ad custodiaꝫ hoīm singulorūꝫ. pś. Angelis suis mandauit de te. Neq; principatꝰ scz q̄ sunt deputati ad custodiā gentiū. Dañ. 10. Nunc reuertar vt prelier aduersus principem persarū. Cum eñ egrederer apparuit princeps grecoꝝ veniēs t nemo est adiutor meus nisi michael noster princeps. Addit aūt neq; virtutes Qui est supremus ordo ministrantiū Luc. 21. Virtutes celoꝝ mouebunṫ. Potest autez hoc intelligi dupliciter. Uno modo de malis angelis qui contra sanctos decertāt Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnē t sanguinem: sed aduersus principes t potestates. Alio modo potest intelligi de bonis. Et sm hoc vt Chrysostomꝰ dicit in libro de cōpunctione cordis: Hoc dicebat non q̄ angeli affectare possent aliquando eum a xpo separare sed etiā ea que sunt impossibilia verbigratia fieri posse dixit magis q̄ se ab amore xpi seiungi. vt p hoc quanta in eo vis esset diuine charitatis ostenderet. atq; omnibus ante oculos poneret. hic eñ amantium mos est vt amorem suum silentio tegere nequeant. sed necessarijs suis et caris efferunt t produnt: t flāmas suas intra pectus cohibere non possunt. Enarrant ea frequentius vt ipsa assiduitate narrandi amoris sui solacium capiant: t refrigeria immēsi ardoris assumant. Sic ergo facit beatus hic eximius amatoꝛ xpi omnia que sunt t que erūt queq; accidere possunt t que oīno non possunt simul vno sermone complectiṫ. Et simile est qđ dicit Hal. 1. Licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis preterq̄ qđ euangelizaui vobis anathema sit. ¶ Deinde ponit etiam creaturas sensibiles q̄z duplicē diuersitatē ponit. ꝑmo qđē sm tempus q̄ diuersificātur sm pśens t futurū. Unde dicit. Neq; instantia id est presentia sive dolorē sive delectationē inferant. 2. cor. 4. Non cōtemplantibꝰ nobis ea que videnṫ. Addit aūt. Neq; futura quoꝝ nec timor nec desideriū potest nos separare a christo. Unde ipse dicebat. Act. 21. Ego non solum alligari sed t mori in hierusalē paratus sum ppter nomē dñi iesu. ¶ Deinde ponit diuersitatē sensibiliū creaturaꝝ ex parte magnitudinis. t primo tāgit magnitudinē virtutis cuꝫ dicit. Neq; fortitudo id est neq; creatura fortis potest me separare a christo puta fortis ignis aut fortis aqua qꝛ vt cañ. 8. dicit. Fortis est vt mors dilectio. ¶ Deinde ponit magnitudinē dilectionis describēs eam sm ea q̄ ꝑprie conueniunt corporibus. s. altum t pfundū. Unde dicit. Neq; altitudo ex qua scz aliq̄s mihi minareṫ ꝑcipitiuꝫ sicut dicit Luc. 4. Et duxerūt iesuꝫ vsq; ad supciliū montis vt precipitarent eum. Neq; profundū in quo aliquis submersionē minareṫ. pś. Infixus sum in limo profundi. Possunt etiam hec tria ad res humanas referri. Tripliciter eñ aliquis homo posset a deo aliquē auertere. Uno quidē mō cogendo p fortitudinē. Sz sicut dicit. 1. Regꝫ 2. Non est fortis sicut deus noster. Secundo stupefaciendo p altitudinez auctozitatis. sed de deo dicit in pś. Tu solus altissimus sup omnē terram. Tertio seducendo per profundū sapientie. sed de deo dicit Job. 11. Profundior inferno. t vnde cognosces? Possunt etiā hec duo altitudo t profundū ad prospera t aduersa referri sm illud. 2 corin. 6. Per arma iusticie a dextris t a sinistris. Vel sm Chrysostomū in libro de compunctione cordis. q̄ ait altitudo t profundū nō mihi aliud indicare videt q̄ regnū celoruꝫ t gehennā. Quasi dicat. nec si a regno decidere me necesse sit aut etiam in gehennā trahi p xpo: nec hoc quidē mihi metuendū est. Quantū aūt ad ea que nō sunt sꝫ possūt eē subdit. Neq; creatura alia qō vtiq; sm Chrysostomū de his dicit que non sunt. quasi illi non sufficiāt omnia que sunt sed illa que non sunt ꝓuocat quodā modo ad certamen. Nihil inquit istoꝝ poterit nos separare a charitate dei. j. corin. jꝫ. Charitas nunq̄ excidit. Que quidem charitas dei est in christo iesu dño nostro. qꝛ scz p eum data est nobis inquantū spiritūsanctum nobis dedit Luc. j2. Ignem veni mittere in terrā t quid volo nisi vt accendaṫ. Sed cum scriptū sit Eccs. 9. Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit sed omnia in futurū seruanṫ incerta. quid est hoc qō dicit se esse certū q̄ nihil possit eum a charitate separare. Ad qō dici potest q̄ aplus nō loquitur singulariter de seipso: sed loquiṫ in persona omniū ꝑdestinatoꝝ de quibus ppter certitudinem ꝑdestinatiōis annunciat q̄ nihil eos a charitate possit separare. pōt etiā ista certitudo causari ex virtute charitatꝭ que quantum in se est ab aliquibus non potest superari cum deum super omnia diligāt. Et aūt aliquis interduma charitate recte dat non est ppter defectū charitatis: sed ppter defectum liberi arbitrij. Si aūt aplus hoc dicit de seipso de hoc certus esse non poterat nisi forte p reuelationē qꝛ victū est ei Sufficit tibi gratia mea. 2. corin. j2. Nam quantū ad possibilitatem liberi arbitrij ipse alibi dicit. j. corin. 9. Me forte cum alijs predicaverim ipse reprobus efficiar.

¶ Incipit capitulū nonum.

Veritatem dico in christo non mētior. testimoniū phibente conscīētia mea in spūsancto. qm̄ tristicia mihi magna est t cōtinuus dolor cordi meo. Optabam egoipe anathema esse a xpo p fratribꝰ meis qui sunt cognati mei

fm carnez qui sunt israelite.quorũ adoptio est filiorũ.t gloria t testamentũ t legislatio t obsequiũ t pmissa. quox patres ex quib⁹ est christus fm carnem qui est sup oĩa de⁹ benedictus in secula:amen.

Apostolus supra necessitatẽ t virtutẽ gratie demonstrauit.hic incipit agere de origine gratie:vtrũ ex sola dei electione detur:aut deb ex meritis precedentiũ operum occasione accepta ex eo q iudei q̃ videbanẽ diuinis obsequijs mancipati exciderant a gratia.gentiles aũt ad eam erant admissi q̃ prius fuerant a deo alieni. Primo igit agit de electione gentium. secundo de casu iudeorũ capi.x. Fratres voluntas quidẽ cordis mei tc. Circa primũ duo facit.primo cõmemorat dignitatẽ iudeorũ.secũdo ostendit quomodo gentiles ad illam dignitatẽ sunt assumpti ibi. Non aũt q exciderit tc. Circa primum duo facit. Primo aplus ostendit affectum suum ad gentem iudeorum ne ea que contra eos dixit vel dicturus est ex odio dicere videretur. Scõo eorũ dignitatẽ ostendit ibi. Qui sunt israelite tc. Circa primũ duo facit. Primo confirmat dicenda p simplicem assertionẽ dicens. Veritatem dico.qõ maxie conuenit predicatori qui est testis veritatis. puer. 8. Veritatẽ meditabit guttur meum. Zach. 8. Pacẽ t veritatẽ diligite. Et q̃ q̃cq̃ aliq̃s veritati quã loquit aliqõ mẽdacium interserit ad hoc excludendũ subdit. Non mentior. ph. 4. Deponentes mendaciũ loquimini veritatẽ. Secundo confirmat q̃ dicenda sunt p iuramentũ q̃ est quedã confirmatio p testimoniũ ineffabilis veritatis. Tales aũt sunt testes sanctorum.primo quidẽ deus fm Job.16. Ecce in celo testis meus. Et ideo dicit ĩ christo iesu.i.p christum iesum qui est veritas absq̃ mẽdacio. 2. corin. 1. Dei eñ filius qui predicat⁹ est in vobis nõ fuit in illo est t nõ. Secundo testis infallibilis sanctorũ est eorũ conscientia. Vñ subdit. Testimoniũ phibẽte mihi cõscia mea. 2. cor. 1. Gloria nostra hec est testimonium cõscientie nostre. Et q̃ interdum conscientia errat nisi p spũmsanctũ rectificet subdit. In spũsancto. ẽ. 8. Ipse spũs testimonium reddit spũi nostro. Deinde cũ dicit. Quoniã tristicia tc. ostẽdit suum affectũ ad iudeos p dolorem quẽ de eorum casu patiebat. quẽ quidẽ primo exponit. secundo eius signum ponit cum dicit. Optabam tc. Exaggerat aũt suum dolorem tripliciter. Primo quidẽ ex eius magnitudine. Quoniam mihi tristicia est magna: quia scz est de magno malo id est de excidio tante gentis. Treñ. 2. Magna est velut mare contritio tua. Sz contra hoc videt esse qõ dicit. Ecc. 3. Tristiciam non des anime tue. qõ videtur sententie stoicox consonare q̃ tristiciam oĩno ab animo sapientis ppellabant. Cum eñ tristicia sit de malo p̃senti:non põt sapienti competere cui nullũ malum est presens. Nõ eñ estimabant aliquid esse bonũ nisi honestũ: t malũ nisi peccatũ. Sed hec opinio refellit dupliciter. Primo q̃dez qr corporales defectus lz nõ sint simpliciter mala quib⁹.s. homines fiant mali.sunt tamen quedã mala q̃ natura abhorret. Unde t dñs p his tristat⁹ legit. Matth. 26. Tristis est aĩa mea vsq̃ ad mortẽ. Secũdo cũ ex charitate hõ debet suũ diligere,primũ sicut seipsũ iminet sapienti tristicia laudabilis de pctõ prximi sic ꝺ pctõ suiipsi⁹. Vñ aplus dicit. 2. corin. 12. Et lugeam multos ex eis q̃ peccauerũt. Sic igit reprobat secuti tristicia q̃ mortẽ operat: preedes ex amore seculi.sed tristicia que est fm deum vtpote ex diuina charitate pcedens salutẽ operat vt dicit. 2 corin. 7. Et talis fuit ista tristicia. Secundo exaggerat eam ex continuitate. Unde subdit. Et continuus dolor. Non q̃ continuo actu doleret sed fm habitum. Jere. 9. Ut ploẽ die ac nocte interfectos populi mei. Tertio exaggerat eaz ex sui veritate.cũ dicit. Cordi meo.non eñ erat superficialis: sed in corde radicata. Treñ. 1. Multi gemitus mei t cor meum tremens. Deinde cum dicit. Optabam eñ tc. ponit signum doloris dicens. Optabam eñ egoipse qui tam feruens sum in charitate xpi vt supra ostẽsum est anathema esse a christo p fratribus meis. Ubi primo sciẽdũ est q̃ anathema est grecũ t cõponit ab ana qõ ẽ sursum t thesis qõ est positio.vt dicat anathema quasi sursum positum.qz scz cum caperet aliquid in preda qõ nolebant esse in vsu hominũ suspendebant illud in templo. Et inoleuit vsq̃ adhuc vt ea que sunt separata ab hominũ communi vsu anathema vocarent. Unde Josue. 6. dicit. Sit ciuitas hec anathema t omnia que in ea sunt domino. Dicit ꝺ. Optabam egoipse anathema esse a christo.i.separatus ab eo. Qõ quidẽ fit dupliciter. Uno modo p culpam p quam aliquis a charitate christi separat: eius preceptũ non seruans. Jo. 14. Si diligitis me mãdata mea seruate. Sicq̃t aplus nõ poterat optare esse anathema a christo p quacũq̃ causa vt ex suprad̃ictis in octauo capitul. patet. Est eñ hoc contra ordinẽ charitatis quo quis tenetur deum sup omnia diligere t salutem suam plusꝙ aliorum. Et ideo nõ dicit opto sed optabã.s. tempore infidelitatis. Sed fm hoc nihil magnum dicit apostolus. quia tunc etiam ppter se volebat esse separatus a christo. Unde t quedam glosa exponit quod dicit tristicia magna est mihi:de tristicia qua dolebat de preterito statu peccati in quo a xpo voluerat esse separatus. Alio mõ põt aliq̃s esse separatus a christo id est a fruitione xpi q̃ habet in gloria Sic aũt separari a xpo volebat aplus p salute gentilium nedũ p conuersione iudeorum.fm illud phil. 1. Desiderium habens dissolui t cum xpo esse:multo melius pmanere in carne necessarium ppter vos. Et hoc modo dicebat. Optabam scz si fieri posset anathema esse id est separatus a gloria vel simpliciter vel ad tempus ppter honorem xpi qui est ex conuersione iudeorum.fm illud puer. 14. In multitudine populi dignitas regis. Unde Chrysostomus in libro de compunctione cordis. Ita totam eius mentẽ deus inicit amorz vt etiã eo qõ p ceteris omnib⁹ amabilius erat esse cũ xpo.rursum idipsum qz ita placeret xpo contemneret.szt celorum regna qõ videbat laborz esse remuneratio p xpo nihilominus cedere pateret. Et causaz tanti affectus ostendit subdens. Pro fratrib⁹ meis. Unde Ecc. 25. dicit q̃ tria sunt pbata coram deo t hominibus:cõcordia fratrũ. Et ne hoc intelligeret de bis q̃ erãt spualiter in xpo fres fm illõ Matth. 23. Omnes vos fratres estis subiũgit. Qui sũt cognati mei fm carnẽ. 2. cor. 11. Semẽ abrae sunt t ego. Deinde cũ dicit. Qui sunt israelite.ostẽdit dignitatem iudeo q̃vt eius tristicia videret eẽ ratiõabilis ppt pristinã dignitatẽ populi peũtis. pensius eñ est malũ:dignitatem perdidisse q̃ nũq̃ habuisse vt dicit glosa. Et non solum ex affectu carnali pcedẽs Ostendit autem eorum dignitatẽ tripliciter. Primo q̃dem quantũ ad suam gentem cum dicit. Qui sunt israelite id est a genere Jacob descendentes. qui est dictus israel Geñ. 32. et 2. corin. 11. Israelite sunt t ego. Et hoc ad dignitatem ptinet. Dicit eñ deut. 4. Non est alia natio tam grandis tc. Secundo ostendit dignitatẽ illius gentis ex dei beneficijs:inter que primo ponit spualia beneficia:quorum vnum respicit presens. Et quantũ ad hoc dicit. Quorũ est adoptio filiorum dei. Unde dicit Exo. 4. Primogenit⁹ meus israel. Et hoc q̃dez dicit q̃tũ ad spirituales viros qui fuerũt in illo populo. Quantũ ad carnales vero supra. 8. innuit q̃ acceperunt spiritum seruitutis in timore. Aliud vero beneficium ponit qõ respicit futurum cum dicit. Et gloria.s. filiorũ dei eis repromissa.

In cuius signum legitur Exo. vltimo. q̄ gloria domini impleuit tabernaculum. Deinde ponit alia beneficia figuralia quorum tria sunt figura presentis spiritualis beneficij. Et horum primum est testamentū id est pactum circūcisionis abrae datum. vt dicit Heñ. 17. Quānis hoc possit referri ad testamentum nouū quod primo iudeis est p̄dicatum. Unde t dominus dicebat Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues que perierūt domus israel. Et Je. 31. dicit. Feriam domui israel fedus nouum. Secundus est lex data moysi. Unde t subdit. Legislatio. Ecc. 24. Legem mandauit nobis moyses. Tertium est cultus diuin⁹ cum dicit. Et obsequiū. quo scz deo seruiebant: omnibus alijs gentib⁹ fuiētib⁹ ydolis. Ysa. 44. Et nūc serue me⁹ Jacob rectissime quē elegi. Deinde ponit id q̄ ptinet ad futuram gloriam cum dicit. Et promissa. Promissiones enim implete in veteri testamento per xp̄m: iudeis precipue facte vident. Unde dicit infra. 15. Dico iesus christū ministrum fuisse circumcisionis ad confirmandas. tc̄. Fuerunt autem eis multe promissiones facte de bonis terrenis vt patet Leui. 26. et deut. 18. Sed p illa temporalia bona spūalia figurant. Tertio aūt describit dignitatez iudeorum ex origine cum dicit. Quorum patres: qz scz fm carnem sunt pgenti ab illis patribus qui fuerunt maxime deo accepti. deut. 4. Dilexi patres tuos t elegi semē eorum. Osee. 9. Quasi prima poma ficulnee eius vidi patres eorum. Quarto ostendit dignitatē eorum ex prole cū dicit. Ex quibus t christus est genitus fm carnem. sicut ipse dicit: Jo. 4. Salus ex iudeis est. Et ne hoc parum videat ostendit christi dignitatez dicens: Qui est super omnia deus benedictus in secula. amen. 1. Jo. vltimo. Hic ē verus deus t vita eterna. In quibus verbis quattuor hereses destruunt. Primo quidez manichei q̄ dicebat christum habuisse corpus fantasticū t non verum p hoc q̄ dicit fm carnem. Habet enim veram carnez fm illud Lue. vltimo. Spiritus carnez t ossa non habet: sicut me videtis habere. Secundo heresis Valentini qui dixit xp̄m nō de massa humani generis scz de celo corpus attulisse. Q̄ quidez excludit in hoc q̄ dicit christum ex iudeis fm carnem esse fm illud Matth. 1. Liber generationis iesu xp̄i filij dauid. Tertio heresis Nestorij qui posuit alium esse filium hominis aliuz dei. contra quē apostolus hic dicit. q̄ ille est ex patribus fm carnem qui est deus sup omnia. Quarto excludit heresis Arrij qui dicebat christum esse minorē patre t q̄ est creatus ex nihilo. Contra quorū primum dicit q̄ est sup oīa. Contra scōm q̄ est benedict⁹ per omnia secula. Hoc eñ de solo deo dicendū est q̄ eius bonitas duret in secula.

Lectio secunda:

In autem q̄ exciderit verbum dei: Non enim oñes q̄ ex circumcisione sunt israel: hi sunt israelite: neq; qui semē sunt abrae omnes filij. Sed in ysaac vocabitur tibi semen id est non qui filij carnis: hi filij dei. sed qui filij sunt promissionis estimantur in semen. Promissionis enim verbū hoc est. Scōm hoc tēp⁹ veniā. t erit sare filio⁹ Non solum autem illa sed t rebecca ex vno concubitu habens isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent aut aliquid boni egissent aut mali vt fm electionem propositum dei maneret: non ex operibus sed ex vocante dictum est ei quia maior seruiet minori: sicut scriptuz est Jacob dilexi: Esau aut̄ odio habui.

Post q̄ apostolus posuit dignitatem iudeorū. nunc ostendit q̄ ista dignitas non ptinet ad eos qui carnaliter processerunt ab antiquis patribus. sed ad spirituale semē qō est a deo electum. Et primo ostendit q̄ huiusmodi dignitas pueniat ex electione diuina. Secundo ostendit q̄ hec electio communiter pertinet ad iudeos t ad gentiles ibi. Quos etiam vocauit non solum tc̄. Circa primū duo facit. primo ostendit quomodo ex electione diuina homines spirituale dignitatez consequunt. secundo mouet questionem de iustitia diuine electionis ibi. Quid ergo dicem⁹? Circa primū duo facit. primo ponit quod intendit. secūdo ostendit ppositum ibi. Sed in isaac tc̄. Circa primum duo facit. primo ponit firmitatem diuine electionis. secūdo ostendit in quibus impleat ibi. Non enim omnes tc̄. Dicit ergo primo. Ita dictū est q̄ eorum sunt promissa t adoptio filiorum t gloria p̄ quorum casu est mihi magna tristicia t cōtinuus dolor. Non aūt ē hoc sic intelligendū q̄ verbum dei exciderit id est frustratuz sit quia t si nō habet locum in quibusdā qui exciderūt habet locū in alijs. Ysa. 55. Verbuz q̄ō egreditur ex ore meo non reuertetur ad me vacuum tc̄. ps̄. In eternum domine permanet verbū tuum. Deinde cum dicit. Non eñ tc̄. ostendit quomō t in quibus verbū dei exciderit. Circa q̄ō considerandum est q̄ iudei de duobus precipue gloriabant. videlicet de abraam qui primo accepit pactum circumcisionis a dño vt dicit̄ gen. 17. Et de Jacob siue israel cui⁹ tota posteritas in populo dei cōnumerabat. Non aūt ita fuit de Ysaac: Naz posteritas filij eius esau ad populū dei non ptinebat. Unde aplus ostendit ppositū. Primo quidē p comparationē ad iacob dicēs. Non eñ oñes q̄ sunt ex israel id ē ex iacob fm carnē pgeniti hi sunt vere israelite: ad q̄s ptinent dei promissa. sed illi q̄ sunt recti t videntes deuz p fidem Ysa. 44. Rectissime quē elegi. Unde t dñs dicit Nathanaeli Jo. 1. Ecce verus israelita in quo dolus non est. Hoc aūt nomē israel impositū fuit iacob ab angelo vt patet gen. 32. Secūdo ostendit idem ppter cōparationē ad abraam dicens. Neq; oñes q̄ sūt carnale semen abrae sunt spūales abrae filij quib⁹ deus benedictionē repromisit: sz solum illi q̄ eius fidē t opera imitant̄ Jo. 8. Si filij abrae estis opa abrae facite. Deinde cū dicit. Sz in isaac tc̄. manifestat ppositū t p̄mo quantū ad abraam. secōo q̄tū ad iacob ibi. Nō solū aūt illa tc̄. Circa primū tria facit. primo ponit auctoritatē scripture dicēs. Sz in isaac vocabit̄ tibi semen. Hoc dñs dixit abrae vt habet̄ gen. 21. vbi agebat̄ de expulsione ysmaelis. Quasi dicat. Non oēs q̄ nati sunt carnaliter ab abraā ptinent ad illud semē cui facta ē repmissio fm illō Gal. 3. Abrae dicte sunt repromissiones t semini eius. sed illi q̄ sunt siles isaac. Deinde cū dicit. Id ē nō q̄ filij tc̄. Exponit auctoritatē inductaz fm q̄ facit ad ppositū. Ad cuius euidentiā accipiēdū est qō aplus dicit Gal. 4. Abraā duos filios habuit: vnū de ancilla t aliū ō libera. Isz q̄ de ancilla scz ysmael fm carnē natus est qz scz fm legē t cōsuetudinē carnis ex iuuēcula nat⁹ est: q̄ aūt ex libera scz isaac p repromissionē et nō fm carnē. i. nō fm carnis legē t cōsuetudinē qz nat⁹ est ex sterili t vetula vt habet̄ gen. 18. Quānis sit nat⁹ fm carnē. i. fm substātiā carnis quā accepit a parentib⁹. Ex q̄ apostolus hic accipit q̄ illi nō adoptant̄ in filios dei q̄ sunt filij carnis. i. ex hocipo q̄ fm carnē pgeniti sūt ab abraā scz illi estimāt̄ in semine q̄bus facta est repromissio q̄ sunt filij promissiōis. i. illi q̄ ex gra promissionis diuine facti sunt filij abrae: fm imitationem fidei: fm illud Matth. 3. Potēs

32 57

est deus de lapidib⁹ bis suscitare filios abrae. Sicut et in ysmael fm carnem natus: non est computatus in semine: sed isaac per repromissionem natus. Tertio ibi. Repromissionis enim ꝛc. probat conuenientem fuisse suam expositionem qua per isaac significari dixit eos qui sunt filij promissionis quia scilicet isaac per promissionem natus est. Unde dicit. Promissionis enim. hoc verbū est quod angelus immo dominus in angelo dixit ad abraam Gen. 18. Scōm hoc tempus veniam quo significatur tempus gratie. Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis misit filiū suum. Et erit sare filius. s. p gratiā repromissionis. Unde ꝛ Gal. 4. dicit. Ut adoptionem filioꝝ reciperem⁹. ¶ Deinde cū dicit. Nō solū aūt illa ꝛc. manifestat ppositū ꝗtū ad iacob. Et p̄mo ponit qđ intēdit. scđo manifestat ppositū ibi. Cū em̄ nondū nati ꝛc. Dicit ergo primo. Non solum illa. s. sara habuit filiū de quo facta est pmissio. sed ꝛ rebecca habens in vtero duos filios quoꝝ vnus ptinebat ad pmissionē alius ad carnē solum: ꝛ hoc ex vno concubitu Ysaac patris nostri. Dicit em̄ gen. 25. q isaac rogauit p vxore sua eo q sterilis esset ꝛ dedit dn̄s conceptū rebecce ꝛ collidebant in ventre eius paruuli. Et est notandum q hoc aplus inducit contra iudeos qui reputabant se dei gratiā adepturos ꝓpter merita p̄m contra ꝗs dicit de viris instis Ezech. 14. Q̄ filium ꝛ filiam non liberabunt sed ipsi in iusticia sua liberabunt. Unde ꝛ Johānes iudeis dicebat. Matth. 3. Ne ceperitis dicere patrem habemus abraam ꝛc. Contra horum opinionez ergo primo induxerat q de filijs abrae vnus erat electus ꝛ alius reꝓbatus. Possent autē hoc ascribere vel diuersitati matruz quia ysmael natus est de ancilla ꝛ isaac de libera: vel diuersitati meritorum patris quia ysmaelem genuit incircumcisus. isaac autem circumcisus. Ut igit omne subterfugium excludat inducit exempla vbi vnus eligit ꝛ alius reprobat eorum qui non solum ab vno patre sed etiam ab vna matre sunt geniti ꝛ eodem tempore immo ex vno cōcubitu. ¶ Deinde cum dicit. Cum nondum ꝛc. ostendit propositum ꝛ primo p auctoritatem Gen. 2. Per auctoritatem prophe. ibi. Sicut scriptuz est ꝛc. Circa primū tria facit. Primo designat tempus pmissionis ꝛ dicit q p repmissionem est vnus filiorum rebecce alij ꝓlatus cum nōdum nati fuissent. Et sicut per superiora excluſit opinionem iudeorum de meritis patris confidentium. ita etiam per hoc excludit errorem manicheorum qui diuersitatem eorum que hominibus accidunt natiuitati assribunt. vt scz vniuscuiusq vita ꝛ mores disponat fm constellationez sub qua natus est. contra quod dicitur Jere. 10. A signis celi nolite meruere que gentes timent. Subdit aūt. Aut aliquid egissent boni aut mali vbi excludit errorem pelagianorum qui dicunt fm merita precedentia gratiam dari: cū tamen scriptum sit Tit. 3. Non ex operibus iusticie que fecimus nos sed scōm suam misericordiā nos saluos fecit. Utrumq autem horum ostenditur falsum: per hoc q ante natiuitatē ꝛ ante opera vnus filiorum rebecce alteri est ꝓlatus. Excluditur p hoc etiā error origenis q̄ posuit aīas hominū simul cum angelis esse creatas ꝛ q p meritis eorum que ibi egerunt bene vel male diuersitatem vite sortiuntur. fm quē non posset esse verum quod hic dicit cuz nondum aliquid mali vel boni egissent. Contra hoc autē est quod dicit Job. 38. Ubi eras cum me laudarent astra matutina ꝛ iubilarent oēs filij dei? Possent enim scōm Origenis errorem respondere. Eram inter ipsos dei filios iubilantes. Secūdo ostendit quid accipi posset ex ipsa promissione quia vnus geminorum in vtero existentium alteri est prelatus dicens. Ut propositum dei scz volentis vnum pre alio magnificare: maneret id est firmum esset et hoc non fm merita sed fm electionem. id est inquantum ipse deus spontanea voluntate vnum alteri preelegit. nō quia sanctus erat sed vt sanctus esset. scōm illud Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionez vt essemus sancti. Hoc autem est propositū predestinationis de quo ibidem dicitur Predestinati scōm propositz voluntatis eius. Tertio ponit promissionē dicens. Non ex operibus que nulla precesserunt vt dictum est ꝛ sed ex vocante id est ex ipsa gratia vocantis de quo supra dictū est. Quos predestinauit hos ꝛ vocauit. dictuz est ei scilicet rebecce quia maior scz esau seruiet minori scz iacob. Quod quidem tripliciter pōt intelligi. Uno mō scōm eorum personas. ꝛ sic intelligitur esau seruisse iacob. non directe sed occasionaliter inquantum persecutio quam ei intulit in eius bonum cessit fm illud prouer. 11. Qui stultus est seruiet sapienti Secundo potest referri ad populos ex vtroq progenitos quia idumei aliquando fuerūt subiecti israelitis fm illud ps. Jn idumeam extendā calciamentū meum. Et hoc videtur competere bis que premittuntur in gen. Premittuntur enim duo populi ex ventre tuo dum populus populum superabit ꝛ maior minori seruiet. Tertio potest intelligi figuraliter dictum vt per maiorem intelligat populus iudeorum qui primo adoptionem filiationis accepit. scōm illud Exo. 4. Primogenitus meus israel. Per minorem autez figuratur populus gentilium qui posterius est ad fidem vocatus. qui etiam figuratur per filium prodigum Luc. 15. Maior ergo populus seruiet minori inquantum iudei sunt nostri capsarij custodientes libros ex quibus nostre fidei testimoniū perhibetur Joh. 5. Scrutamini scripturas. ¶ Deinde cum dicit, Sicut scriptum est ꝛc. probat propositum ex auctoritate prophete dicēs: Sicut scriptum est scz primo Malach. prophete ex persona dei dicentis. Jacob dilexi: esau autem odio habui. Dicit aūt hic quedā glo. q id qđ supra dictū est maior fuiet minori: dctm ē fm p̄scientiā. qđ aūt hic dicit ē intelligēdū scōm iudicium. quia scz deus propter bona opera dilexit iacob sicut ꝛ omnes sanctos diligit. prouer. 8. Ego diligentes me diligo. Esau vero odio habui propter peccata sicut scriptum est Ecc. 12. Altissimus odio peccatores habet. Sed qz dilectio hominis preuenitur a dilectiōe dei scōm illud infra. 10. Non quasi nos dilexerimus deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos: oportet dicere q ante iacob dilectus sit a deo q̄ ipse deus dilexerit. Nec potest dici q deus ex tempore eum diligere inceperit: Alioquin eius affectus esset mutabilis. Et ideo oporteat dicere q deus ab eterno iacob dilexit vt dicit Jere. 31. Jn charitate ꝑpetua dilexi te. Est aūt in his verbis apli cōsiderandū q tria ponit in deo pertinentia ad sanctos. videlicet electionem per quam intelligitur predestinatio et electio dei que quidem realiter sunt idem in deo sed differunt ratione. Nam ipsa dei dilectio dicitur scōm q vult bonum alicui absolute. Electio autez dicitur scōm q per bonum qđ alicui vult euz alteri prefert. predestinatio aūt est scōm q hominē dirigit in id bonum quod ei vult: diligendo et eligendo. ꝛ ideo scōm rationem predestinatio sequitur dilectionem sicut et voluntas de fine naturaliter precedit directionem aliquorum in finem. Electio autem ꝛ dilectio aliter ordinantur in deo et in homine. Jn homine enim electio precedit dilectionem. voluntas enim hominis mouetur ad amandum ex bono quod in re amata considerat ratione cuius ipsam preelegit alteri et preelecte suū amorem impendit. Sed voluntas dei est causa omnis boni: quod est in creatura. et ideo bonū per quod vna creatura prefertur alteri per modum electionis consequitur voluntatem dei que est de bono illius que pertinent ad rationē dilectionis. Unde non propter aliquod bonum quod in homine eligat deus eum diligit. sed potius eo q ipsum di

IX.ca.

ligit prefert eum alijs eligendo. Sicut autem dilectio de qua hic loquitur ptinet ad eternam dei predestinatinez: ita e tiaz odium de quo hic loq̃tur ptinet ad re,pbationẽ qua deus re,pbat peccatores. Nec est dicẽdũ q̃ ista re,pbatio sit temporalis. quianihil tẽporale est in voluntate diuina ꝫ est ab eterno. que quidem quãtũ ad aliq̃d cõuenit cũ dilectiõe vel p̃destinatiõe. q̃tũ aũt ad aliq̃d differt Conuenit quidem q̃ntũ ad hoc q̃ sicut predestinatio est prepatio glozie ita re,pbatio est preparatio pene. esa. 30. Peparata est ab heri thophet a rege preparata. Differt autem quantũ ad hoc q̃ predestinatio importat prepationem meritozuz quibus puenitur ad gloziã. sed re,pbatio importat prepationẽ peccatozũ q̃bus puenitur ad penã. Et ideo prescientia meritozũ non potest esse aliqua ratio predestinationis. q̃ merita prescita cadũt sub predestinatione. sed prescietia peccatozũ potest esse aliqua ratio re,pbationis ex pte pene q̃e prepatur re,pbatis inquãtuz ꝫ deus ,pponit se punieturũ malos ,pter peccata que a seipsis habent non a deo. Justos aũt ,pponit se premiaturum ,pter merita que a seipis nõ habẽt. Osee. 13. Perditio tua israel. tantum ex me auxilium tuum.

Lectio tertia.

Quid ergo dicemus Nunquid iniq̃tas apud deum: Absit. Moysi enim dicit. Miserebor cui misertus suz et misericordiam prestabo cui miserebor. Igitur non volentis neq̃ currentis: sed miserẽtis est dei. Dicit enim scriptura pharaoni: Quia in hocipsum excitaui te vt ostendam in te virtutem meam. et vt annuncietur nomen meũ in vniuersa terra. Ergo cui9 vult miseretur: et quem vult indurat.

Post q̃ premisit aplus q̃ scõm dei electionem vnus alteri prefertur non ex operibus sed ex gra vocantis: hic inq̃rit de iusticia huius electionis. Et primo ,pponit dubitationẽ. scõo soluit ibi. Absit. Moysi ꝛc. tertio objcit contra solutionem ibi. Dicis itaq̃ mihi quid ad hec ꝛc. Dicit ergo primo. Dictuz est q̃ deus sine merito precedente vnum eligit et alterũ re,pbat. Quid ergo dicemus: Nũ quid per hoc ,pbari potest q̃ sit iniquitas apud deum. videtur q̃ sic. Pertinet enim ad iusticiam in distributionibus vt eq̃liter equalibus distribuatur. hoies autez remota differentia meritorum sunt equales Si ergo absq̃ consideratione meritorum deus inequaliter distribuit vnum eligens et alium re,pbans. videt q̃ sit in eo iniquitas qõ est contra illud qõ dicitur deutro. 32° Deus fidelis et absq̃ vlla iniquitate. ps. Justus es dñe et rectũ iudicium tuũ. Est autem sciendũ q̃ origenes hanc objectionem soluere volens incidit in errorẽ. Ponit enim in suo ,piarchon deum ab initio soluz creaturas spũales fecisse. et omnes equales ne ex eorum inequalitate posset scõm rationẽ predictã iniq̃tas deo ascribi. ꝫ postea creaturarũ diuersitas subsecuta est ex diuersitate meritozũ. Nã illarum creaturarũ spũalium quedã per amorez cõuerse sunt ad deum plus vel minus et scõm hoc distincti sunt ordines angelorum. quedam vero auerse sunt a deo plus vel minus et scõm hoc alligate sunt corpozib9 vel nobilibus vel ignobilibus. quedam quidẽ celestibus corpozibus. q̃dam autem corpozibus demonũ. quedã autẽ corpozibus hominum. et scõm hoc ratio cõdendi et distinguẽdi creaturas corporeas est peccatum spũalis creature qõ est cõtra id qõ gen. 1° dicitur Vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. per qõ datur intelligi q̃ causa ,pducẽdi creaturas corporales est bonitas vt dicit aug. 11° de ciuitate dei. Et ideo hac opinione reiecta. videndum est q̃liter apostolus dubitationẽ soluat cum dicit. Absit Moysi enim dicit ꝛc. Et circa hoc duo facit. primo soluit objectionem predictam quantum ad dilectionem sanctorum scõo quantum ad odium seu re,pbationem malorum ibi. Dicit enim scriptura ꝛc. Circa primum duo facit. primo ,pponit auctozitatẽ scripture: ex qua ,pcedit solutio. scõo ex ea conclusionem inducit ibi. Igitur nõ volẽtis ꝛc. Inducit autem auctozitatem que habetur exo. 33° vbi dixit dñs moysi scõm litteram nostram. Misereboz cui voluero et clemẽs ero in quẽ mihi placuero. sed aplus inducit eam scõm litteram. lxx. dicens. Moysi enim dixit dñs. Misereboz cui misereor et misericordiam p̃stabo cui miserebor. vbi scõm superficiem littere oĩa bona nostra dei misericordie ascribuntur scõm illud Esa. 63° Miserationum dñi recordabor: laudem dñi sup oĩbus que reddidit nobis. Et Treñ. 3° Misericordie domini q̃ non sumus cõsumpti. multe enim sunt miserationes eius. Exponit autẽ hec auctozitas in glo. dupliciter. et scõm hoc ex auctozitate hac dupliciter soluitur questio et objectio. Uno modo sic. Misereboz cui misereor id est illi qui est dign9 misericordia. et ad maiorem expressionem iterat dicens. Misericordiam prestabo cui misereor. id est cui dignum iudico misereri. sicut et in .ps. dicitur. Misertus est dñs timentibus se. Et scõm hoc licet misericorditer sua impẽdat tamen ab iniusticia excusatur. quia dat quibus dandum est et quia non dat cui dandum non est scõm rectitudinem sui iudicij. Sed misereri cui dignum est potest intelligi dupliciter. Uno modo vt intelligatur aliquis dignus misericordia. ,pter opera preexistentia in hac vita licet nõ in alia vt posuit origenes qõ pertinet ad heresim pelagianorum qui posuerunt gratiam dei hominibus secundũ merita dari. Sed hoc stare non potest quia sicut supra dictum est ipsa etiam bona merita sunt homini a deo et sunt predestinationis effectus. Alio modo potest intelligi vt aliquis dicatur dignus misericordia. non ,pter aliqua merita precedentia gratiam sed ,pter merita subsequentia. puta vt dicamus q̃ deus dat alicui gratiam ꝛ. ,pposuit eam ab eterno illi se daturum quem prescivit ea bene fore vsurum. Et scõm hoc intelligit glo. q̃ miserẽtur cui miserendus est. Unde dicit. Misereboz cui misertus ero id est illi misereboz vocando: et gratiã apponẽdo cui prescius ero q̃ misericordiã daturus essez sciens illũ conuertendum et apud me pmansurũ. Sed videt q̃ nec hoc conuenienter dici possit. Manifestum est eñ q̃ nihil potest poni vt ratio predestinatiõis qõ est predestinationis effectus etiam si accipiatur ,p vt ẽ in dei prescietia. q̃ ratõ p̃destinationis p̃intelligitur p̃destinationi. effectus autem in ipsa includitur. Manifestum est aũt q̃ oñe dei beneficiũ qõ hoĩni cõfert ad salutẽ est diuine p̃destinationis effectus. diuinũ aũt beneficiũ non solũ extendit se ad infusionẽ gre qua homo iustificatur sed etiã ad gre vsum sicut etiam in rebus naturalibus non solum causat ipsas formas in rebus sed etiã ipos motus et opationes formarum eo q̃ deus est principium oĩs motus cui9 opatione cessante a'mouendo ex formis nullus motus vel operatio sequitur. Sicut aũt se habet habit9 gre vl virtus in aĩa ad vsuz ipius: sic se habet forma naturalis ad suã opationẽ Et ideo dicitur Esa. 26. Oĩa opera nostra operatus es i nobis dñe. Probat autem hoc speciali ratione arestotiles de operibus voluntatis humane. Cum enim homo habeat potẽtiã ad oppositа. puta ad sedẽdũ vl nõ sedẽdũ oportet q̃ reducat in actũ p aliq̃d aliud. Reducit autem

in actum alterius horũ per consiliũ ex quo vnũ opposito⁹ preeligit alteri. Sed cũ itex hõ habz potẽtiã cõsiliãdi vl nõ ꝓsiliandi oportebit eẽ aliq̃d ꝙ qõ reducaẽ in actũ ꝓsilij Et cum in hoc non sit ꝓcedere in infinitũ: oportet esse aliquod principium extrinsecũ superius homine qõ ipm moueat ad consiliandum. et hoc non est aliud q̃ deus. Sic igitur ipe vsus gratie est a deo nec ꝓpter hoc supfluit habitus gratie sicut nec supfluũt forme naturales q̃uis de⁹ in omnibus operetur quia sicut dicit. Sap. 8. Ipse dispõit omnia suauiter. qz scz per suas formas oĩa inclinanẽ quasi spõte in id ad qõ ordinantur a deo. Sic igitur nõ potest esse ꝙ merita consequẽtia gratiam sint ratio miserẽ di aut predestinandi. sed sola dei voluntas scõm quam misericorditer aliquos liberat. Manifestũ est eñ ꝙ iusticia distributiua locum habet in his que dantur ex debito. puta si aliqui meruerũt mercedem vt plus laborantibus maior merces donetur. non autem habet locuz in his q̃ spõte et misericorditer aliꝭ dat. puta si aliꝭ duos paupes in via inueniens et det vni qõ potest vel disponit in elimosinã dare: non est iniquus sed misericors. Similiter si aliquis duobus eque ipm offendẽtibus vni dimittat offensam et non alteri: est misericors vni et iustus ad alteruz neutri vero iniqu⁹. Cum eñ omnes hoĩes ꝓpter peccatũ ꝑmi parentis dãnationi nascanẽ obnoxij quos dei per suam gratiam liberat. sola misericordia liberat et sic quibusdam est misericors quos liberat. q̃busdam autẽ iustus quos nõ liberat. neutris aũt iniquus. Et ideo aplus questionẽ soluit ꝙ auctoritatem q̃ oĩa diuine misericordie ascribit. Sciendũ est tamẽ ꝙ dei misericordia scõm tria attenditur. primo q̃dem scõm predestinationem qua ab eterno ꝓposuit aliquos liberare. pñs. Misericordia ei⁹ ab eterno et ineternum. Scõo secũdum vocationẽ et iustificationẽ q̃bus homines saluat ex tẽpore. Tiẽ. 3°. Secũduz suã misericordiaz saluos nos fecit. Tertio magnificando ꝙ gloriaz quando liberat ab omni miseria. pñs. Qui coronat te in misericordia et miserationib⁹. Et ideo misereboz scz vocando et iustificando cui misereoz ꝑdestinãdo et misericordiam prestabo: finaliter glorificãdo eum cui miseroz vocãdo et iustificando. Et hic sensus magis cõcordat cum nostra lr̃a que dicit Misereor cui voluero et clemẽs ero cui mihi placet. Ubi manifeste nõ meritis sed soli diuine voluntati ascribitur diuina misericordia. ¶ Deinde cum dicit. Igitur non volentis tẽ. concludit ꝓpositum ex premissa auctoritate. Et potest hec conclusio multiplr̃ intelligi. Uno modo sic. Igitur ipa salus hoĩs non est volẽtis neq̃ currentis id est nõ debetur alicui ꝙ aliquã eius voluntatem vel exteriorem opationem: que dicitur cursus ꝼm illud. 1. corĩ. 9. Sic currite vt cõprehendatis. Sed ẽ miserentis dei. i. ꝓcedit ex sola dei misericordia. vt maxie seq̃tur ex auctoritate inducta. deutro. 9. Ne dicas in corde tuo. propter iusticiam meã introduxit me dñs vt terram banc possiderẽ. Potest autem tẽ aliter intelligi vt sit sensus. Omnia ꝓcedunt ex dei misericordia. Igitur non est volentis scz velle neq̃ currentis scz currere. sed vtrũq̃ est miserentis dei. scõm illud. 1. corĩ. 15. Non autẽ ego sed gr̃a dei mecum. Et Jo. 15. Sine me nihil potestis facere. Sed si hoc solum in hoc verbo intellexisset aplus cũ etiaz gr̃a sine libero arbitrio hoĩs nõ velit neq̃ currat. posuisset ecõuerso dicere. non est miserentis dei sed volentis et currentis qõ aures pie non ferunt. Unde pl⁹ aliquid est ex his verbis intelligendũ. vt scz principalitas gratie dei attribuatur. Semper eniz actio magis attribuiẽ principali agenti q̃ scõario. puta si dicamus ꝙ securis nõ facit arcam sed artifex ꝙ securim. voluntas aũt hoĩs mouetur a deo ad bonum. Unde supra. 8. dictum est. Qui spiritu dei aguntur hij sunt filij dei. Et ideo hoĩs operatio interior non est homini principalr̃ sed deo attribuenda. phiẽ. 2. Deus est qui operatur in vobis velle et perficere ꝓ bona volũtate. Sed si nõ est volentis velle neq̃ currẽtis currere sed dei mouentis ad hoc hominem. videtur ꝙ homo nõ sit dñs sui actus qõ pertinet ad libertatẽ arbitrij. Et ideo dicendũ est ꝙ deus omnia mouet sed diuersi mode in q̃tum scz vnũquodq̃ mouetur ab eo ꝼm moduz nature sue. Et sic homo mouetur a deo ad volendũ et currendum ꝙ modum libere volũtatis. Sic ergo velle z currere est hoĩs vt libere. non aũt est hoĩs vt principaliẽ mouentis sed dei. ¶ Deinde cũ dicit. Dicit eñ scriptura tẽ soluit questionem premissam q̃tum ad re ꝓbationem malozũ. Et primo inducit auctoritatẽ. scõo infert cõclusionẽ ibi: Ergo cui vult miseretur tẽ. Dicit ergo Jta ostensum est ꝙ non est iniq̃tas apud deum q̃tum ad hoc ꝙ ab eterno re ꝓbat malos. Dicit eñ scriptura ex ore dei. exo. 9. Quia in hocip̃m excitaui te vel seruaui te ꝼm aliã lr̃az vt ostendam in te virtutem meã vt annũcietur nomẽ meum in vniuersa terra. Mr̃a autẽ lr̃a sic habet. Et idcirco posui te vt ostendam in te fortitudinẽ meam vt enarreẽ nomẽ meum in omni terra. Ubi primo considerandũ est quid deus circa re ꝓbos faciat. qõ ost[illegible]dit dicẽs. In hoc ipsum ꝼuaui te id est dignus eras mori ꝓpter mala q̃ feceras. ē. primo. Qui talia agunt digni sunt morte. Sed tamen non statim tibi mortẽ induxi. sed seruaui te in vita eo fine quo sequitur. vt scz ostendam tẽ. Et in hoc etiã sensu potest legi qõ dicitur. Excitaui te id est cũ apud me ꝓ tuis meritis mortuus estes cõtestiti tibi vitaz quasi te excitarem. In quo apparet ꝙ deus iniq̃tatẽ re ꝓbis nõ facit cum ipsi ex suis meritis essent digni statim cosumi. scz hocip̃m ꝙ eos seruat in vita ꝓcedit ex nimia sua bonitate. Jere. 10. Corripe me dñe: verũtamẽ in iudicio. et nõ in furore tuo. ne forte ad nihilum redigas me. Alio modo potest intelligi. excitaui te in pctm̃ vt deterior fias. Qõ quidem non est intelligendum hoc modo ꝙ deus i homine causet malitiaz. sed est intelligendum ꝑmissiue. quia scz ex iusto suo iudicio ꝑmittit aliquos ruere in peccatum ꝓpter precedentes iniquitates. sicut supra primo dictum est. Tradidit eos deus in re ꝓbum sensum. Sed aliquid amplius videtur mihi in hoc esse intelligendum quia videlicet instinctu quodã interiori mouẽtur hoĩes a deo ad bonuz et ad malum. Unde aug. dicit in libro de gr̃a et libero arbitrio ꝙ deus operatur in cordibus hoĩm ad inclinandas eorum volũtates quocũq̃ voluerit. siue ad bona ꝓ sua misericordia: siue ad mala ꝓ meritis eorũ Unde et de⁹ dicitur sepi⁹ suscitare aliquos ad bonũ ꝼm illud dañ. 13° Suscitauit deus spm̃ pueri iuniozis. Dicitur etiam suscitare aliꝭ ad malum faciendũ. ꝼm illud Esa. 13. Suscitabo medos qui sagittis puulos iterficiãt aliter tamen ad bona. aliter ad mala. Nam ad bona inclinat hoĩm volũtates directe z ꝙ se: tanq̃ actor bonoꝝ. ad malũ autem dicitur inclinare vel suscitare hoĩes occasionaliter. in q̃tum scz deus hoi aliq̃d ꝓponit vel interius vel exterius qõ q̃tũ est de se ẽ inductiuũ ad bonum sz hõ ꝓpter suam malitiam querse vtiẽ ad malum. supra scõo. Ignoras qm̃ benignitas dei ad penitẽtiã te adducit scõz autẽ duriciam tuã et coz impenitens thesaurizas tibi irã in die ire. Et iob. 24° Dedit ei deus locum penitentie et ille abutitur eo in superbia. Et similiter deus quantũ est de se interius instigat hominem ad bonum puta regẽ ad defendendũ iura regni sui vel ad puniendũ rebelles. Sed hoc instinctu bono malus homo abutiẽ scõm maliciam cordis sui. Et hoc patet. esa. 10. vbi dicitur de assur Ad gentẽ fallaceẽ mittam eũ contra populuz furoris mei mandabo illi vt aufferat spolia tẽ. Et post. Ipe autẽ non sic arbitrabiẽ et coz eius non ita estimabit. sed ad cõteren

dum erit cor eius. Et hoc modo circa pharaonem accidit qui cum a deo excitaretur ad regni sui tutelam abusus ē hac excitatione in crudelitatem. ¶ 2° oportet ꝑsiderare quo fine deus ista partim faciat et ptim ꝓmittat. Est em̄ considerandū q deus opatur in creaturis ad suam manifestationez scōm illud supra primo. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspiciunt. Unde t huiusmodi excitatio in hocipsum ordinatur et quantū ad pītes vt ostendā in te virtutē meā. exo. 14. Uiderūt filij israel manū magnā quā exercuerat dñs cōtra egyptios. Et ꝝtuz ad absentes vt ānuncietur nomen meū in vniuersa terra. ps̄. Annūciate inter gentes gloriaz eius. Sic igitur patz q quantū ad hoc non est iniqtas apud deuz qz vtitur creatura sua scōm eius merita ad gloriam suā. Et in hoc eodem sensu potest exponi si dicatur. ꝓsuit te id est ordinauit malitiā tuam ad gloriam meam. deus em̄ malitiam ordinat sed nō causat. ¶ Deinde cuz dicit Ergo cui vult miseretur ꝛc. Infert conclusionem quādam ex vtraq; auctozitate supra inducta. Nam ex eo q dictum est misereboz cui misereoz concludit. Ergo cui vult miseretur. ps̄. Mistus est dñs timētibus se. Ex eo vero qō dictū ē. Indocipm excitauit te concludit. Et quē vult indurat. Esa. 63. Indurasti coz nostrum ne timeremus te. Ecc. 33. Ex ipsis benedixit et exaltauit. et ex ipsis maledixit et humiliauit. Et q̄dem. qō dicitur de dei mīsericordia dubitationez non habet. suppositis his que premissa sunt. Sed circa indurationez videtur esse duplex dubitatio. ꝓmo q̄ dem qz duritia cordis ad culpam ptinere videtur. scōm illud Ecc. 3° Coz duruz male habebit in nouissimo. Si ergo deus indurat. sequitur q sit actoz culpe. Cōtra qō dicitur. Ja. 1° Deus intemptatoz malox ē. Ad qō dicēdū q deus non dicitur indurare aliquos directe quasi in eis causet malitiā. sed indirecte. inquantū scz ex bis q facit in hoīe intus vel extra homo sumit occasionem peccati. t hoc ipse deus ꝓmittit. Unde non dicitur indurare q̄si īmittendo malitiaz sed non apponendo gratiā. Scōa dubitatio est quia ipsa obduratio nō videtur diuine voluntati posse ascribi cū scriptum sit. 1. Thes. 4. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra Et. 1. thi. 2. Qui vult oēs homines saluos fieri. Ad qō dicendum est: q tam miseri cordia q̄ iustitia dispositionem voluntatis importāt. Uñ sicut miseratio attribuitur diuine voluntati: ita et id qō ē iustīcie. Sic ergo intelligendū est cui vult miseretur: scilicet per suam misericordiam et quez vult indurat p suā iusticiam. qz illi quos indurat hoc merentur vt indurent ab ipso. vt supra primo capitulo dictum est.

Lectio quarta.

DIcis itaq; mihi. Quid adhuc queritur. Uoluntati enim eius quis resistit: O homo tu quis es: qui respō deas deo. Munquid dicit figmentum ei qui se finxit quid me feciſti sic: An nō habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem. aliud vero i contumeliam Q; si deus volens ostendere iram et notam facere potentiam suam: sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interituz vt ostenderet diuitias glorie sue in vasa misericordie q̄ preparauit in gloriam.

Posita solutione premisse questionis: hic apostolus contra ipsaz solutionē obicijt et precipue contra vltimā conclusionem qua dictum est. Cuius vult miserē: et quem vult indurat. primo ergo ponit obiectionem. scōo solutionem ibi. O homo tu quis es ꝛc. Dicit ergo primo. dictū est q deus cuius vult miseretur et quē vult indurat. Dicis itaq; mihi. Quid adhuc queritur id est quid oportet vlterius querere de causa bonoz et maloz que hic agūtur. cum omnia voluntati diuine attribuantur q̄ est causa sufficiēs. eo q nullus potest ei resistere. Unde sequitur. Uoluntati eius quis resistet: Ecc. 1. Proposui in animo meo querere et inuestigare sapienter de oībus que fiunt sub sole. Uel aliter. Quid adhuc queritur. id est cōqueritur deus de hoībus quādo peccāt. sicut. Esa. 1° Filios enutriui et exaltaui. ꝛc. Ideo autē videtur iustā querimoniam non habere quia ex voluntate eius totū ꝓcedit. cui nullus potest resistere Uñ subdit. Uolūtati eius quis resistet: Uel aliter. Quid adhuc queritur scz ab homine vt faciat bonum vel malum. Mich. 6° Indicabo tibi o homo quid sit bonum et quid deus requirat a te ꝛc. Frustra autem requirit ab aliquo qō nō est in eius potestate. Nihil autem in hoīs potestate esse videtur scōm predicta q̄ bus omnia diuine voluntari videtur ascribi. cui resisti nō potest. Sequitur. Uoluntati em̄ eius quis resistet: Quasi diceret Nullus. Hester. 13° Non est q̄ tue possit resistere volūtati. Et hec videt esse intētio apli. ¶ Deinde cū dicit. O homo tu quis es ꝛc. rñdet tacite questioni. Ad cuius responsionis intellectum cōsiderandū est: q circa electionē bonoz et reꝓbationem maloz duplex questio potest moueri. Una quidez in generali quare deus velit quosdam indurare et quozūdaz misereri. Alia vero in speciali quare velit huius misereri et hunc vel illū indurare. Et potest quidem ratio huius questionis assignari. secūde aūt questionis non potest assignari ratio nisi simplex dei voluntas. cuius exemplū patet in rebus hūanis. Si enim aliquis edificare volens haberet multos lapides similes et eq̄les cōgregatos posset ratio assignari quare q̄dam ponat in summo et quosdā in ymo ex parte finis. qz ad ꝓfectionem domus quam facere intendit req̄ritur t fūdamentum qō habet lapides in ymo. et cacumen parietis qō habet lapides in summo. Sed quare ponat hos lapides in summo et hos in ymo non habet aliquam rationem nisi qz artifex voluit. ꝓmo igitur aplus rñdet dubitationi q̄tum ad questionem scōam quare i3' quare huius hoīs misereat t illū induret. scōo quātū ad questionem primam. quare scz q̄busdam misereatur et quosdam induret ibi. Nō si volēs deus ꝛc. Circa primū tria facit. prīo arguit ꝓsumptionē q̄r ētis. scōo īducit auctoritatem que questionem soluit ibi. Uūquid dicit figmentum ꝛc. tertio exponit auctozitatem ibi. An nō habet potestatem ꝛc. Dicit ergo primo. O homo qui es fragilis t ignozās tu quis es respōdes deo vnde sufficis ad respondendum ei si voluerit tecū iudicio cōtendere. Job 9° Si voluerit cōtendere iudicio cum illo non poterit ei respondere vnum ꝓ mille. Et sicut dicitur Job. 39 Qui arguit deuz debet et rñdere In quo datur intelligi q homo non debet scrutari rationem diuinoz iudiciozū cum intentione apprehendēdi eo q excedant rationez humanā. Ecc. 3° Altioza te ne quesieris. Prouer. 25° Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. ¶ Deinde cum dicit. Uūquid dicit figmentū ꝛc. inducit auctozitatē: que habetur Esa. 45. Munq̄d dicit lutū figulo suo. Quid facis t op9 tuum sine manibus. Ubi considerandū est q si alicui9 artifex ex materia vili faciat vas pulchrum et nobilibus actib9 acomodatū totū ascribit bōtati artifici. puta si ex luto faciat scutellas t vrceos ad nobilē mēsaz decētes Si ꝛo ex vili materia puta ex luto faciat vas accomodatū vilib9 vsib9 puta coq̄ne vl huiꝰmodi officijs nō posset vas conqri si rationē haberī posset em̄ conqri si ex materia ꝑciosa q̄

placet artificis opationi puta ex auro ⁊ lapidibus pciosis fac t vas ad vilia officia deputatū. Hūana autē natura vilitatem habet ex sua materia q: vt dicit⁹ gen. 2° Fecit deus hoiem de limo terre: sz maiorē vilitatem habet ex corruptiōe pcti q̄ p vnū hominē in hūc mūdū intrauit. Et ideo hō luto merito cōparatur. Job 30. Cōparat⁹ suz luto et assimilatus sum fauille et cineri. Unde quicquid boni habet homo debet bonitati diuine q̄si pitie figuli ascribere. Ysa. 64. Hūc oñe pater noster es tu: nos vero lutum et fictor noster tu ⁊ opus manuū tuarum oēs nos. Si vero deus hoiem ad meliora ꝓmoneat sed in sua infirmitate eum dimittens deputat eum ad infimū vsuz nullam ei facit iniuriam vt possit iuste de deo cōqueri. ¶ Deinde cū dicit. An non habet potestatem tē. Exponit apostolus verba ꝓphe. Quasi dicat. Hoc est dictū Figmentum id est vas fictile non posset dicere fictori quid me fecisti sic. quia figulus liberaz potestatem habet ex materia luti opus facere qōcūq; sibi placuerit. Unō dicit. An nō habet potestatem sez liberam figulus luti qui sez opatur i vili materia: ex eadez massa sez vilis materie facere absq; alicuius iniuria aliud quidem vas in honorē id est in honorabiles vsus. aliud vero in cōtumeliā id est in vsus viliores. 2. tbi. 2. In magna eñ domo nō solum sunt vasa aurea et argentea: sed etiam lignea et fictilia. et quedam quidem in honorem quedā autē in contumeliam. Et similiter deus liberam potestatem habet facere ex eadem corrupta materia humani generis sicut ex quodam luto nulli faciendo iniuriam quosdam hoīes ꝓparatos in gloriam; quosdam autē in miseria derelictos. Jere. 18. Sicut lutum in manu figuli. ita in manu mea vos domus israel ¶ Deinde cum dicit. Q̄ si volēs deus tē soluit primam questionem sez quare deus velit quibusdā misereri et q̄sdam in miseria derelinquere. siue quosdā eligere ⁊ q̄sdā reꝓbare. Circa qō considerandu z est q̄ finis omniū diuinorum operū est manifestatio diuine bonitatis ꝓuer. 16. Uniuersa ꝓp r semetipm operatus est dñs. Eñ supra primo dictum est q̄ inuisibilia dei p ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur. Tanta est aūt diuine bonitatis excellentia q̄ nō potest vno modo nec i vna creatura sufficienter manifestari. Et ideo diuersas creaturas cōdidit in quibus diuersimode manifestatur. Precipue autē in creaturis rationalibus in quibus eius iusticia manifestatur q̄ntum ad illos quos p eorū meritis punit. misericordia vero in illis os ex sua gratia liberat. Et ideo vt vtrumq; in hoībus manifestaret: quosdaz misericorditer liberauit sed non oēs. primo ergo ponit rationē reꝓbationis malorū. scōo ponit rationē electionis bonorū ibi. Ut ostenderet diuitias tē Est aūt i vtrisq; triplex differētia attēdenda. prima q̄dem scōm finem. scōa fm vsum. tertia scōm diuinum actum. Finis autem reꝓbationis vel obdurationis malorum est manifestatio diuine iusticie et virtutis. Et quantum ad hoc dicit. q̄ id ē sed si deus volens ostendere iram suam id est iusticiam vindicatiuā. Non eñ dicit ira in deo scōm affectus cōmotionē. sed secundū effectus vindicte. supra primo Revelatur ira dei tē. Addit autē Et notam facere potentiam suaz. quia deus cōtra malos non solum vtit ira id est vindicta puniendo eos sibi subiectos sed etiam sua potentia subijciendo sibi. Phil. 3° Secundum operationem qua potest etiam sibi subijcere omnia. exo. 14. Viderūt egiptios mortuos sup litus maris et manum magnam quaz exercuerat dñs contra eos. Usus autem malox ad quē vtitur eis deus est ira id ē pena. Et ideo vocat eos vasa ire id est iusticie instrumēta. quibus deus vtit ad ostendendā iram id est iusticiā vindicatiuaz. Ephe. 2. Eramus natura filij ire. Actus vero quez deus erga eos exercet nō est q̄ disponat eos ad malum quia ipsi de se habent dispositionem ad malum ex corruptione primi peccati. Unde dicit. Vasa apta in interitum id est in se habentia aptitudinē ad eternaz damnationem. Gen. 6. Videns deus q̄ multa malitia hominū esset in terra. et cuncta cogitatio humani cordis intenta esset ad malum omni tempore. Hoc autem solū deus circa eos agit q̄ eos ꝑmittit agere que cōcupiscunt. Uñ signanter dicit. Sustinuit. Et hoc eius patientiā demonstrat q̄ non statim vindictaz infert. Unde addit. In multa patientia. Ecc. 5° Altissimus est patiēs redditor. Deinde ex parte bonorum similiter tria ponit. Primo q̄dem finem cū dicit. Ut ostenderet diuitias glie sue. Finis eñ electionis et miserationis bonorum est vt manifestaret in eis abundantiam bonitatis sue reuocando eos a malo. et ad iusticiam eos trahendo et finaliter eos pducere in gloriam. Et hoc est qō dicit. Ut ostenderet diuitias glorie sue. de quib⁹ diuitijs supra. 2° An diuitias bonitatis ei⁹ contemnis? Ephe. 2. Deus aūt qui diues est in misericordia. Signanter autem dicit. Ut oñderet diuitias glorie sue quia ipsa condēnatio et reꝓbatio malorū que est fm dei iusticiaz manifestat et cōmendat sanctoꝝ gloriam qui ab ipsa tali miseria liberant. Scōo describit vsuz eox cū dicit. In vasa misericordie. Notat aūt bonos vasa misericordie q: vtitur eis deus quasi instrumētis ad suam misericordiam manifestandā. Ecc. 44. Isti sunt viri misericordie. Tertio ponit actū quem circa eos deus exercet. Nō eñ deus eos solum sustinet q̄si de se aptos existētes ad bonū sed eos ꝓparat et disponit vocando ad gloriam. Uñ dicit. Que ꝓpauit in gloriā. pſ. Preparās mōtes in virtute tua Est autē constructio defectiua et suspensiua vsq; hic. vt sit sensus. Si deus volens hoc facere q̄busdaz miseretur et quosdam indurat quid contra hoc iuste poterit dici? Quasi dicat. Nihil. Non enim sic quos vult indurat vt eos peccare cōpellat sed sustinet eos vt fm suam inclinationem tendant in malum.

Lectio quinta.

Q Uos et vocauit non solum ex iudeis sed etiam ex gētibus sic̄ in osee dicit Uocabo nō plebem meā: plebez meam. et non dilectam. dilectam. et nō misericordiam cōsecutam: misericordiā cōsecutaz Et erit in loco vbi dictuz est eis: non plebs mea vos. ibi vocabuntur filij dei viui. Esaias aūt clamat ꝓ israel Si fuerit numer⁹ filiorum israel tan q̄ arena maris reliquie salue fient. Uerbū eñ cōsumans et abbreuiās in equitate. quia verbum breuiatum faciet dñs sup terram. Et sicut predixerat esaias nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semen. sicut sodoma facti essemus: et sicut gomorra similes fuissemus Quid ergo dicemus? Q̄ gentes q̄ non sectabantur iusticiā apprehēderunt iusticiam: iusticiam aūt q̄ ex fide est: israel vero sectando legē iusticie in legē iusticie non peruenit Quare? Quia non ex fide ꝫ quasi ex opibus Offenderūt eñ in lapidē offensionis: sicut scriptū est Ecce pono in syon lapidem offensionis et petrā scandali: et omnis qui credit in eū non cōfundetur.

IX.ca.

Ecce misterium vobis dico omnes q̃dem resurgem⁹: sed non omnes im mutabimur. In momẽto. ĩ ictu ocu li. nouissima tuba. Canet enĩ tuba: ⁊ mortui resurgent incorrupti. ⁊ nos immutabimur. ℣Hic apostolus post q̃ respondit questioni de qualitate re surgentium respondet consequenter questiõi qua quere batur de modo ⁊ ordine resurgendi. Et circa hoc duo fa cit. ℣Primo ostendit modũ ⁊ ordinẽ resurrectionis. Secũ do confirmat q̃ auctoritatẽ ibi. Cuꝫ autẽ mortale hoc ⁊c. Circa primũ duo facit. ℣Primo enĩ ꝓponit intentũ. Secũ do ostendit quo ordĩe fiat ibi. In momẽto in ictu ⁊c. ℣Pri mo igitur reddit eos attentos: ostendens id quod ꝓpoit esse arduum ⁊ occultũ dicens: Ecce misterium id est oc cultum quoddam dico vobis id est aperio vobis fratres quod debet vobis aperiri ⁊ oĩbus credentib⁹ Luc. octa uo. Uobis datũ est nosse ⁊c. s. 2. Sapiẽtiam loq̃mur inẽ perfectos. Et post. sed loq̃mur dei sapientiã que absc̃odi ta est ⁊c. Quid aũt sit istud misteriũ subdit. Omnes qui dem ⁊c. Circa primũ sciendũ est q̃ sicut hieronymus dicẽ in quadam epl̃a ad mineruiũ ⁊ alexandrum monachos. ℣Hoc quod hic dicitur Omnes quidem resurgem⁹ ⁊c. In nullo libro grecoꝝ habet sed in quibusdam habet: Om nes quidem dormiemus id est omnes moriemur. Et dici tur mors somnus ꝓpter spem resurrectionis. Unde idez est ac si diceret. omnes quidem resurgemus: quia nullus resurget nisi moriatur. Sed nõ omnes ĩmutabimur. ℣Hoc non mutatur in libris grecis ⁊ hoc est vez quia ista muta tio de qua hic loquitur non erit nisi scõm corpora beato rum quia ĩmutabunt ad illa quattuoꝝ que supra posita sũt que dicuntur dotes corporum gloriosorum ⁊ hanc desiõ.

124
103

rabat Job.14. Cunctis diebus quib⁹ nunc milito expe-
cto donec veniat immutatio mea. In quibusdam vero libr⁹
inuenitur. Non omnes quidem morie mur sed omnes im-
mutabimur. Et hoc intelligitur dupliciter. Primo ad lit-
teram quia quorundam opinio fuit q̄ non omnes homi-
nes morientur. sed q̄ aliqui in aduentu xp̄i ad iudiciū ve-
nient viui ⁊ isti non morientur. sed isti mutabuntur in sta-
tum incorruptionis. ⁊ propter hoc dicunt non omnes q̄s
dem dormiemus id est morie mur: ꝫ omnes immutabimur
tam boni q̄ mali ⁊ tam viui q̄ mortui. Un̄ ꝑm hos im-
tatio non intelligitur de statu animalitatis ad statū spiri-
tualitatis. quia ꝑm hanc soli boni immutabūtur. sed de sta-
tu corruptionis ad statū incorruptionis. Alio modo expo
nitur mistice ab origene ⁊ dicit q̄ hoc non dicit de somno
mortis quia omnes morientur. ps̄. Quis est homo q̄ vi-
uet ⁊c. sed de somno peccati de quo in ps̄. Illumina ocu-
los meos ne vn̄q̄ obdormiā. vt sic dicatur. Nō om̄es mo
riemur id est non omnes peccabimus mortaliter. sed oēs
immutabimur sicut supra de statu corruptionis ad incorru
ptionem. Et licet hec littera scilicet nō omnes morie mur
⁊c. non sit contra fidem. tamen ecclesia magis acceptat ꝑ-
mam scilicet q̄ omnes morie mur siue resurgemus ⁊c. q̄a
omnes morientur etiam si sint tunc aliqui viui. ¶ Ordi-
nem autē ⁊ modum resurrectionis manifestat consequen
ter cuz dicit. In momēto ⁊c. Et hoc q̄tū ad tria. Primo
enim manifestat ordinē q̄tum ad tempus. Secūdo q̄tuz
ad causam resurrectionis ibi. In nouissima tuba. Tertio
q̄tum ad ꝓgressuz effect⁹ a causa ibi. Canet em̄ tuba ⁊c.
Dic̄ ergo q̄ om̄es resurgem⁹. sed quomodo? In momē
to ꝙ quod excludit errorem dicentiū resurrectionē nō esse
futuram omniū simul. Sz dicunt q̄ martires resurgēt an
te alios per mille annos. et tunc xp̄s descendet cum illis
⁊ possidebit regnū corporale hyerusalem mille annis cuz
eis. Et hec fuit opinio lactantij. Sed hoc patet esse falsū
quia omnes in momento resurgemus ⁊ in ictu oculi. Ex-
cluditur etiā per hoc alius error eiusdē qui dicebat q̄ iu-
dicium duraturuz erat per spaciū mille annor̄. Sed hoc
est falsum. quia non erit ibi aliquod perceptibile temp⁹ sz
in momento ⁊c. Sciendum est autē q̄ momentum potest
accipi vel ꝓ ipso instanti temporis quod dicitur nunc. vl̄
ꝓ aliquo tempore inperceptibili. tamē vtroq̄ modo potest
accipi hoc referendo illud ad diuersa quia si nos referim⁹
hoc ad collectionē puluer̄ que fiet ministerio angelorum
tunc momentū accipitur ꝓ tempore īperceptibili. Cū em̄
in collectione illor̄ puluerum fit mutatio de loco ad locū
oportet q̄ sit ibi tēpus aliquod. Si autē referamus ad re
unitionē corporum ⁊ pro vniōe anime q̄ om̄ia fient a deo
tunc momentū accipitur ꝓ instanti temporis. quia de⁹ in
instanti vnit animā corpori ⁊ viuificat corpus Potest eti
am hoc quod dicit in ictu oculi ad vtrūq̄ referri. quia si in
ictu oculi intelligitur tātū apertio palpebraꝝ que fit in tē
pore perceptibili tunc refertur ad collectionē puluer̄ Si
vero in ictu oculi intelligitur ipse subitus contuit⁹ oculi ⁊
qui fit in instanti tunc refertur ad vnionē ad corp⁹. ¶ Cō
sequenter cū dicit. In nouissima tuba. Ostendit ordinem
resurrectionis q̄tum ad causam īmediatā. Et ista tuba est
vox illa xp̄i de qua Mat.25. dicit. Media nocte clamor
factus est ⁊c. Joh.5. Audient vocem filij dei ⁊ q̄ audie-
rint ⁊c. Vel ipsa p̄sentia christi manifesta mundo ꝫ q̄ di
cit grego. Tuba nihil aliud esse designat q̄ p̄sentiā xp̄i
mundo manifestatā que dicitur tuba ꝓpter manifestatio-
nem quia omnibus erit manifesta Et hoc modo accipitur
tuba. Mat.6. Cuz facis elemosinā noli tuba canere ante
te. Item dicitur tuba ꝓpter officiuz tube qđ erat ad quat
tuor vt dicitur numeri.10. scilicet ad vocandum consiliū.
et hoc erit in resurrectione. quia tunc cōuocabit ad consi-
lium id est ad iudicium Esa.3. Dominus ad iudicium ve
niet ⁊c. Ad solennizandū festum. ps̄. Buccinate in neo-
minia tuba. Sic et in resurrectiōe Esa.33. Respice syon
ciuitatē solennitatis nostre. Ad pugnā et hoc in resurre-
ctione Sap̄.5. Pugnabit pro illo ⁊c. Esa.30. In citha-
ris et tympanis ⁊c. Ad mouendum castra sua quidā eun
do ad paradisum. quidam eundo ad infernum Mat.25.
Ibunt qui bona fecerunt in vitam eternam. qui vero ma-
la in ignem eternum. ¶ Consequēter cū dicit. Canet em̄
tuba ⁊c. Ponit ꝓgressum effect⁹ a causa predicta. Et cir
ca hoc duo facit. Primo em̄ ponit ꝓgressum effect⁹. Se-
cundo necessitatē huius assignat ibi. Oportet em̄ morta
le ⁊c. Progressus effectus est. quia statim ad sonitū tu
be sequet̄ effect⁹. Quia mortui ⁊c. ps̄. Dabit voci sue vo
cem virtutis ⁊c. Ponit autē duplicē effectū. Un⁹ est cō-
munis. quia mortui resurgent incorrupti id est integri si-
ne aliqua diminutiōe mēbror̄. Quod quidem est comu
ne omnibus quia in resurrectione est cōmūe omne qō ptis
net ad reparationē nature. quia omnes habent cōmunio-
nem cū xp̄o in natura. Et licet aug⁹. relinquat sub dubio
vtrū deformitates remaneāt in damnatis. ego tamē cre-
do q̄ quicquid ptinet ad reparationē nature totū confer-
tur eis. sed quod ptinet ad gratiam solū electis confertur
Et ideo omnes resurgent incorrupti id est integri etiā dā-
nati. Hieronym⁹ aūt exponit incorrupti id est in statu in-
corruptionis. vt scilicet vlterius post resurrectionem non
corrumpanē quia isti ad beatitudinē eternam ibunt. ma-
li vero ad penam eternam. Dan̄.12. Multi de terre pul-
uere euigilabunt. Alius effectus est ꝓprius id est aposto
lorum tantū. quia nos immutabimur scilicet apostoli ⁊ non
solum erimus incorrupti sed etiam immutabimur scilicz de
statu miserie ad statū glorie. quia seminatur animale: sur
get autē spirituale. Et ꝑm hunc modū exponendi apparz
q̄ melior est littera illa que dicit: Omnes quidem resur-
gemus sed non omnes immutabimur q̄ illa q̄ habet. Om-
nes immutabimur. quia licet omnes resurgant tamē soli sc̄i
ti ⁊ electi immutabuntur. Posset tamen etiā ꝑm illos qui
habent. Non omnes quidem morimur sed omnes immuta
bimur legi sic. Mortui resurgent incorrupti id est ad sta-
tum incorruptionis. ⁊ nos qui viuimus licet non resurga
mus quia non morimur tamen immutabimur de statu cor-
ruptionis ad incorruptionē. Et videt consonare bis q̄ di
cit. 1. thes̄. 4. Nos qui viuim⁹ qui relinquimur simul ra
piemur cū illis ⁊c. vt sic et ibi ⁊ hic cōnumeret se viuis.

Lectio nona.

Oportet enim corruptibile hoc īdue
re incorruptionē. ⁊ mortale hoc in-
duere immortalitatē. Cū autē mor-
tale hoc induerit imortalitatem: tunc fiet ser
mo qui scriptus est. Absorpta est mors in vi
ctoria Ubi ē mors victoria tua: Ubi ē mors
stimulus tuus: Stimulus autē mortis pec-
catum est. virtus vero peccati lex. Deo autē
gratias qui dedit nobis victoriam per domi
num nostrum iesum xp̄m. Itaq̄ fratres mei
dilecti. stabiles estote ⁊ īmobiles. abundan-
tes in omni opere domini. semp sciētes q̄ la
bor vester nō est inanis in dño.

Hic aplus ponit necessitatē effectus resurrectionis ab ipa
causa progredientis. Et circa hoc duo ponit correspondē
tia duobus que posuerat in progressu effectū ab ipa cau-

sa. Primũ fuit generale omniũ scilicet q̃ mortui resurgẽt incorrupti. Et ideo primo q̃tum ad hoc dic. Oportz corruptibile hoc induere incorruptionẽ. Scõm fuit speciale aplis et bonis scilicet Et nos imutabimur. z ideo secũdo q̃tum ad hoc dicit. Et mortale hoc induere imortalitatez quia enim corruptibile opponit incorruptibili z in statu presentis vite subijcimur corruptioni. Ideo dicit q̃ cũ resurgemus oportet hoc corruptibile ꝛc. necessitate scilicet congruentie. Et hoc propter tria. Primo propter completionẽ hũane nature. Nã sic etiã dic aug. aia q̃diu est separata a corpore est imperfecta non habens perfectionem sue nature. et ideo non est in tanta beatitudine separata existens in q̃ta erit corpori vnita in resurrectione. Ut ergo pfruatur beatitudĩe perfecta. oportet corruptibile hoc id est corpus induere vt ornamẽtũ incorruptionẽ vt vltrius aliquatenus non ledatur mortale. Secũdo ppt exigentiam diuine iustitie vt scilicet illi qui bona fecerũt seu mala in corpore premientur vel puniantur: etiam in ipsis corporibus. Tertio ppter conformitatem mẽbroꝝ ad caput. vt sicut xps resurrexit a mortuis per gloriã patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. Ro. 6. ¶ Notanduz autem q̃ ipsam incorruptionẽ seu imortalitatẽ assũmat vestimento cũ dicit. induere. vestimentũ em̃ adest vestito et abest manente eadem numero substantia vestiti. vt p hoc ostendat q̃ corpora eadem numero resurgant z idem homines idem numero erunt in statu incorruptionis et immortalitatis in quo sunt modo. Unde ex hoc excludit errorem dicentiũ q̃ corpora non resurgent eadẽ numero. Unde et signanter dicit. Oportet corruptibile hoc scilicz corpus. Nam anima nõ est corruptibil. Excludit etiaz errorem dicentium q̃ corpora glorificata nõ erũt eadem cũ istis sz celestia. et de isto modo simile habetur. 2. cor. 5. Naz in hoc ingemiscimus ꝛc. Isa. 52. Induere vestimẽtis glie tue Job. 40. Circũda tibi decorẽ ꝛc. ¶ Sed contra hoc est quia videtur ipossibile q̃ corruptibile hoc induat incorruptionẽ id est q̃ corpora resurgant eadez numero. qz impossibile est ea que differunt genere vel specie esse eadem numero. sed corruptibile et incorruptibile nõ solum differunt specie sed genere. Ergo impossibile est q̃ corpora resurgentiũ sint incorruptibilia z remaneãt eadem numero. Preterea philosophus dicit q̃ ipossibile est q̃ illa quorum substantia corruptibilis mota est reintegrenẽ eadem numero. sed eadẽ specie. substantia aũt corporum humanorum est corruptibilis. ergo impossibile est reintegrari eadem numero. Respondeo dicendũ est ad primuz q̃ vnumqꝺqz conseq̃tur genus z speciẽ ex sua natura z nõ ex aliquo alio extrinseco sue nature et ideo dic[illegible] si resurrectio corporum futura esset ex principijs mat[illegible] corpor impossibile esset q̃ corpora resurgerent eadem [illegible]umero. Sed dico q̃ incorruptio corpoꝝ resurgentiuz dabitur ab alio principio q̃ a natura ipsorum corporum scilicet a gloria anime ex cuius beatitudine z incorruptione tota beatitudo et incorruptio corporum deriuabit. Sic ergo eius dem nature et idẽ numero est liberũ arbitriũ modo dũ est volubile ad vtrãq ptẽ z cũ erit firmatũ in fine vltimo. ita et eiusdem nature z idẽ numero erit corpus quod modo ẽ corruptibile. et tunc qñ per liberũ arbitriũ firmatũ erit p gloziam anime erit incorruptibile. ¶ Ad secundũ dicendum q̃ ratio philosophi pcedit contra illos qui ponebãt omnia in istis inferioribus causari ex motu corpoꝝ celesti um et q̃ reuolutis eisdem reuolutionibus corpoꝝ superiorum sequebantur eidez effectus numero qui aliquãdo fuerant. Unde dicebant q̃ adhuc plato idem numero leget athenis z q̃ habebit easdem scholas et eosdẽ audito res quos habuit. Et ideo pbus contra eosdẽ arguit. q̃ licet idem celũ numero z idem sol sit in in eisdez reuolutionibus: tamen effectus qui inde ꝓueniunt non consequũt idẽtitatẽ numero sed specie. z hoc ꝑm viaz nature. Similiter dico q̃ si corpora induerent incorruptionem z surgerent ꝑm viam nature q̃ non resurgerent eadẽ numero iz eadem specie. Sed cum reintegratio z resurrectio sicut dictum est fiant virtute diuina. dicimus q̃ corpora erũt eadem numero cũ nec̃z ꝓncipia indiuiduãtia huius homis sint aliud q̃ hec anima z hoc corpus. In resurrectione autem redibit et anima eadẽ numero cum sit incorruptibil: z hoc corpus idem numero ex eisdem pulueribus in quibus resolutum fuit ex virtute diuina reparatũ. sic erit idẽ homo numero resurgens. Nec facio vim in formis inẽme dijs quia non pono esse aliquã aliã formã substantialẽ in homine nisi aniã rationalẽ a qua habet corpus humanũ q̃ sit animatũ natura sensibili z vegetabili z q̃ sit ratiõale. Forme vero accidentales nihil impediunt idemptitatem numeralẽ quã ponimus. ¶ Consequenter cũ dicit. Cũ autẽ corruptibile ꝛc. Confirmat quod dixerat p auctoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo põit auctoritatẽ. Secundo ex ea concludit tria ibi. Ubi em̃ est mors ꝛc. Dicit ergo primo. Dixi q̃ oportet corrupttibile hoc induere ꝛc. Sed cum mortale hoc induerit imortalitatẽ tũc sez in futuro. Quod est contra illos qui dicunt tam resurrectionẽ factã. Fiet sermo qui scriptus est. s. Absorpta est ꝛc. Hoc ꝑm translationẽ nostrã non inuenit in aliquo libro biblie. si tam en inueniatur in translatione. lxx. non est certũ vnde sumptum sit. Potest tamen dici hoc esse sumptũ Isa. 26. Viuent mortui tui ꝛc. Et. 25. Precipitabit mortem in sempiternum. Osee. 13. vbi nos habemus. Ero mors tua o mors. lxx. habent Absorpta est mors in victoria. id ẽ ppter victoriã xpi. Et ponit pteritũ p futuro ppt certitudinez ppheticã. 1. Pe. 3. Deglutiẽs mortẽ ꝛc. ¶ Cõsequenter cũ dic Ubi ẽ mors victoria tua ꝛc. Cõcludit tria ex pmissa auctoritate. Insultatõez sctõꝝ ptra mortẽ. Gratiarũactiones ad deum ibi. Deo autẽ gratias. Et ammonitionẽ suã corinthijs ibi. Itaq̃ fratres mei ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo ponit insultationẽ. Secundo expõit ibi. Stimulus autẽ ꝛc. Loquens ergo apostolus de victoria xpi contra mortem quasi in quodam speciali gaudio positus assumit personam virorum resurgentiũ dicens Ubi est mors victoria tua: hoc non inuenit in aliquo loco sacre scripture vtrũ aũt ex se vel aliunde habuerit hoc apostolus incertũ est. Si tamen aliũde accepisset videtur accepisse de Isa. 14. Quomodo quieuit tributum cessauit ꝛc. Dicit ergo Ubi est mors ꝛc. scilicet corruptionis victoria tua id ẽ potentia qua totũ humanũ genus ꝓsternebas de omnib⁹ triumphabas. 2. reg. 14. Dẽs morimur ꝛc. Job. 18. Calcz super eum quasi rex interitus ꝛc. ¶ Ubi est mors stimul⁹ tuus? Quid autem sit stimulus cõsequenter exponit dicẽs Stimulus aũt ꝛc. Unde duo ponit. Unum p quod exponit quod dixit. Aliud per quod obiectionem excludit ibi. Uirtus peccati ꝛc. Sciendum est autẽ q̃ stimul⁹ mortis potest dici vel stimulans ad mortẽ. vl̃ quo vtitur seu quẽ facit mors. sed litteralis sensus est. stimulus mortis id est stimulãs ad mortẽ qz homo per peccatũ est ipulsus z dejectus ad mortẽ. Ro. 6. Stipẽdia peccati mors ꝛc. ¶ Sz quia aliquis posset obijcere q̃ iste stimulus est remot⁹ p legem. ideo consequenter hoc apostolus excludit subdens: Uirtus vero id est augmentuz peccati lex. Quasi dicat. Non est remotum peccatum p legem. imo virtus peccati lex id est augmentũ occasionaliter scilicet nõ q̃ induceret ad peccatũ sed inq̃tum dabat occasionẽ peccati z nõ conferebat gratiã ex qua magis accendebatur concupiscẽtia ad peccandũ. Ro. 5. Lex subintrauit vt habundaret delictum. Ro. 7. Occasione accepta peccatũ p mandatũ ꝛc. Est autem alius sensus sed non litteralis vt stimul⁹ mor-

125
104

tis dicatur quo vtitur mors. et sic per mortez intelligitur dyabolus. Apoc. 6. Nomen illi mors. Et sic stimul⁹ mortis est temptatio dyaboli. Et sic totum quod dicit de morte exponitur de diabolo. vt in glo. habetur. Vel stimul⁹ mortis id est a morte factus id est a carnali concupiscētia Jaco. 1. Concupiscentia cū conceperit ꝛc. Concupiscētia enim primo volentes allicit sicut in intemperatis. Secūdo repugnantes trahit vt in incōtinentibus. Postea cōtendit sed non vincit vt in continentibus. Postea debilitatur eius contentio sicut in tēperatis ꝛ vltimo totaliter deficit sicut in beatis quibus dicere cōpetit. Vbi ē mors cōtentio vel victoria tua? Quia ergo stimulus mortis destructus est non ꝑ legem sed victoriam xpi. ideo deo sunt reddende gratiarūactiōes. Et hoc est quod dicit. Deo autem gratias scilicet ago seu agamus qui dedit nobis victoriam mortis et peccati per iesum xpm non per legem. Joh. 16. Hec est victoria ꝛc. Ro. 15. Quis me liberabit ꝛc. Gratia dei ꝛc. Mā quod impossibile ꝛc. ¶ Consequēter cum dicit. Itaq; fratres mei ꝛc. Subdit āmonitionez sicut enim dictum est pseudo apostoli corrūpebant corinthios negando resurrectionē. et ideo post ꝙ iaz astruxit fidem resurrectionis et per exempla ostēdit: ammonet eos ꝙ bene se habeant ne seducantur a pseudo apostolis. Et circa hoc tria facit. Primo eīn eos in fide cōfirmat dicēs Itaq; scilicet iam ostensa resurrectione fratres mei ꝑ fidē per quam omnes sumus filij dei. Johan. 1. Dedit eis potestatem ꝛc. Dilectissimi per charitatez qua debem⁹ nos inuicem diligere. 1. Johan. 4. Hoc mandatum habem⁹ a deo ꝛc. Stabiles estote scilicet in fide resurrectiōis ne recedatis a fide. Ephe. 4. Non simus sicut paruuli fluctuātes ꝛc. et īmobiles ne scilicet ab alijs seducami. Colī. 1. In fide fundati stabiles et īmobiles ꝛc. Secundo inducit ad bona opera dicens: Habundantes in omni opere bono semper. Galī. vlti. Dum tempus ꝛc. puer. 3. In habūdanti iusticia. Tertio roborat eos per spem dicens: Sciētes per ꝙ ꝛc. Sap. 3. Bonoꝝ eni laboꝝ gloriosus ē fructꝰ.

Incipit capitulū sedecimū.

De collectis autem que fiunt in sāctos. sicut ordiaui in ecclesijs galatie: ita ꝛ vos facite per vnā sabbati. Vnusquisq; vestrum apud se reponat recondēs qđ ei bene placuerit: vt non cum venero tunc collecte fiant. Cum autem presens fuero quos per epīas hos mittam perferre gratiam vestrā in hierusalem. Q; si dignum fuerit vt ego eam: mecū ibūt. Veniam autē ad vos cuz macedoniā ptransiero. Mā macedoniā pertransibo. Apō vos autem forsitan manebo. vl etiā hyemabo vt vos me deducatis quocunq; iero. Nolo eniz vos modo in transitu videre. Spero eīn me aliquantulū temporis manere apud vos: si dominus permiserit. Permāebo autē ephesi vsq; ad penthecosten. Ostiuz eīn mihi aptum est magnum ꝛ euidens ꝛ aduersarij multi.

Supra per totam seriem epistole proposuit apostolus corinthijs quandam doctrinam generalem. in hoc vltimo capitulo proponit eis quedam specialia et familiaria. Et circa hoc duo facit. Primo monet eos quid ipsi debeant alijs facere. Secundo ostendit quid alij faciant ipsis ibi. Salutat vos ecclesia ꝛc. Circa primuz duo facit. Primo instruit eos de his que debent facere ad absentes. Secūdo vero de his que debent facere ad presentes ibi. Vigilate et state in fide ꝛc. Circa primum tria facit. Primo instruit eos de his que pertinent ad absentes pauperes sanctos qui sunt in hierusalem. Secūdo de his que pertinēt ad apostolum ibi. Veniam ad vos cum ꝛc. Tertio de his que pertinent ad discipulos ibi. Si aūt venerit ꝛc. Circa ea que debent fieri sanctis qui erant in hierusalē de trib⁹ instruit eos apostolus. Primo qualiter elemosina sancte facienda: sit colligenda. Secundo qualiter sit conseruanda ibi. Unusquisq; autem vestruz ꝛc. Tertio qualiter sit in hierusalem transmittenda ibi. Cum autem presens fuero ꝛc. Circa primū sciendum est ꝙ sicut legitur actu. 4. Mos erat in primitiua ecclesia vt conuersi ad fidem venderent possessiones et omnia que habebant et preciū ponerent ad pedes apostolorum et de eis vnicuiq; prout erat opus prouideretur. vt sic nullus haberet proprium sed essent illis omnia communia. Et sicut dicitur in collationibus patrum omnis religio ab illa sācta societate sūmpsit exordiū. Contigit autē vt fame perualida exorta pauperes sancti qui erant in hierusalem inopia maxima laborarent. vnde factum est vt apostoli ordinarent ad ipsorum subuentionē ꝙ ꝑ alias ecclesias xpi collecte fierent. et hec commissio facta est paulo et barnabe. Galī. secundo Dederunt mihi et barnabe ꝛc. Et quia apostolus super hoc sollicitus erat monebat illos quos conuerterat vt eis subueniret quia sicut ipse ad Roma. dicit. Justum est vt a quibus spiritualia receperant temporalia ministrent. Et hoc est quod dicit. De collectis autem que fiunt per ecclesias in sanctos id est in vsum sanctorum et non quorumlibet. Ecclesiast. 12. Da iusto et ne recipias peccatorez. Mō ꝙ peccatoribus non sit aliquid dandum. sed quia magis debet quis dare elemosinam iusto indigenti ꝙ peccatori ¶ Sic ordinaui ī ecclesia galathie. ita et vos facite id est colligite per vnam scilicet diem sabbati id est septimane. Et hoc ideo ordinatum est vt paulatim qualibet ebdomada aliquid paruum soluerent. ne si simul totum soluissent grauarentur Et licet eis paululum videretur et quasi insensibile palatim dare tamen cōpleto anno elemosine insimul collecte magne erant. Vel per vnam sabbati intelligitur prima dies post sabbatum scilicet dies dominicus. Et hoc ideo illo die fieri voluit apostolus. quia iam inoleuerat consuetudo vt populus in dominicis diebus ad ecclesiam conueniret. Leuitic. 23. Dies primus celeberrimus erit atq; sanctissimus ꝛc. Et post Est enim cetus atq; collecte tē. De huiusmodi elemosina dicitur Danielis quarto Peccata tua elemosinis redime. Et Ecclesia. vicesimo nono. Elemosina viri ꝙsi saccul⁹ ꝛc. ¶ Quia vero non solum debet apponi modus in colligendo sed etiā in conseruando. ideo consequenter instruit qualiter collecte conseruentur cum dicit. Unusquisq; autem vestrū ꝛc. In quo ostenditur maxima industria apostoli. Ne aliqui crederent ꝙ apostolus faceret collectas istas magis causa questus proprij ꝙ propter necessitatem sanctorū. ideo suspitionē hanc vitans et ꝙtum ad se et ꝙtuz ad suos ministros noluit dictam pecuniā a se seu a suis ministris custodiri. sed ordinauit ꝙ quilibet illud quod sibi placebat elargiri reportaret domi et conseruaret seorsum: faciens sic per totum annum. Et huius ratio erat qz aplus nolebat ꝙ qñ vēiret corinthū vacarēt collectis ꝛ doctrinā rebus spiritualibus. Et ideo dicit. Ut non cū venero. ꝛc. Act. 6. Mō est equū nos relinquere ꝛc. qualiter aūt debeam

mitti in hierlm subdit dicens. Cuz autẽ pſens fuero ꝛc. Quasi dicat. Nec in hoc volo aliquos spẽaliter onerare cũ pſens fuero. ſ. ad portandũ pecuniã: sed mittã illos quos probaueritis. i. approbaueritis mittendos mittaz inꝯ per epistolas. i. cum eplis missis a vobis ꝛ a nobis laudatorijs ꝛ cõmẽdatorijs scz in quib⁹ cõtineat quanti tas pecunie cõmendatũ studiũ nostrũ ꝛ charitas. Mittã inꝯ perferre gr̃am vestram. i. q̃ gratis dabitis sanctis pauperibus in hierlm. 2. Cor. 8. Notam facimus vo bis gratiam dei ꝛc. In hierlm. i. sanctis qui sunt in hie rusalem: ꝛ nõ solum mittam alios quos probaueritis scz si dignũ fuerit ꝛc. i. si magna quantitas fuerit mecũ ibũt in quo inducit eos ad bene ꝛ liberaliter soluendu Ro. 15. Nunc igit̃ proficiscar hierusalem ministrare sanctis ꝛc. ¶ Cõsequenter apostol⁹ instruit eos de his que per tinent ad seip̃m. Et circa hoc tria facit. Primo pmittit eis suam presentiam dicens. Veniã ad vos cũ macedoni am ptransiero ꝛc. Circa quod sciendũ ẽ q̃ sicut dr Act. 16. Vir macedo apparuit apostolo cũ eẽt troade deprez cans eum ꝛ dicens ei. Transiens in macedoniaz libera nos. Et ergo apostolus iussa impleret disposuit se mace doniã iturũ. Et q: macedonia erat media inter asiam et achaiam in qua est corinthum: ideo dicit. Cum pertran siero in macedoniã veniã ad vos: limo veniã ad vos in de scz quia tunc ero vobis propior. Scdo promittit se fa cturũ apud eos diutinã morã dicens. Apud vos forsi tan manebo. i. morã contrahã vel etiã hyemabo: id est p totam hyemẽ permanebo vobiscũ: quia multa corrigen da sunt in vobis. Vel causam quare ad eos vadit subdit cũ dicit. Ut vos me deducat⁹ quocũq; iero. Et dicit q̃cũ q̃ nesciebat determinate quo iret nisi ꝑm q̃ spiritus sanctus inspirabat sibi. Deducatis inꝯ non defendatis me sed vt doceatis vias. Tertio cũ dicit. Nolo enim vos. ꝛc. excusat dilationẽ sue pſentie dupliciter. Uno modo quia corinthij possent dicere nõ est necesse q̃ tantũ dif feras venire: ꝛ q̃ primo vadas in macedoniam: quia tu potes venire in achaiam ꝛ permanere ita q̃ nõ transeas per macedoniã. Et ad hoc dicit licet sic posset venire ad vos tamẽ non diu posset manere vobiscum: quia statim oportet me esse in macedonia vel redire in asiaz: vnde q̃ nolo vos modo in transitu videre: ideo modo non venio primo ad vos: nam ego spero aliquã moram contrahere vobiscum si dominus pmiserit. Dicit si domin⁹ pmiserit quia forte vel anteꝯ eẽt ibi vel postꝯ iã esset ibi dñs in spiraret ei q̃ iret ad alium locum vbi faceret maius bo num. Alio modo excusat se ꝛ hoc videtur magis littera le quia oportebat eum diu manere apud ephesum qõ est in asia: ꝛ ideo dicit. Permanebo autem epheſi vsq; ad penthecosten ꝛc. Forte hec epistola missa fuit ī hyeme seu in vere ꝛ tunc post penthecosten debebat ire in mace doniam ꝛ morari ibi vsq; ad hyemẽ et tunc ire corin thum est hiemare. Rationem autem quare volebat mo rari epheſi vsq; ad penthecosten subdit cũ dicit. Ostium autẽ ꝛc. id est magnũ fructũ facio in epheso. Et dic ostiũ esse apertum magnum. id est multa corda hominum ad credendum parata: ꝛ euidens: quia sine contradictione Coll. 4. Orantes simul ꝛ pro nobis vt de⁹ aperiat no bis ostium. ꝛc. Sed quia sunt multi aduersarij qui cõa tur impedire vel subintrare. Si ergo absentarẽ me tãt⁹ fruct⁹ posset defacili impediri: iõ nolo recedere quousq; fitis bene firmati. Apoc. 3. Ec ce dedi coram te ostiũ aptũ.

Lectio secunda.

Si aũt venerit thimothe⁹ videte vt sine timore sit apud vos: opus enim domini operatur sicut ꝛ ego. Ne q̃s ergo illũ spernat. Deducite aũt illũ in pace vt veniat ad me. Expecto enim illũ cũ fratrib⁹ De apollo aũt fratre vobis notũ facio: qm̃ multũ rogaui eũ vt veniret ad vos cũ fratrib⁹: ꝛ vtiq; nõ fuit voluntas eius vt nũc veniret: Veniet aũt cũ ei vacuũ fuerit. Vigilate state in fide: viriliter agite ꝛ confortamini: oia em̃ vr̃a in charitate fiãt. Obsecro autẽ vos frẽs nostis domum stephane ꝛ fortunati et achaici q̃m sũt primitie achaie ꝛ in ministe riũ scõz ordinauerũt seipsos vt ꝛ vos subditi sitis eiusmodi: ꝛ omni cooperãti ꝛ laborãti Gaudeo aũt ī pſentia stephane ꝛ fortunati ꝛ achaici q̃m id qõ vobis deerat ipi supple uerũt. Refecerũt enim ꝛ meũ spũm ꝛ vestrũ. Cognoscitur ergo q̃ eiusmodi sũt. Salutãt vos oẽs eccl'ie asie. Salutat vos in domino multũ aquila ꝛ prisca cũ domestica sua eccle sia apud quos ꝛ hospitor. Salutãt vos oẽs fratres. Salutate inuicẽ ī osculo scõ. Salu tatio mea: manu pauli. Si quis nõ amat do minũ nostrũ iesum xp̃m sit anathema mara natha. Gratia dn̄i nostri iesu xp̃i v obiscum Charitas mea cum omnibus vobis ī xp̃o ie su amen.

Hic instruit eos de his q̃ ptinẽt ad discipl'os suos ꝛ prio de his q̃ ptinẽt ad thimotheũ. Scdo de his q̃ ptinẽt ad apollo ibi De apollo ꝛc De thimotheo tria mãdat. Pri mo vt secure custodiat. Vñ dicit. Si aũt venerit ad vos thimothe⁹ videte studeat⁹ vt sine timore sit apud vos. Forte aliq̃ cõmotio fuerat ibi propter pseudo apl'os. 2. Cor. 7. Foris pugne intus timores ꝛc. Et hoc debetis facere q: op⁹ dñi opat̃ sicut ꝛ ego p̃dicãdo. ꝛ. Timo. 4 Tu vero vigila: ī oĩbus labora. Scdo vt ī honore habe atur: ꝛ iõ dicit. Ne q̃s ergo illũ spnat. Et rõ hui⁹ ẽ forte q: iuuenis erat. 2. Thi. 4. Nemo adolescẽtiã tuã sper nat. Luc. 10. Qui vos spnit me spnit. Tertio vt pacifi ce deducat: ꝛ hoc ẽ qõ dicit. Deducite aũt illũ ꝛc. Et rõ hui⁹ ẽ: q: expecto illũ cũ frĩbus q̃ sũt cũ eo. ¶ De apollo ꝛc. Iste ẽ ille apollo de q̃ habet Act. 18. Q iude⁹ q̃daz ꝛc. ꝛ iste iuit in achaiã ꝛ fuit q̃si spẽalis doctor eoz post apl'm. 1. Cor. 3. Ego plãtaui apollo rigauit ꝛc. ꝛ vt glo. dicit eps erat. Et q: corinthij male se habuerant recesse rat ab eis ꝛ iuerat ad apl'm. Postmodũ xo corinthij ro gauerũt apl'm vt remitteret illuc ipsũ ad qõ rñdet eis di cẽs. De apollo aũt fre quẽ rogastis remitti ad vos notũ vobis facio tria. Prio pces meas sibi factas q̃m multuz rogaui eũ vt veniret ad vos cũ frĩbus. Et dicit rogaui eũ lz possit pcipe: q: magnis viris non defacili dr fieri pce ptũ. 1. Thi. 5. Seniorẽ obsecra ꝛc. Ecc. 32. Rectorem te posuerũt ꝛc. Sz nũqd licuit sibi relinq̃re populũ suũ? Ad hoc dicendũ q̃ sicut Grego. dicit q̃n omnes subditi male se habent ꝛ nolũt corrigi: licet epo recedere ab eis. Unde q: isti erant tales licuit ei. Vel dicendũ ẽ q̃ forte nõ erat epus eoz sed spẽaliter p̃dicauerat eis. Scdo re sponsum apollonis: q: renuit venire ad eos ibi. Et vtiq;

non fuit voluntas eius vt nunc. ꝛc. Et ratio huius est: quia forte nondum erant bene correcti. Vel q̄ ipe erat ī alijs arduis occupatus. Tertio ꝓmittit eum aliquādo ad eos iturum. Unde dicit. Veniet autem cum ei vacuum id est oportunum fuerit scz quādo vos eritis correcti ¶ Consequenter postq̄ instruxit eos quid debeant facere absentibus: hic instruit eos qualiter se habeant ad p̄sentes. Circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter se habeant quātū ad oēs in cōi. Scdo quantū ad quosdam in speciali ibi. Obsecro aūt vos frēs. Instruit autez eos apls in cōi de tribus. s. de fide de bona opatiōe ꝛ de mō bene opandi. Sed ñ istis tribus p̄mittit vnū qđ est omnibus necessariū. . sollicitudo. Unde dicit. Vigilate et orate. De fide ergo instruit cum dicit. State scz in fide. Ephe. 6. State succincti ꝛc. De bona opatione cū dicit Viriliter. i. fortiter agite q̄ fides sine operib⁹ mortua ē. Jac. 2. Sed q̄ bona opatio nō est attribuenda nobis sz deo: iō subdit. Et cōfortamini in dño. p̄s Viriliter agite ꝛ cōfortet cor vr̄m ꝛc. De mō agendi cū dicit. Oia vr̄a in charitate fiant: id est oīa debent referri ad finē charitatis scz vt fiant ꝓpter deū ꝛ primū. Col. 3. Sup omīa charitatē ꝛc. ¶ Cōsequenter cū dicit. Obsecro aūt. ꝛc. instruit eos qūo se habeant ad quosdam in spāli ꝛ primo quantū ad illos qui vident habere aliquā p̄rogatiuaz in spūalibus. Scdo q̄tum ad illos qui in corporalib⁹ opib⁹ ibi. Gaudeo aūt ꝛc. Dicit ergo. Obsecro autē vos frēs Nostis id est approbastis domū stephane ꝛ fortunati ꝛ achaici. Approbastis inq̄ ꝓpter duo: ꝛ q̄ sunt primitie. i. primo cōuersi quia ab ipo apostolo in p̄mis baptizati supra prio. Baptizaui aūt. ꝛc. Et q̄ magis deuoti ꝛ ꝓmpti ad ministeria sanctoꝝ. Un dicit. Et in ministerio sanctoꝝ ordinasse ipos. Ro. 12. Necessitatib⁹ sanctoꝝ ꝛc. ꝛ iō obsecro vt ꝛ vos subditi ꝛc Heb. 12. Obedite ꝓpositis ꝛc. Et omni cooperanti. Philipē. 4. Adiuua eos qui mecū laborauerunt. Sap. 3. Bonoꝝ laboꝝ gloriosus ꝛc. ¶ Gaudeo ꝛc. Hic instruit eos q̄tū ad illos q̄ preeminent in ministerijs ꝛ pōt dupliciter exponi. Uno mō vt dicat Gaudeo aūt in p̄sentia stephane ꝛ fortunati ꝛ achaici qui sunt p̄sentes vobis quoꝝ p̄sentia est vobis pficua. Un ipi id qđ vobis deerat suppleuerūt docendo vos. Et in hoc q̄dem refecerūt spūm meū in q̄tuz de bono vestro: ꝛ spūm vestrū in q̄tuz instructi estis. Philip. 4. Gausus suz valde q̄ inueni ꝛc. Et iō q̄ sic se habuerūt: ergo cognoscite id ē honorate eos ꝛc. Alio mō vt dicat gaudeo in p̄sentia stephane fortunati ꝛ achaici: q̄ scz psonaliter mecū sunt ꝛ seruiūt mihi in quo supplent qđ deerat vobis. i. qđ vos nō poteratis mihi corporaliter exhibere. In quo quidē refecerūt spūm meū inquantū mihi seruierunt ꝛ pauerunt me et vestrū in q̄tuz de bono meo gauderis: et ideo cognoscite ꝛc. ¶ Salutat vos ꝛc. Hic apostolus insinuat q̄d alij faciāt corinthijs Et circa hoc duo facit. Primo insinuat qūo salutent ab alijs. Scdo subdit suā salutationē ibi. Salutatio mea. ꝛc. Circa primū tria facit. Primo insinuat qūo salutat eos tota ecclesia asie in cōi. Unde dicit. Salutāt vos omnes ecclesie asie. Roma. vlti. Salutant vos omnes ecclesie xp̄i. Secūdo qūo salutat eos spāliter hospites pauli. vnde dicit. Salutant vos in dño multū aq̄la ꝛc. Isti erant hospites apostoli ꝛ de his habet Roma. 16. et Act. 18. Tertio qūo salutāt eos apli ꝛ familiares sui. Unde dic Salutāt vos oēs frēs qui scz mecū sunt. Phil. vlt. Salutant vos qui mecū sūt frēs. Ex quo ergo oēs salutant vos ꝛ vos etiā salutate inuicē in osculo sancto nō libidinoso quo mulier ap̄hensū deosculat inuenē. Prouer. 7. Nō fraudulento quo iudas osculat⁹ ē xp̄m: Mat. 26 ꝛ Mar. 14. ¶ Salutatio. ꝛc. hic suā salutationē subdit ꝛ circa hoc duo facit. Primo ponit titulū salutationis dicēs. Salutatio mea. i. scripta ē manu mea pauli. Et hoc faciebat in epls suis ꝓpter quosdā qui sub spē apostoli scribebant falsas litteras. Un vt non deciperent. postq̄ scripta erat epla per aliquē in fine: psequenter scribebat apostolus manu sua. Secūdo ponit ipiaz salutationē in qua primo maledicit malis dicēs. Si quis nō amat. ꝛc. anathema sit. i. separat⁹ vl excōicat⁹, maranatha. i. dñs veniet. Quasi dicat. Qui nō amat dñm nr̄m ieſu xp̄m sit anathema in aduentu dñi. Sz nunq̄d sunt excōicādi oēs qui nō sunt in charitate. Ñdeo dicē dū q̄ hoc intelligit si quis nō amat dñm ieſu xp̄m. i. fidē xp̄i ꝛ isti sūt heretici ꝛ sūt excōicati. Uel si quis vsq̄ ad finē mortis nō pseuerat in amore dñi ieſu xp̄i in aduentu erit separat⁹ a bonis. Secūdo benedicit bonis bene optans eis. s. gratiā xp̄i cuz dicit. Gra domini nostri ieſu xp̄i. Et hoc optans optat eis oē bonū q̄ in gra dñi nostri ieſu xp̄i continet omne bonū. Optat etiā eis charitatē suam dicens Charitas mea ꝛc. in vos inuicē ꝛ deū diligatis ea charitate qua ego vos diligo ꝛ nō ꝓpter aliqđ aliud nisi in xp̄o ieſu. i. ꝓpter amorē xp̄i. Amen. i. fiat.

Incipit postilla doctoris angelici sancti Thome ordinis fratrū predicatorū sup secūda epistola ad corinthios

Ministri dei no

Ministri dicet vobis. Esa. 16. In his verbis congrue tangitur materia huius secunde epistole ad corinthios. Nam in p̄ma epistola agit apostolus de ipis sacramentis: sed in hac secunda agit de ministris ip̄oz sacramentorum tam bonis q̄ malis. Ratio autem hanc epistolaz scribendi fuit q̄ corinthij post predicationem eius admiserāt pseudo apostolos quos apostolo preferebāt. Ꝓpter hoc scribit eis hanc epistolam in qua cōmendat apostolus ꝛ ostendit verorum apostolorum dignitatem: ostendit etiam et vituperat falsorum apostolorum falsitatem commendat autem verorum apostolorum dignitatez ex hoc q̄ sunt ministri dei. Ministri inquit dei dicet vobis scz apostolis: qui quidem dicuntur ministri quantuz ad tria. Primo quantum ad dispensationem sacramentorum. p̄te Cor. 4. Sic nos existimet homo vt mi. ꝛc. Christus enim instituor est sacramentorum sed apostoli ꝛ eorum successores ea dispensant: ꝛ ideo subditur in predicta auctoritate ꝛ dispensatores ministeriorum dei. Secundo quantum ad gubernationem scz inquantū gubernant populum dei. Sap. 6. Cum esſ etis ministri nō recte iudicastis. ꝛc. Deus enim gubernat omnia ꝑ prudentiam. Unde quicunq̄ aliquid gubernat dicitur minister dei Tertio quantum ad humane salutis operationem inquantum scilicet eorum ministerio ꝛ predicatiōe homines ad salutem conuersi sunt: cuius salutis sol⁹ deus est auctor quia ipse est qui venit saluum facere quod perierat apostoli vero ministri. prime Cor. 3. Quid ergo ē apollo quid paulus? ministri ei⁹ cui credidistis. ꝛc.

Capitulum primum.

Paulus apls ieſu xp̄i ꝑ voluntatem dei ꝛ thimotheus frater ecclesie dei que est corinthi cū oibus sanctis q̄ sunt in vniuersa achaia gratia vobis ꝛ pax a deo patre nostro et dño ieſu christo.

De istis ergo ministris tractat hic apls oñdēs in hac epla

eoꝝ dignitatẽ etiã scribẽs corinthijs. In q̃ q̃dẽ premittit. Prio salutationẽ. Scõo prosequitur epl̃am ibi Bñdict⁹ de⁹ ꝛc. In salutatiõe aũt tria ponit Primo enĩ describit personas salutantes. Secundo personas salutatas ibi. Ecclesie que est ꝛc. Tertio bona optata ibi. Gratia vobis ꝛc. Circa primum primo describitur persona salutans principalis qz paul⁹. Scõo psona adiuncta: qz thimotheus. Persona salutans describit ab humilitate qz paulus q̃ latine ꝺr modic⁹. Iste ẽ ille modic⁹ de quo Esa. 60. Minim⁹ erit in mille ꝛc. Vel a doctrina: quia paulus ꝺr os tube. Ista ẽ illa tuba de qua zach. 9. Dñs in tuba canet ꝛc. Et cõpetit qõ ꝺr Esa. 58. Quasi tuba exalta vocẽ tuã ꝛc. A dignitatis auctoritate qz apl̃s ꝛc Vbi tria ponunt. Primo q̃ sit legat⁹. vñ ꝺr apls. i. pncipaliter missus. Soli enĩ duodecĩ apl̃i electi missi sunt a xpo. Luc. 9. Elegit duodecĩ quos t apl̃os ꝛc. Alij aũt discipuli nõ missi sũt pncipaliter sed secũdario. Et inde ẽ q̃ apostolis succedũt epi qui bñt spẽale curã gregis dñi Alij aũt sacerdotes succedũt. lxxij. discipulis qui gerũt vices cõmissas sibi ab epis. Est ergo ei⁹ dignitas. quia apls. 1. Cor. 9. Si alijs nõ sũ apls sed tñ vobis sum ꝛc. Hal. 2. Qui opatus ẽ petro. ꝛc. Sz quare vocat se hic aplm dicens. Paulus apls cũ in epl̃a ad romanos scribat se seruũ. Rõ hui⁹ ẽ qz romanos repbendit de dissensione t supbia q̃ ẽ mater dissensionis qz inter supbos sp iurgia sunt. Aũ vt eos revocet a dissensione inducit eos ad humilitatẽ vocãdo se seruũ. Corinthij vero erãt pertinaces t rebelles: t iõ vt reprimat eoꝝ pterutã vsus est hic noĩe dignitatis dicẽs se aplm. ¶ Scõo ponit cuius sit legat⁹: qz iesu xpi. ifra. 5. Pro xpo legatõe fungimur Tertio ponit modus quo adeptus ẽ legationẽ: qz nõ ingessit se vt pseudo. Jere. 23. Nõ mittebã eos et ipi currebãt. Nõ est dat⁹ ppõ ex diuino furore: iuxta illud iob 34. Qui facit regnare ypocritã ꝛc. Osee. 12. Dabo tibi regẽ. sed in furore meo Est adept⁹ apostolatũ exvolunta te dei t bñplacito Act. 9. Vas electõis ẽ mihi iste Et iõ dic. p volũtatẽ dei. Persõa aũt adiũcta ẽ thimothe⁹ Añ dicit. Et thimothe⁹ frat̃. Frater inq̃ ppter fidẽ Ma. 23 Vos vos frẽs estis ꝛc. Et ppter dignitatẽ qz epos: t inde ẽ q̃ papa vocat oẽs epos fratres. Cõnumerat autem sibi thimotheũ qz cũ ipe transisset p eos sicut dixit i prima epl̃a vltõ capitulo possent credere q̃ maliciose retulisset apostolo ea de quib⁹ ipe scribit ad eos. ¶ Cõsequẽter ponunt p one salutate: t primo pncipales. scõo adiũcte pncipalib⁹ in hoc q̃ dicit. Ecclie dei q̃ ẽ tot⁹ popul⁹ fidelis tam clerus q̃ laici. 1. Thi. 3. Ut scias qõo oporteat te cõuersari. Que ẽ corinthi qz corinthus erat metropolis achaie. Sed adiuncte psone sũt oẽs sancti qui sunt vnius spũs sancti gr̃a renati. 1. Cor. 6. Sed abluti estis sed sanctificati ꝛc. Qui sunt in achaia cui⁹ metropolis est corinthus Istis aũt psonis salutatis optat apls bona. Unde dicit Hr̃a vobis ꝛc. Et circa hoc duo facit. Prio ponit ipa bona. Scõo ipoꝝ actorẽ ibi. A deo pr̃e ꝛc. Ponit aũt ista duo extrema bona vt in eis intelligãt media Primũ enĩ bonũ est gr̃a q̃ ẽ pncipiũ oĩm bonoꝝ. Nã ante gr̃am nihil ẽ nisi diminutũ in nobis. Ultimum aũt oĩm bonoꝝ ẽ pax: qz pax ẽ generalis finis mẽtis. Nã qualitercũq; pax accipiãt habet rõnẽ finis t in glia eterna: t in regimine t in cõuersatione finis ẽ pax. ps. Qui posuit fines tuos pacẽ. Quis aũt sit actor hoꝝ bonorum ostendit: subdẽs. A deo pr̃e ꝛc. Et hec duo possunt dupliciter distingui qz cuz dicit: a deo pr̃e. põt intelligi p tota trinitate. Nã licet psona pr̃is dicat pr̃ xpi p naturã tñ tota trinitas ẽ pater noster p creationẽ t gubernatõez Esa. 63. Et nũc dñe pr̃ noster es tu. Jerc. 3. Prem vos ebis me. A deo ergo pr̃e nr̃o id est a tota trinitate proueniũt bona. Mat. 7. Si vos cũ sitis mali ꝛc. Sz si de⁹ pater noster accipiat̃ p tota trinitate quare addit̃ persona filij cũ dicit. Et dño iesu xpo: nunq̃d ẽ alia psona a trinitate? Dicẽdũ q̃ addit̃ nõ ppter aliã psonã sz propter aliã naturã scz hũanitatis assũpte a filio in psonã diuinã quã quidẽ trinitati cõnumerat. qz oĩa bona pueniũt nobis a trinitate p incarnationez xpi. Et prio gr̃a. Joh. 1. Gratia t veritas ꝛc. Scõo pax. Ephe. 2. Ipe ẽ pax nr̃a ꝛc. Itẽ cũ dicit A deo pr̃e nostro: põt intelligi persona patris solũ: t licet tota trinitas sit pater noster vt dictũ ẽ tñ psona pr̃is ẽ pater noster p appropriationẽ: t sic hoc q̃ dicit. Et dño iesu xpo: intelligit̃ de psona filij. De psona aũt spũs sancti nõ fit hic mẽtio: qz sicut dicit Aug. Cũ sit nexus pr̃is t filij vbicunq; ponit̃ psona pr̃is t psona filij intelligit̃ persona spũssancti.

Lectio secunda.

Benedictus de⁹ t pater dñi nr̃i iesu xpi. pater misericordiaꝝ t de⁹ totius cõsolatiõis qui cõsolat̃ nos in oĩ tribulatiõe nr̃a. vt possimus t ipi consolari eos qui in omni pressura sunt p exhortationẽ qua exhortamur t ipsi a deo. qm̃ sicut abundant passiones xpi i nobis. ita t p xpm abũdat consolatio nostra.

Hic incipit epl̃am in qua apostolus duo facit. Prio eĩ excusat se de eo q̃ non iuerat ad eos sicut pmiserat. Secundo psequit̃ intentionẽ suã ca. 3. ibi Incipim⁹ iterum ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo ponit excusationẽ de mora. Scõo more assignat cãm secũdo ca. ibi. Statui aũt ꝛc. Circa primũ duo facit. Prio eĩ reddit eos benivolos. Scõo excusationẽ ponit ibi. Et hac confidentia ꝛc. Circa primũ duo facit. Prio captat eoꝝ benivolentiam recitando quedã i generali Secũdo q̃dã i spẽali ibi. Nõ eĩ ꝛc. Benivolentiã aũt eoꝝ captat apostolus oñdẽdo q̃ q̃cquid facit totũ facit ad eoꝝ vtilitatem. Et circa hoc duo facit. Prio pmittit vtilitatẽ que ex ipo alijs puenit Scõo rõnem eoꝝ assignat ibi. Qm̃ sicut habundãt ꝛc. Circa primũ tria facit. Prio eĩ ponit gr̃arũactio. Secundo a tiõis gr̃aꝝ modus ibi. Qui cõsolat̃ ꝛc. Tertio cã ibi. Et possim⁹ t ipi cõsolari. Agit ergo gr̃as toti trinitati a qua puenit oẽ bonũ. Et iõ dicit. Benedict⁹ de⁹ id est tota trinitas. Itẽ persone pr̃is cũ dicit. Et pr̃ dñi nostri iesu xpi p quẽ scz xpm: pater nobis oĩa donauit. Sed sciendũ q̃ nos benedicim⁹ deũ t de⁹ bñdicit nobis sed aliter t aliter. Nã dicere dei ẽ facere. ps. Dixit t facta sunt. Qm̃ benedicere dei ẽ bonũ facere t bonũ infundere: t sic habet rationem causalitatis. t Heñ. 1. t. 22. Benedicens benedicam tibi ꝛc. Dicere autem nostrum non est causale sed recognoscitiuum seu expressiuũ. Un de benedicere nostrum idem est qõ bonuz recognoscere Cum ergo gratias agimus deo: benedicimus sibi id est recognoscim⁹ eũ bonum t datorem oĩm bonorũ. Tob. 12. Benedicite deũ celi ꝛc. Dan. 3. Benedicite omnia opera ꝛc. Recte ergo gratias agit patri quia misericors est. Unde dicit. Pater misericordiarũ. Et quia consolator. Unde dicit. Et deus totius consolationis. Et agit gratias de duobus quibus homines maxime indigent. Primo enim indigẽt vt auferant̃ ab eis mala: t hoc facẽ mia que aufert miserĩa: t miserere ẽ pprium patris. ps. Quomõ miserek pater filioꝝ. ꝛc. Scõo indigent vt sustententẽ in malis q̃ adueniũt. Et illud ẽ pprie cõsolari: qz nisi hõ haberet aliquid in quo quiesceret coz eius qũ supueniũt mala nõ subsisteret. Tunc ergo aliqs consola

tur aliquē qñ affert ei aliqđ refrigeriū in quo quiescat in malis. Et licet in aliquibus malis hō possit in aliquo cō solari ꝛ quiescere ꝛ sustentari tñ solus deus ē q̄ nos consolatur in oībus malis: ꝛ ideo dicit. Deus totius cōsolationis: qz si peccas cōsolaꝁ te deus qz ipe misericors est. Si affligeris cōsolaꝁ te vel eruēdo ab afflictione per potentiā suā vel iudicando p iusticiā. Si laborās consolaꝁ te remunerādo Heñ. 15. Ego merces tua ꝛc. Et hō dicit Mat. 5. Beati qui lugent ꝛc. Materiā autem gratiarū actionis subdit dicens: Qui cōsolaꝁ ꝛc. quasi dicat. Iō benedictus qz consolatur nos in omni tribulatione infra 7. Qui consolaꝁ ꝛc. Cām autem huius ponit cum dicit Ut possimus ꝛ ipsi cōsolari. Ubi notandū est q̄ in oīs dīnis ē ordo. Ad hoc eñ deus dat aliquibus spālia dōa vt ipi effundant illa in vtilitatē aliorum. Non enim dat lumen soli vt sibi soli luceat sed vt toti mundo. Uñ vult q̄ de oībus bonis nostrꝭ siue sint diuitie siue sciā siue potētia siue sapiā accrescat aliqua vtilitas aliis. ꝓie. Pe. 4. Unusquisq; grām quā accepit ꝛc. Hoc ē ergo qđ apostolus dicit. Cōsolaꝁ nos in omni tribulatione. Sz quare nō vt solū nobis hoc sit ad bonū sed vt etiā alijs ꝓsit. Uñ dicit. Ut possimus ꝛ ipi cōsolari eos ꝛc. possimus p exemplū cōsolatiōis nostre. Qui eñ non ē cōsolatus nescit cōsolari. Eccl. 33. Qui nō ē temptatus q̄lia scit qui sunt in omni. i. in qualibet pressura. Esa. 61. Spūs dñi misit me ꝛc. vt cōsolarer omnes lugentes ꝛc. Eccl. 48. Consolatus ē lugentes ꝛc. Possimus dico cōsolari per exhortationē ad tolerantiā passionū ꝓmittendo premia eterna: qua sz exhortamur vos p scripturas ꝛ ī eternas inspirationes vt patienter sustineamus ꝛ alios exhortemus exemplo nostri ꝛ p ipsas scripturas. ꝓie Cor. xi. Ego eñ accepi a dño ꝛc. Esa. 48. Que audiui: a dño. ꝛc. ¶ Posita vtilitate q̄ ex aplis alij ꝓuenit: dictorum cōsequēter rōnem assignat dicēs: Uām sicut abundant. ꝛc. Et qz duo dixerat. s. q̄ deus cōsolaꝁ nos in omni tribulatione ꝛ q̄ possimus ꝛ ipi ꝛc. hic rōnem hoꝝ duoꝝ exponit: ꝛ ꝓo. ostendit qūo deus cōsolaꝁ nos in oī tribulatiōe. Scđo qūo cōsolatio nostra cōuertiꝁ in cōsolatōes alioꝝ ibi. Siue aūt tribulamur ꝛc. Dicit ergo. Recte dico q̄ cōsolaꝁ nos in oī tribulatiōe nra qz ām q̄ abūdant passiōes xpi in nobis: ꝛ dicit xpi. i. inchoate a xpo. Eze. 9. A sanctuario meo incipite. In xpo eñ inceperūt passiones p peccatis nris qz ipe pctā nra ptulit in corpore suo sup lignū. ꝓie Pe. 2. Deinde p aplos qui dicebāt Mortificamur tota die. ps ꝛc. Deinde p martyres qui secti sunt tēptati sunt ꝛc. Heb. xi. Ultimo ipi pctores p suis pctis patienter irā dñi portabūt qz peccauerunt ei. Uel passiones xpi. i. quas sustinemus ꝓpter xpm. Aco. 5. Ibant apli gaudentes ꝛc. et ps. Propter te mortificamur ꝛc. Sicut inq̄ huiusmodi passiones abūdāt sic abūdat per christum consolatio nostra. ps. Scōm multitudinem dolorum ꝛc.

Lectio tertia

Sive aūt tribulamur pro vestra exhortatiōe ꝛ salute siue consolamur p vra cōsolatiōe. siue exhortamur pro vra exhortatiōe ꝛ salute q̄ opatur tolerantiam earundē passionuz quas ꝛ nos patimur. vt spes nra firma sit p vobis scientes qm̄ sicut socij passionū estis. sic eritis ꝛ cōsolationis. Nō enī volum⁹ ignorare vos frēs de tribulatiōe nra que facta ē in asia. q m̄ supra modum grauati sum⁹ supra virtutem. ita vt taderet nos etiā viuere. Sed ipi in nobisipis responsū mortis habuim⁹. vt nō sim⁹ fidentes in nobis. sed in deo qui suscitat mortuos qui de tantis piculis nos eripuit ꝛ eruit in quē speram⁹ qm̄ adhuc eripiet adiuuātibus vobis in oratione p nobis. vt ex multarū psonis facie eius que in nobis ē donationis. p multos gra agantur pro nobis.

Postq̄ apls ostendit q̄ de⁹ cōsolaꝁ seruos suos in tribulationib⁹ sz ministros fidei ꝛ pdicatores: hic ꝓsequēter manifestat q̄ eoꝝ cōsolatio cedit ad bonū aliorum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat qualiter eorū consolatio sit ad alioꝝ vtilitatem ꝛ salutē. Secūdo ordinem huius cōsolatiōis ꝛ salutis insinuat ibi. Que operātur tolerantiā ꝛc. Circa primū aduertendum ē q̄ tria dicit apls se recepisse. Tribulatiōz cū dicit. In omni tribulatiōe vestra: cōsolationē cū dicit Qui cōsolaꝁ nos Exhortationē cū subdit. Ut possim⁹ ꝛ ipi ꝛc. Accipiēdo ergo hec tria passiue dicimus q̄ apli cōsolanꝁ tribulanꝁ ꝛ exhortanꝁ. Unde ꝛ tria ibi dicit apls cedere ad cōsolationez aliorū: ꝛ hoc in quodā ordine. Et ꝓio eorum tribulatione cū dicit. Siue inquit tribulamur ꝛc. quasi dicat: vere quicquid recipimus est in bonū vestrū. Quia siue tribulamur p vestra exhortatiōe ꝛ salute: qz sz nostro exemplo monet vos de⁹ ad passionū tolerantiā: vnde ꝓuenit vobis salus eterna Unde ꝓmi Macha. 6. legiꝁ. Qꝫ ostenderūt elephantis sanguinē vue ꝛ moroꝝ um: vt acuerent eos ad bellū. Quod fit quādo tepidis ꝛ pigris adhibēt passiones scoꝝ in exemplū. Scđo ostendit q̄ eoꝝ consolatio in alioꝝ vtilitatem cedit cum dicit. Siue consolamur quasi dicat: ipa nostra cōsolatio qua nos speremiꝭ consolamur ē ad cōsolationē vestrā inquātū exemplo nostro vos etiā eandē spem premiꝭ habentes gaudeꝭ Tertio ostendit q̄ eorum exhortatio passiua est ad bonū aliorum dicēs. Siue exhortamur p interna inspiratione vel per flagella: hoc ē pro vestra exhortatione sz vt vos ad maiora animemini ꝛ salutē speretis. Unde Oz. 2. Maschab. vlt. q̄ exhortati sermonib⁹ iude. ꝛc. Sexto adiuuātes aūt vos ꝛc. hui⁹ aūt cōsolatiōis ꝛ salutis ordinez insinuat cū subdit. Que operanꝁ tolerantiā ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit patientiam habitam in aduersis. Secundo manifestat fructum qui ex patientia ꝓuenit ibi. Ut spes firma ꝛc. Dicit ergo. Dico q̄ hec ad vestram salutem cedunt que salus est vobis in hoc in quantum exemplo nostri estis fortes ad tolerantā passionum: ꝛ vt patienter sustineatis passiones quas ꝛ nos patimur. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Jac. 5. Exemplum accipite fratres mei ꝛc. Et qua quidē patia ꝓuenit vobis fructus: qz ex hoc spes nostra firma ē p vobis q̄ vos efficiamini heredes vite eterne. Ro. 5. Tribulatio patiam opaꝁ patia vero spez. Greg⁹. Tanto spes in deū solidior surgit: q̄to quis graviora p no ie ei⁹ ptulerit. Uā ex passionibus quas sustinēt sci dei p xpo cōsurgit eis spes vite eterne. Et cā spei hui⁹ ē q: sum⁹ sciētes qz sicut estis socij nri in passionibus eritis socij ꝛ cōsolatiōis. i. vite eterne. 2. Timo. 2. Fidelis sermo nā si cōmortui sum⁹ ꝛ conuiuem⁹. ꝛc. i. Pe. 4. cōicātes xpi passionib⁹ gaudete: ꝛc. ¶ Cōsequenter cū dicit. Nō eñ volum⁹ vos ꝛc. Laptat eoꝝ benivolentiā recitando q̄dā ī spāli. Et circa hoc tria facit. Primo eñ dei. ibit persecutōez quā passus ē in asia. Scđo spālē ei ꝓsolatōz collatā ibi. Qui de tantis. Tertio subdit consolationis causam ibi Uā gra ꝛc. Dicit ergo pri mū ñ solū ea q̄ dcā sūt de tribulatiōibus ī generali bonū

filium Sic ergo hoc bonum facio quia consiliuz mihi in est ad hoc. et hoc est a deo. Unde dicit q consilium boni est ab aliquo quod est supra hominem mouens eũ ad bene operandum Et hoc est deus qui et homĩes mouet et omnia que agunt ad actiones suas. sed aliter et aliter Cum eñ huiusmodi motus sit quoddam receptũ in moto. oportet q hoc fiat ſm moduz sue nature id est rei mote. Et ideo omnia mouet ſm suas naturas. Ea ergo quorum natura est vt sint libere voluntatis dominium suaz actionum habentia mouet libere ad operationes suas sicut creaturas rationales et intellectuales. Alia autẽ nõ libere sed scõm modum sue nature. licet autem non sim? sufficientes cogitare aliquid a nobis tanquaz ex nobis. tamen habemus aliquã sufficientiam qua scilicet bonuz possumus velle et credere incipiamus. et hoc a deo est. 1. coz. 4. Quid habes quod non accepisti ꝛc.

Lectio secunda.

Q Ui et idoneos non fecit ministros noui testamenti. non littera sed spiritu. Littera enim occidit. spiritus autem viuificat. Q Si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus: fuit in gloria: ita vt non possent intendere filij israel in faciem moysi propter gloriam vultus eius que euacuatur. quõ non magis ministratio spiritus erit in gloria. Nam nec glorificatũ est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriam est: multomagis quod manet in gloria est.

Commendato ministerio noui testamenti: hic consequẽter commendat ministros eius. Et primo ponit duo que respondent verbis premissis. Premiserat enim donum a deo acceptum cum dixit. Sufficientia nostra ꝛc. Et fiduciaz ex dono conceptam cum dixit Fiduciaz talẽ ꝛc. Primo ergo determinat ea que pertinent ad donũ perceptum. Secundo ea que ad fiduciam conceptã ibi. Habentes igitur talem ꝛc. Circa primuz tria facit. Primo ostendit donum a deo susceptum: scilicet ministeriũ noui testamenti. Secundo describit nouum testamentũ ibi Non littera sed spiritu. Tertio ex dignitate noui testamenti ostendit dignitatẽ ministrozum eius ibi. Si ministratio ꝛc. ¶ Dicit ergo. Dico q sufficientia nr̃a ex deo est. qui et fecit nos idoneos ministros noui testamenti. Esa. 61. Ministri dei nostri dicetur vobis. Et in hoc tenemus locum angelozuz. ps. Qui facit angelos ꝛc. Sz non solum fecit nos ministros sed idõeos. De? eñ cuilibet rei dat ea per que possit consequi pfectionẽ sue nature. Unde quia deus constituit ministros noui testamenti dedit et eis idoneitatem ad hoc officiũ exercendũ: nisi sit impedimentũ ex parte recipientiũ. ꝫ. 2. Et ad hec q̃s tam idoneus scilicet sicut apostoli a deo instituti Hoc autem nouum testamentũ quid sit describit subdens: Non littera ꝛc. Et describit ipsum q̃tum ad duo scilicet q̃tuz ad illud in quo consistit et q̃tum ad causam ꝓpter quaz datum est ibi. Littera eñ occidit ꝛc. Circa primũ sciendum est q apostolus loquitur profunde. Dicitur enim Je. 31. Feriam domui israel et domui iuda fedus nouuz non ſm pactũ quod pepigi cum patrib? vestris. Et post Dabo legem meã in visceribus eoz. et in corde eoz scribam eam ꝛc. Uetus ergo testamentũ scribitur in libro postmodum sanguine aspergendo vt dicitur heb. 9. Accepit sanguinem et aspersit librum ꝛc. Dicens hic est sanguis ꝛc. Et sic patet q vetus lex est testamentũ littere. sed nouum testamentum est testamentũ spiritussancti quo charitas dei diffunditur in cordibus nostris. vt dicitur Romano. 5. Et sic dũ spiritussanctus facit in nobis charitatem que est plenitudo legis est testamentum nouũ nõ littera id est per litterã scribẽduz. sed spiritu id est per spiritum qui viuificat. Romano. 8. Lex spiritus vite id est viuificantis. ¶ Causa autẽ ꝛre datum sit nouum testamentũ per spiritũ. subditur. Quia littera occidit occasionaliter. Nam littera legis dat solum cognitionem peccati. Romano. 3. Per legem eñ cognitio peccati. Ex hoc autem q cognosco peccatum solum duo sequuntur. Nam lex dũ per eam cognoscitur non reprimit concupiscentiã sed magis occasionaliter auget: inquãtũ concupiscentia feruentius fertur in rem prohibitã. Ande huiusmodi cognitio nondũ destructa causa concupiscentie occidit. hinc vero addit preuaricationẽ. Mã gradus est peccare contra legem scriptã et naturalem simlr̃ q̃ contra legem naturalẽ solum. Romano. 7. Occasiõe accepta non data peccatũ ꝛc. licet autẽ occasionaliter occidat in q̃tum scilicet auget concupiscentiã ꝛ addit preuaricationem non tamen est mala lex vetus. quia admonus prohibet mala. Et tamẽ imperfecta inquãtũ non remouet causaz. Est ergo lex sine spiritu. interius ipzimẽs legem in corde occasio mortis. Et iõo necessariũ fuit dare legem spiritus qui charitatem in corde faciens viuificat. Joh. 6. Spiritus est qui viuificat. ¶ Consequenter exhis ostendit dignitatẽ sui ministerij. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q ministeriũ noui testamenti prefertur ministerio veteris testamenti. Secundo q non solũ prefertur. sed q ministeriũ veteris testamẽti quasi nihil habet de gloria in cõparatione ad nouum ibi. Nam nec glorificatã ꝛc. Circa primũ duo facit Primo ostendit q ministerium noui testamenti prefertur veteri. Secundo rationem huius assignat ibi Nã si ministratio ꝛc. ¶ Circa primum sciendum est q apostolus argumẽtat ex hoc quod habetur Exod. 24. Ubi littera nr̃a habet q moyses habebat faciẽ coznutã ita q non possent ꝛc. Alia littera habet faciem splendidam quod melius dicitur. Nõ enim intelligendũ est eũ habuisse coznua ad litteram sicut quidaz eũ pingunt. sed dicitur coznuta propter radios qui videbantur esse quasi quedam coznua. Arguit autem ex hoc sic. Et primo per vnum simile et est locus a minozi. Constat enim q si aliquid quod minus est habet aliquid de gloria q multomagis illud quod est maius. Sed vetus testamentum est minus q̃ nouum cum ergo illud fuerit in gloria ita vt non possent ꝛc. videtur q multomagis nouum est in gloria. q autem vetus testamentum minus sit nouo. probat tripliciter. Primo q̃tum ad effectum. quia illud est testamentũ mortis istud vite vt dictum est. Et quatum ad hoc dicit q si ministratio mortis id est vetus que est occasio mortis. et hoc respondet ei quo dicitur littera occidit ꝛcet. Secundo quantũ ad modum tradendi quia vetus fuit tradita litteris ĩ tabulis lapideis. noua vero fuit impzessa spiritu in cordibus carnalibus. et hoc innuit cũ dicit. Litteris deformata id est perfecte formata in lapidibus id est in tabulis lapideis. Et hoc respondet ei quo dicitur Non littera sed spiritu ꝛc. Tertio quantũ ad perfectionem. quia gloria veteris testamenti sine fiducia est. quia neminem ad perfectum adduxit lex. Jn nouo vero est gloria cũ spe meliozis glorie scilicet sempiterne. Esa. 51. Salus mea in sempiternum erit. Et hoc innuit cum dicit: Que euacuatur. Gal. 5. Q si circumcidimini christ? nihil ꝛc. Cõclusio ponitur cũ dicit Quõ non magis. quod planũ est

horum autẽ rationẽ assignat consequenter cũ dicit. Mã si ministratio. ꝛc. Et est ratio sua talis. Gloria magis debetur iusticie ꝙ dãnationi: sed ministeriũ noui testamenti ẽ ministeriũ iusticie quia iustificat interius viuificando. Ministeriũ autẽ veteris testamenti est ministeriũ dãnationis occasionaliter supra eodẽ. Littera occidit: spiritus autẽ viuificat. Cũ ergo ministratio damnationis .i. ministratio veteris testamenti que occasionaliter est cã damnationis vt dictum est: ẽ in gloria que apparuit in facie moysi: constat ꝙ multo magis abundat in glia id ẽ dat abundantẽ gloriã ministris eius ministeriũ iusticie. id ẽ noui testamenti per qõ dat spiritus per quẽ ẽ iusticia et cõsumatio virtutum. Prouer. 3. Sapiẽtes gloriã possi debunt. Consueuerũt in hoc loco fieri questiones de cõparatione moysi ꝛ pauli. sed si recte cõsiderẽt verba apli nõ sunt necessaria quia hic nõ fit cõparatio persone ad ꝙsonã sz ministerij ad ministeriũ. ¶ Sz quia possent pseudo dicere ꝙ licet maius ministerũ sit noui testamenti ꝙ ministeriũ veteris testamenti nõ tñ est multũ magis ꝛ iõ bonũ ẽ ꝙ illi ministerio ꝛ isti intendam⁹ quod ꝛ faciebãt qz simul seruabãt legalia cum euangelio. Jdeo hic consequenter aplꝰ hoc improbat cũ dicit. Nam nec glorificatum ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit ꝙ ministeriũ noui testamẽti absq; aliqua comparatione excedit ministeriũ veteris. Secũdo cãm huius assignat ibi. Si eñ qõ euacuaꝫ. Dicit ergo. Dixi ꝙ ministerium iusticie abũdat in gloria. ꝛ in tantũ ꝙ gloria veteris ministerij nõ ẽ dicenda gloria qz nec glorificatũ. ꝛc. qõ dupliciter exponiꝫ. Primo modo sic. Quia nec. ꝛc. i. illa gloria nihil ẽ in comparatione ad istam noui testamenti quia illa gloria non ẽ oĩbus mini stris collata. sed soluz moysi. ꝛ nõ claruit in toto moyse sed in parte .i. in facie solũ ꝓticulariter. Et iõ nec glificatuz ẽ. i. nec glorificari debet ꝓpter excellentẽ gloriã. i. cõparatione excellentis glorie noui testamenti que abundat gr̃a vt per eã purificati homines possent videre nõ gloriã homis: sed dei. Secõ modo vt punctẽꝫ sic. Nec glorificatũ ẽ qõ claruit. Quasi dicat. Mã in hac pte. i. in respectu hui⁹ nature ꝙticularis qui sumus serui nõ ẽ glorificatũ. i. nõ gloriosum: illud qõ claruit in veteri testamento ꝛ hoc ꝓpter excellẽtem gloriã que ẽ in nouo. quia illa ẽ gloria dei patris. Huius autẽ causam assignat consequẽter cum dicit. Si enim qõ euacuaꝫ ꝛc. Et ẽ ratio sua talis. Illud qõ datur vt transeat nihil ẽ in respectu ad illud qõ datur vt semp maneat. Si ergo testamentũ vetus qõ euacuaꝫ tollitur. ꝛc. Prõ Cor. 13. Cum venerit qõ perfectũ est euacuabitur. ꝛc. Per gloriã eĩm moysi ministratũ saltẽ per ꝓticularẽ gloriam constat ꝙ testamẽtũ nouũ manet qz hic inchoatur ꝛ perficitur in patria. Luc. 21. Celum ꝛ terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Erit multo magis in gloria eterna in qua perficiẽr. Erit inꝙ nobis qui sumus huius ministri.

Lectio tertia.

Habentes igitur talem spem multa fiducia vtimur. Et non sicut moyses ponebat velamen sup faciem suã vt non intenderent filij israel in faciẽ eius qõ euacuatur sed obtusi sunt sensus eorum. Usqz in hodiernũ diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatũ. quod in christo euacuatur, sed vsqz in hodiernũ diem cũ legitur moyses velamen positum est sup cor eorum. Cũ autez conuersus fuerit ad deum auferetur velamen. Dominus autẽ spiritus est. Ubi autẽ spiritus domini ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eandẽ imaginẽ transformamur a claritate in claritatẽ tanq̃ a domini spiritu.

Positis his ꝙ pertinent ad cõmẽdationẽ doniꝫ perceptia deo: hic cõsequenter ponit ea ꝙ ꝓtinẽt ad cõmẽdatoez fiducie de ipo dono cõcepte. Circa hoc autem duo facit. Primo ponit fiduciã ex dono cõceptã. Secõ vero cõparat fiduciã veteris ꝛ noui testamẽti. ibi. Et nõ sicut moyses. Dicit ergo primo. Habẽtes igiꝫ talẽ spem ex hoc. ꝙ nobis dictũ ẽ scz videndi gloriã dei. Ro. 8. Spe salui facti sumus. Multa fiducia vtimur. i. cõfidenter opamur ea que ꝓtinent ad vsum huius ministerij ex quo crescit nobis spes. Prouer. 28. Justus quasi leo cõfidens absq; terroze erit. Jere. 17. Benedictus vir qui cõfidit in dño. ¶ Consequẽter sicut ꝓtulit donũ dono ita ꝓfert fiduciã noui testamẽti fiducie veteris testamẽti cum dicit. Et nõ sicut moyses ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit factũ in veteri testamento. Secũdo exponit ibi. Quod euacuaꝫ. ꝛc. Factum aũt qõ ꝓponit legiꝫ Exo. 24. vbi dicit Q moyses quãdo loquebaꝫ ad populum velabat faciẽ suã qz ꝓpter claritatẽ vultus eiꝰ nõ poterant respicere in eum filij isrl. Et ideo dicit. Et nõ sicut moyses ꝛc. quasi dicat. Dico ꝙ vtimur fiducia ꝛ tanta ꝙ nõ accidit nobis sicut moyses faciebat eis. s. nõ velando faciem suã populo: qz nõdum venerat tempus reuelandi claritatẽ veritatis. Habem⁹ ergo nos fiduciã absq; velamine. ¶ Cõsequenter exponit hoc qõ dixerat de velamine dicens. Qõ euacuaꝫ ꝛc. Velamẽ eñ illõ erat obscuritas figurarum que per xp̃m euacuata ẽ. Et circa hoc tria facit. Primo eñ ponit euacuationẽ huius velaminis. Secõ quomõ hec euacuatio habet locũ i iudeis ibi. Sed obtusi ꝛc. Tertio qũo nõ habet locũ in mĩstris noui testamẽti ibi. Nos vero reuelata ꝛc. Dicit ergo ꝙ moyses ponebat velamẽ. s. figure sup faciẽ suã. qõ. s. velamen euacuaꝫ. i. tollit ꝓ xp̃m. s. implẽdo in veritate ꝙqõ moyses tradidit in figura: qz oĩa in figura contingebant illis. Sic enim xp̃s per mortem suam remouit velamen de occisione agni paschalis. Et iõ st atim cum emisit spĩm velum templi scissum est. Item in mittendo spiritũ sanctum in corda credentium vt intelligerent spiritualiter quod iudei carnaliter intelligunt. Et hoc velamẽ remouit cum aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas. Luc. vlt. Qualẽ aũt effectũ habeat in iudeis hec euacuatio oñdit dicens. Sed obtusi. ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit ꝙ remotũ ab illis non fuit in statu infidelitatis. Secundo ostendit ꝙ remouebitur in eorum conuersione. ibi. Cum autem conuersus fuerit. ꝛc. Circa primũ duo facit. Prõ ostendit rõnem quare hec euacuatio nõ habet effectum in iudeis. Secõ ex hoc oñdit eos adhuc habere velamẽ ibi. Sz vsqz in hodiernũ diẽ ꝛc. Dicit ergo ꝙ euacuatur in his qui credunt: sed non quantũ ad iudeos infideles: ꝛ rõ hui⁹ est: qz obtusi sunt sensus eoꝝ. i. rõ eoꝝ hebes ẽ ꝛ sensus eoꝝ imbecilles ꝛ obtusi sunt. nec ꝓt videre claritatẽ dĩni luminis. i. dĩne veritatis absqz velamine figuraꝝ. Et hui⁹ rõ ẽ qz claudunt oculos vt nõ videãt qz velũ tẽpli scissuz ẽ. Et ideo est ex eorum culpa infidelitatis non ex defectu veritatis quia remoto velamine oĩbus aperientib⁹ oculos mentis

132
111

per fidē clarissime manifestatur. Ro. xi. Cecitas ex parte contingit in israel. Jo. 9. In iudiciū veni in hūc mundum. ꝛc. Sic enim prophetauerat Esa. 6. cap. Excecā cor populi huius. ꝛc. Et vere in tantum obtusi sunt sensus eorum vt veritatem nobis manifestatā vsq; in hodiernū diem non intelligant Sed idipsum velamen quod erat in veteri testamento anteq; velum templi scissuz eēt in lectione veteris testamenti: quia non aliter intelligūt illud q̄ ante quia adhuc innitunt figuris vt veritatē nō reuelent. id est nō intelligant sic velamē dei non figuraz sed veritatem credunt quod scz euacuatur quantū ad fideles ꝛ quantum in se ē omnibus per xpm. i. in fide xpi: sed in eis nō manet: qz nō credunt venisse xpm. ¶ Consequenter cū dicit. Sed vsq; in hodiernū diē ꝛc. ostēdit quomodo adhuc apud iudeos est velamen quātum ad fideles licet remotū sit per christum. Circa quod sciendum est q̄ velamen dicit apponi alicui dupliciter. Aut qz apponitur rei vise ne possit videri. Aut quia apponitur videnti ne videat: sed iudeis in veteri lege vtroq; modo appositū erat velamen. Nam ꝛ corda eoꝝ excecata erāt ne cognoscerent veritatem ꝓpter eoꝝ duriciez: ꝛ vetus testamentū nōdum cōpletū erat quia nondū veritas venerat. Unde in signum huius velamē erat in facie moysi ꝛ non in faciebus eorū sed veniente xp̄o velamen remotum est a facie moysi id ē a veteri testamento: quia iā impletum est: sed tamē non est remotū a cordibus eorum. Et hoc ē quod dicit. Sz vsq; in hodiernū diem. Quasi dicat āmotum est a fidelibus veteris testamenti velamē ¶ Sed adhuc cū legitur moyses. id est cum exponit eis vetus testamentū. Act. 15. Moyses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eū prędicent in synagogis ꝛc. Velamē. i. cecitas ē positū super cor eorum Ro. xi. Cecitas ex pte cōtingit ꝛc. ¶ Quādo aūt ꝛ quomodo remouet ab eis illud velamē: ostendit cōsequēter cū dicit. Cū autē conuersus ꝛc. Et primo describit modum remouendi hoc velamen. Secūdo rōnez huius reddit ibi. Dñs aūt spiritus ꝛc. Dicit ergo q̄ illud velamē adhuc est in eis sed nō q̄ vetus testamētū sit velatuz sed q... corda eoꝝ velata sūt. Et ideo ad hoc vt remoueat nihil restat nisi q̄ cōuertant: ꝛ hoc est qđ dicit. Cū autē conuersus fuerit scz aliquis eoꝝ ad deuz per fidez i xpm ex ipa conuersione auferetur velamē. Esa. 10. Reliquie conuertent ꝛc. Et hoc idem habet. Roma. xi. ¶ Et nota q̄ cum ageret de cecitate loquit in plurali. Unde dicit. Sup corda eoꝝ: cū vero loquitur de conuersione loquitur in singulari dicēs. Cū autē cōuersus vt ostendat eoꝝ facilitatem ad malū ꝛ difficultatem ad bonum quasi pauci conuertant. Ratio aūt quare cōuertant ꝛ velamē remouet hoc modo est: quia deus vult. Posset eñ dicere q̄ velamen illud appositū est ex precepto domini: ꝛ iō non potest remoueri. Sed apostol⁹ ostendit q̄ nō solum potest remoueri: imo quia remouet per eum qui ē dominus: ꝛ hoc est quod dicit. Dominꝰ eni ꝛc. Nō potest dupliciter legi. Uno modo vt spiritus teneat ex parte subiecti: vt dicatur: spiritus. i. spiritus sanctus scz qui ē auctor legis est dominus id est operatur ex ꝓpio libertatē arbitrio. Jo. 3. Spiritus vbi vult spirat. prie. Coꝝ. xii Diuidens singulis prout vult. Ubi aūt spiritꝰ dei ibi libertas. Quasi dicat. Quia spiritus est dominꝰ: potest dare libertatē vt possimus libere vti scriptura veteris testamenti absq; velamine. Et iō qui nō habēt spiritū sanctū nō possunt libere vti. Gal. 5. Vos in libertatē vocati estis. i. Pet. 2. Quasi liberi ꝛ nō quasi velamē habētes malicie libertatē. Alio modo vt per dominū intelligatur xps: ꝛ tūc legit sic. Dominus id est xps ē spiritus id est spūalis potestat]: ꝛ iō vbi est spiritus dñi. i. lex xpi spūaliter intellecta non scripta litteris sed per fidem cordibus impressa: ibi est libertas ab omni impedimēto veluminis. ¶ Sciendum ūat q̄ occasione istorum verborum scz vbi spiritus domini ibi libertas ꝛ illorum scz iusto lex non est posita aliqui erronee dixerunt q̄ viri spirituales non obligantur preceptis legis diuine. Sed hoc est falsum: nam precepta dei sunt regula voluntatis humane. Nullus autem homo est nec etiam angelus cuiꝰ voluntatem non oporteat regulari ꝛ dirigi lege diuina Unde impossibile est aliquem hominem preceptis dei non subdi. Hoc autem quod dicitur iusto lex non est posita. exponitur. id est propter iustos qui interiori habitu mouentur ad ea que lex dei precipit. lex non est posita ꝓpter iniustos non quin etiam iusti ad eam teneantur Et similiter vbi spiritus domini ibi libertas intelligitur quia liber est qui est causa sui. seruus autem est causa domini: quicunq; ergo agit ex seipso libere agit: qui vero ex alio motus non agit libere. Ille ergo qui vitat mala non quia mala sed ꝓpter mandatum domini non est liber: sed qui vitat mala quia mala: est liber. Hoc autē facit spiritus sanctus qui mentem interius perficit per bonum habitum: vt sic ex amore caueat ac si preciperet lex diuina. ꝛ ideo dicitur liber non quin subdatur legi diuine: sed quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciendum quod lex diuina ordinat. ¶ Deinde cum dicit. Nos vero omnes. ꝛc. ostendit quomodo christi fideles sunt omnino liberi ab hoc velamine. Dicit ergo. Dico q̄ ab illis aufertur velamen hoc: cum aliquis conuersus fuerit sicut nos non aliquis sed omnes qui sumus xpi fideles Luc. 8. Nobis datū est ꝛc. ¶ Reuelata facie nō habentes velamen supra cor: sicut illi: ꝛ intelligitur per faciez cor seu mens: quia sicut per faciem videt quis corporaliter ita q̄ mentem spūaliter. ps. Reuela oculos meos ꝛc. ¶ Gloriam domini non moysi. gloria enim significat claritatē vt dicit Augu. Judei autem videbāt quandam gloriam in facie moysi ex hoc q̄ locutus est cum deo: sed hec gloria est imperfecta: quia non est claritas ex qua ipse deus ē glorioſus: ꝛ hoc est cognoscere ipsum deū. Uel gloriā domini. id ē filiū dei. ꝓuerb. 10. Gloria patris filius sapiens. ꝛc. ¶ Speculantes nō sumē hic a specula sed a speculo. id ē ipsū deū glorioſum cognoscentes per speculū rationis in qua est quedam imago ipius ꝛ hoc speculamur quando homo ex consideratione sui ipsius assurgit in cognitionem aliquā de deo transformatur. Cum enim omnis cognitio sit per assimulationez cognoscentis ad cognitum oportet q̄ qui vident aliquo modo trāsformentur in deum. Et siquidem perfecte vident: perfecte transformantur sicut beati in patria per fruitiōis vnionem. prie Joh. 3. Cum autē apparuerit ꝛc. Si vero imperfecte: imperfecte sicut hic per fidem. prie Coꝝ. 13. Videmus nunc per speculum ꝛ in enigmate. Et ideo dicit. In eandem imaginē id ē sicut videm⁹. ¶ Transformamur inq̄ a claritate in claritatez in quo distinguit triplicem gradū cognitionis in discipulis christi. Primꝰ est a claritate cognitionis naturalis in claritatē cognitionis fidei. Secundus est a claritate cognitionis veteris testamenti in claritatem cognitiōis gratie noui testamēti. Tertius est a claritate cognitionis naturalis ꝛ veteris ꝛ noui testamenti in claritatem visionis eterne infra. 4. Licet is qui foris est. ꝛc. Sed vnde est hoc: Non ex littera legis sed tanq̄ a spiritu domini. Ro. 8. Quicunq; spiritu dei aguntur. ꝛc. ps. Spiritus tuus bonus deducet. ꝛc.

Incipit capitulum quartum

Deo habẽtes hãc ãministratõez iuxta qõ misericordiaz cõsecuti sum⁹. nõ deficim⁹ sz abdicamus occulta dedecoris: nõ ambulantes i astutia: neq; adulterãtes ẋbũ dei: sz in manifestatõe veritatis: cõmẽdãtes nosmet ipos ad omnẽ conscientiã hominũ coꝝ deo. Ostensa dignitate ministerij noui testamenti: hic consequenter apostolus determinat de vsu ministerij. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit vsum hui⁹ ministerij qui debet esse in agendis bonis. Secundo illũ qui debet esse in malis patienter tolerandis ibi. Habemus autem thesaurum ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo ponit huius ministerij vsum. Secundo obiectionẽ excludit ibi. Q; si ꝛc. Dicit ergo: quia igitur huiusmodi ministerium ẽ tante dignitatis in se ⁊ in ministris. Jdeo nos habentes hanc administrationẽ id ẽ hanc dignitatẽ administrandi spiritualia. prime Coꝛ. 4. Sic nos existimet homo vt ministros. ꝛc. Roma. 11. Quãdiu sum gẽtium apostolus ministerium. ꝛc. Habentes inꝫ non ex nobis seu ex meritis nostris: sed iuxta quod misericordiam consecuti sumus a deo. i. ex misericordia dei quã in hoc cõsecuti sumus a deo. prime Thimo. 1. Misericordiam consecutus sum. ꝛc. ¶ Cõsequenter cum dicit. Nõ deficimus. ꝛc. Describit vsum huius ministerij: qui debet esse circa bona agenda: ⁊ hoc quantũ ad duo. Primo quantum ad vitationem malorum. Secundo quantum ad operationẽ bonorũ. ibi. In manifestatione. ꝛc. Docet autẽ vitari mala in vsu huius ministerij: ⁊ quantum ad vitam ⁊ quantũ ad doctrinã. Sed quantũ ad vitam dupliciter: sz quantũ ad operationem ⁊ quãtũ ad intentionem. Nam si quis vitat mala operari ⁊ bona intentione perfecte vitat mala. In oporatione autẽ vitat maluz in aduersitate patienter mala sustinendo: ⁊ ideo dicit. Nõ deficimus per impatientiã Hal. 6. Bonũ autẽ faciẽtes nõ deficiamus. 2. Coꝛ. 1. Cum infirmor tũc fortior sum ⁊ potens. Gitatur etiã in prosperitate tpate vtendo eis que prospere succedunt. ⁊ ideo dicit. Sed abdicam⁹ occulta dedecoris. id est amouemus a nobis que hominez turpem ⁊ dedecorosum faciunt sz immunda ⁊ turpia et etiam occulta non solum manifesta. Jaĉ. 1. Abijcientes omnem immundiciã. Ephe. 5. Que in occulto ab eis fiunt turpe. ꝛc. In intentione autẽ vitatur malũ vite sicut in intentione recta ⁊ quãtum ad hoc dicit. Non ambulantes in astucia id est in astutia ⁊ simulatione ⁊ ypocrisi quod faciunt pseudo qui aliud pretẽdũt exterius ⁊ aliud gerunt interius ĩ coꝛde. Job. 36. Simulatores ⁊ callidi prouocãt iram dei. In doctrina aũt vitat malũ quando verbũ domini debito modo ꝓponit: ⁊ quantũ ad hoc dicit. Nõ adulterãtes verbũ. Qõ dupliciter exponitur: vt patet supra. 2. Et primo nõ permiscẽtes doctrine ꝛpi falsam doctrinam quod faciebãt pseudo: dicẽtes legalia debere seruari cum euangelio. Secũdo nõ predicantes propter lucrũ vel gloziam ꝓpriam. Et istoꝝ primus est lupus. Secundus mercẽnarius. Sed qui vera predicat ⁊ propter gloziã dei est pastor. Unde Augustinus. Pastor est amandus: lupus vitandus: sed mercẽnarius ad tempus tolerandus. Sed qz nõ sufficit ad perfectã iusticiam solũ vitare mala: sed requiritur operatio bona. iõ consequenter subiungit de operatione bonorum in ipso vsu huius ministerij. Et ponit triplex bonũ qõ facit contra triplex malũ. Primũ bonũ est contra malũ doctrine. Secundũ contra malũ opationis. Tertiũ contra maluz intentionis. Contra malũ doctrine quod debet vitari facit bonum manifeste veritatis. Et quantũ ad hoc dicit. In manifestatione veritatis. Quasi dicat. nõ deficimus sed vitantes mala: ambulamus ⁊ proficimus in manifestatione veritatis id est veritatem puram manifestamus Jo. 19. Ad hoc natus sum vt testimoniũ perhibeam veritati. Eccl. 24. Qui elucidant me vitã eternam habebunt. Contra malũ opatiõis facit bona opa ⁊ quãtũ ad hoc dicit cõmendantes nos. ꝛc. Et hoc nõ facim⁹ dicendo de vobis bona quia nõ defacili credit ei qui seipsũ cõmendat: sed operando bona quia talia opera facimus vt ex ipis operibus reddamus nosmetipos cõmendabiles ad omnẽ cõscientiã hominũ. prime Pe. 2. Conuersationem vestram inter gentes ꝛc. Contra malum intentiõis facimus bonũ reddendo nos cõmendabiles nõ solum ad oẽm conscientiã hominũ sed etiaz coram deo qui intuet coꝛda. infra. x. Non enim qui seipsum cõmendat ille probatus est. ꝛc. Roma. 12. Prouidentes bona non solũ coram ꝛc. Et ꝟm Augustĩ. in glo. apostolus implet in hoc mandatũ domini. Mat. 5. Sic luceat ꝛc. Jtez sexto Attendite ne iusticiã. ꝛc. Primũ in hoc quod dicit. Cõmendantes nos. ꝛc. Secũdũ vero in hoc quod dicit Coram deo. Ro. 2. Non enĩ qui ĩ manifesto ꝛc. Uel potest totum hoc magis ꝟm continuationem littere legi sic: vt dicatur. Jdeo habentes hanc ministrationẽ: iuxta quod ꝛc. Non deficimus supple a bene operando sed abdicamus ꝛc. Et iterũ non deficimus in manifestatione veritatis seruato tñ eodẽ mõ exponendi sicut in ꝑma lectura.

Lectio secunda.

Quod si etiam opertũ est euangeliũ nostrũ in his qui pereunt est opertum: ĩ quibus deus huius seculi excecauit mentes infideliũ: vt non fulgeat illuminatio euangelij gloria christi qui ẽ imago dei. Non enĩ nosmetipsos predicamus: sed iesum christũ dominũ nostrũ. Nos autẽ seruos vestros per iesum. quoniã deus qui dixit de tenebris lucem splendescere: ipse illuxit in coꝛdibus nostris ad illuminationẽ scientie claritatis dei in facie xpi iesu.

Hic consequenter apostolus respondet cuidã tacite obiectioni. Posset enĩ dici sibi ab aliquo tu dicis q nõ deficitis in manifestatiõe veritatis xpi: sed hoc nõ videtur qz multi ꝓtradicũt tibi. Huic ergo qõni rñdet. Et circa hoc duo facit. Primo enĩ rñdet qõni predicte. Scõo excludit qõdã dubiũ qõ videt ex rñsione sua seq; ibi. Non enĩ nosmetipos ꝛc. Circa primũ tria facit. Primo ostẽdit quib⁹ occultat veritas xpi. Scõo occultatiois cãm assignat ibi. In quib⁹ de⁹ hui⁹ seculi. Tertio oñdit q hoc nõ est ex defectu veritatis euãgelij vt occultetur ibi. Ut nõ fulgeat ꝛc. Dicit ergo. Dixi q nõ deficim⁹ in manifestatiõe q. i. sed si euãgeliũ nr̃z qõ. s. nos p̃dicam⁹ ẽ opertum. i. occultũ: nõ ẽ opertũ oĩbus sed illis tantũ q̃ peunt sz p̃bẽdo impedimẽtũ ne eis manifestet. 1. Coꝛ. 1. Uerbum crucis pereuntibus stultitia ẽ. ꝛc. Cã ergo hui⁹ occultationis ẽ nõ ex parte euangelij: sed propter eoꝝ culpam ⁊ maliciam. Et hoc ẽ quod subdit. In quibus de⁹ huius seculi. ꝛc. Et hoc potest exponi trib⁹ modis. Primo mõ sic. Deus huius seculi. i. deus qui ẽ dñs huius seculi ⁊ oĩm rerũ creatione ⁊ natura. iuxta illud. ps. Domini est terra ⁊ plenitudo eius. Excecauit mentẽ infideliũ nõ inducẽdo maliciã sed merito. imo de merito precedentium pctoꝝ subtrahendo gliaz. Esa. 6. Exceca coꝛ

133
112

populi huius .ꝛc. Unde et precedentia peccata insinuat cum dicit: Infidelium quasi infidelitas eorum fuerit causa huius excecationis. Secundo modo sic. Deus huius seculi. id est diabol⁹ qui dicit de⁹ hui⁹ seculi id est seculariter viuentium non creatione sed imitatione qua seculares eum imitantur. Sap. 2. Imitantur eum qui sunt ꝛc. Et hic excecat suggerendo trahendo ⁊ inclinando ad peccata. Et sic quando iam sunt in peccatis obruuntur in tenebris peccatoꝝ ne videant Ephe. 4. Tenebris obscuratū habentes intellectū ꝛc. Tertio modo sic Deus habet rationē vltimi finis ⁊ complementū desideriorum totius creature. Unde quicquid aliquis sibi pro fine vltimo constituit in quo eius desiderium quiescit potest dici de⁹ illius. Unde cū habes ꝑ fine delicias tunc delitie dicunt deus tuus. Similiter etiam si voluptates carnis vel honores. Et tunc exponit sic De⁹ huius seculi id est illud qđ homines seculariter viuentes sibi ꝑ fine constituunt: vtputa voluptates vel diuitie ⁊ hmõi. Et hic de⁹ excecat mentes inquantū impedit ne homines lumen gratie hic ⁊ glorie ī futuro videre possint. ꝑs. Supercecidit ignis scz cōcupiscētie vt nō viderēt solē. Sic ergo excecatio infideliū nō est ex parte euāgelij ꝫ ex culpa infideliū. Et ideo subdit. Ut nō fulgeat ꝛc. Ubi sciēdum est ꝙ deus pater est fons totius luminis. 1. Joh. 1. Deus lux ē ⁊ tenebre in eo ꝛc. Ex hoc aūt fontanoso lumine deriuatur imago huius luminis scz filius verbū dei Ebr. 1. Qui cum sit splendor ꝛc. Hic ergo splendor glie imago fontanosi lucis carnem nostram accepit ⁊ multa gloriosa ⁊ diuina in hoc mundo operā fecit. Declaratio igitur huius lucis est euangeliū vnde ⁊ euangelium dicit noticia claritatis xꝑi que quidem noticia virtutē habet illuminatiuā. Sap. 6. Clara est ⁊ que nunq̄ marcescit sapia. ꝛc. Et quidē quantū est de se in omnibus refulget ⁊ omnes illuminat: sed illi qui ꝓbent impedimentum nō illuminant. Et hoc est qđ dicit. Jō excecauit mētes infideliū: vt scz nō effulgeat in eis. s. in mentib⁹ infidelium licet in se effulgens sit illuminatio euāgelij illuminantis quod quidem est illuminans quia est glia xꝑi id est claritas. Jo. prio. Vidimus gloriam. ꝛc. Que q̄dez glia prouenit xꝑo exquo est imago dei. Col. 1. Qui est imago inuisibilis dei. Nota ꝟm glo. ꝙ christus perfectissima imago dei est. Ad hoc ꝙ aliquid perfecte sit imago alicui⁹ tria requirunt: ⁊ hec tria ꝓfecte sunt in xꝑo. Primū est similitudo. Secundū est origo. Tertiū est perfecta equalitas. Si enī inter imaginem ⁊ eū cui⁹ est imago esset dissimilitudo ⁊ vnum nō oriretur ex alio: similiter etiam si nō sit equalitas perfecta que est ꝟm eādem naturā non esset ibi perfecta ratio imaginis. Nam similitudo regis in denario non perfecte dicitur imago regis: quia deest ibi equalitas ꝟm eandem naturā: sed similitudo regis in filio dicit perfecta imago regis qz sūt ibi illa tria que dicta sunt. Cū ergo ista tria sint in xꝑo filio dei: quia scz similis patri oritur a patre. ⁊ equalis est patri maxime ⁊ perfecte dicit imago dei. ¶ Cōsequēter cū dicit. Nō enī nosmetipsos ꝛc. remouet apostolus qđā dubiuz. Posset enī aliquis cōtra predicta dicere apostolo. Supra dixisti euangelium vestrū esse opertuz modo dicis euangeliū xꝑi illuminare. si ergo deū ꝙ euāgeliū xꝑi sit illuminās nō pōt hic sequi ꝙ opertū sit euāgeliū vestrū. Et ideo ad hoc remouendū duo facit. Primo ostendit ꝙ idem est euangeliū suū ⁊ xꝑi. Scōo ostendit vnde sit ꝙ euangeliū suū sit illuminatum ibi. Qui deus qui dicit. ꝛc. Dicit ergo primo. Dico ꝙ manifestatio claritatis xꝑi est euangeliū xꝑi et nostrum. Nostrum quidē tanq̄ per nos predicatū: xꝑi vero tanq̄ in ipo euāgelio ꝓdicati. Et hoc est ꝙ nō predicamus nosmetipos id est non cōmendam⁹ nos: nec ad nos. id est ad laudem vel lucrū nostrū conuertimus predicationē nostraz: sed ad xꝑm totū referimus et laudem eius. ꝓie. Coꝛ. prio. Nos aūt predicamus xꝑm ꝛc. ꝑs. Ut annunciē omnes predicationes tuas nō meas in portis. ꝛc. Sed iesu dominū nostrū nos autem seruos vestros per iesum. Quasi dicat. iesum predicamus vt dominū: nos autem vt seruos. Et huius ratio est: quia principaliter querim⁹ laudem christi ⁊ non nostram. Nam seruus est qui ē propter vtilitatē domini. Et inde est ꝙ minister ecclesie qui non querit honorem dei: ⁊ vtilitatē subditorum non dicitur verus rector sed tyrannus. Nam quicūq; bene regit debet esse sicut seruus querens honorem ⁊ vtilitatē subditorum. Heñ. 25. Maior seruiet minori. ꝓime Coꝛ. 9. Cū essem liber: omniū vestrū me seruum feci. ¶ Consequenter cum dicit. Quoniam deus qui dixit ꝛc. ostēdit vnde euāgeliū suū habet virtutē illuminatiuā. Ubi nota ordinem procedendi seruatū ab apostolo qui talis est Nos aliqñ scz anteq̄ conuersi essemus ad christū eram⁹ tenebrosi sicut ⁊ vos ⁊ alij in quibus non fulget claritas glie xꝑi Nūc vero postq̄ xꝑs vocauit nos ꝙ graz suā ad se tenebre iste remote sūt a nobis ⁊ tā fulget ī nob⁹ virtute glie claritatis xꝑi: ⁊ ī tantū refulget in nobis ꝙ non solum illuminamur ad hoc qđ videre possimus: sed etiam ꝙ alios illuminem⁹. Ex spirituali ergo gratia ⁊ abundanti refulgentia claritatis glozie xꝑi in nos habet euangelium nostrum virtutem illuminatiuam. Et hoc est quod dicit. Dico ꝙ ideo illuminat euangelium nostrum quoniam deus qui dixit id ē precepto solo fecit lucem splendescere quod fuit in separatione elementozum: quando chaos tenebrosum illuminauit per lucē quā fecit. Heñ. prio. Dixit fiat lux. ꝛc. Eccl. 24. Ego feci vt in celis ozretur lux. ꝛc. Iste inq̄ de⁹ illuxit in cordibus id ē in mētibus nostris prius tenebrosis per absentiā luminis gratie ⁊ obscuritatē peccati. Luce ꝓmo. Illuminare bis q̄ in tenebris. ꝛc. Illuxit inq̄ non solum vt nos illuminaremur sed ad illuminationem id est vt alios illuminem⁹ Ephe. 3. Mihi omniū sanctorum minimo data est. ꝛc. Matth. 5. Vos estis lux ꝛc. Ad illuminationē dico scientie id ē vt faciamus alios scire. Dico claritatis dei id est clare diuine visionis. In facie iesu christi glo. i. per iesum christum qui est facies patris quia sine ipo non cognoscitur pater: sed melius dicitur sic. Ad illuminationem sancte claritatis dei que quidem claritas fulget in facie christi iesu id est vt per ipsam gloziam ⁊ claritatem cognoscatur christus iesus Quasi dicat ī summa ad hoc deus illuxit nobis ad illuminationem: vt ex hoc ihesus xꝑs cognoscatur ⁊ predicetur gentibus.

Lectio tertia

Habemus aūt thesaurū istū in vasis fictilib⁹. vt sublimitas sit virtutis dei ⁊ nō ex nobis. In oībus tribulationē patimur: sed non angustiamur. Aporiamur sed nō destituimur. Persecutionez patimur: sed nō derelinquimur. Humiliamur: sed nō confundimur. Deijcimur: ꝫ nō perim⁹. Semp mortificationē iesu christi ī coꝛpoze nostro circumferentes: vt ⁊ vita iesu manifestetur in coꝛdibus nostris.

Supra tractauit de vsu ministerij noui testamenti quātum ad bona agenda: hic consequēter tractat de vsu eiq̄ quantum ad tolerantiam malorum. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit tolerantiam malorum que

patiebant. Secũdo vero hoc manifestat ibi. Semp enĩ nos qui viuimus ꝛc. Circa primum tria facit. Primo ponit causam quare tribulationibus exponantur a deo. Secundo ostendit q̃ in istis tribulationibus patienter se habeant. ibi. In omnibus tribulationẽ patimur. ꝛc. Tertio vero rationẽ huius patientie assignat ibi. Semper mortificationẽ iesu ꝛc. Dicit ergo. Deus illuxit mẽtibus nostris ad illuminationẽ alioꝝ: que quidem lux ẽ maximus thesaurus. Sap̃. 7. Infinitus enim thesaur⁹ ꝛc. Esa. 33. Diuitie salutis sapientia ꝛc. Istũ autem maximũ thesaurũ non habem⁹ in precioso loco: sed in re vili ꝛ fictili ꝛ rõ huius ẽ: vt. s. deo efficacia eius tribuatur. Et hoc est quod dicit. Habemus thesaurum istũ id ẽ lucem illã qua alios illuminam⁹ in vasis fictilib⁹ id est in corpore fragili ꝛ vili. p̃s. Ipse cognouit figmentũ nostꝝ Jere. 18. Sicut lutum in manu figuli sic ꝛ in manu ꝛc. Esa. 64. Et nunc domine pater noster es tu: nos vero lutum. Ideo habemus in vasis fictilibus vt sublimitas istius lucis sit virtutis dei. i. deo attribuaꝫ ꝛ non ex nobis credaꝫ esse. Nam si essemus diuites si potentes si nobiles: sm carnem quicquid magnum faceremus nõ deo sed nobisipis attribuereꝫ. Nũc vero quia pauperes ꝛ cõtẽptibiles sum⁹ huiusmodi sublimitas deo ꝛ nõ nobis attribuiꝫ. Et iõ vult nos deus cõtemptui haberi ꝛ tribulationib⁹ exponi. Deutero. 32. Ne dicerẽt man⁹ nostra excelsa ꝛc. Et prime Cor. 1. Ut nõ glorietur omnis caro ꝛc. Sap̃. 12. Misisti antecessores tuos ne dicerẽt ꝛc. ¶ Consequenter cũ dicit. In omnibus tribulationibus ꝛc. ostendit eoꝝ patientiã in his que patiunꝫ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit mala que patiunꝫ in generali. Secũdo enumerat ea in speciali ibi. Apoziamur. ꝛc. Dicit ergo. Vere habemus hunc thesauꝝ in vasis fictilibus: quia in omnib⁹ tribulationẽ patimur: quasi dicat. Nullus mod⁹ tribulãdi deest nobis. Act. 14. Per multas tribulatiões ꝛc. Nec mirũ qz vt dicit Luc. vlt. Oportuit xp̃m pati: ꝛ sic intrare ꝛc. Et licet sic tribulemur: nõ tamẽ angustiamur. Et loquitur ad similitudinẽ viatoris qui quãdo non patet ei via qua exeat de aliquo arto loco angustiaꝫ. Quasi dicat. Homines qui soluz in mundo cõsidunt angustianꝫ si vndiqz a mundo tribulantur: quia nõ patet eis via remedij cum non sperent nisi de mũdo. Sed nos licet tribulamur in mundo: qz tamẽ cõfidimus de deo ꝛ speramus in ipo patet nobis via euasionis ꝛ auxlij a deo: ꝛ ideo nõ angustiamur. ¶ Cõsequẽter cũ dicit. Apoziamur. ꝛc. enumerat tribulatiões i speciali. Sunt aũt quattuor in quibus hoies consueuerunt tribulari: ꝛ in istis tribulati sunt apli. s. in rebus exterioribus. in quietudine status. in lesione fame: ꝛ in afflictione ꝓpij corporis. Quantũ ergo ad primum dicit. Apouriamur. i. depauperamur A pozos enĩ grece latine dicit pauper. Quasi dicat. Adeo pauperes sumus vt necessaria desint. prie Cor. 4. Usqz in hãc horã esuri[entes] ꝛc. Sed nõ destituimur a deo qui est thesaurus noster. Diuitie enĩ nõ querunt ꝓpter se: sed ꝓpter sufficientiã vite. Unde homines qui sine dei auxilio ꝛ spe sunt si careant diuitijs destituunt: sed qui solũ de deo cõfidunt ꝛ sperãt quãtũcũqz sporiant nõ destituũt. infra. 6. Tanq̃ nihil hãntes ꝛ omnia possidẽtes. Sed nec sufficit: imo cũ hoc inquietamur: persecutionẽ patimur scz de loco ad locum Mat. 24. Persequent vos Sed nõ relinquimur a deo quin p̃beat auxiliũ. Ne. vlti. Non te deserã ꝛc. p̃s. Speraent in te: qui nouerũt te ꝛc. Sed ꝛ cum hoc ledimur in fama: quia humiliamur. i. contemnimur ꝛ pro nihilo reputamur. Jo. 16. Uenit hora vt omnis q̃ interficit vos ꝛc. Mat. 5. Beati eritis ꝛc. Sed qz q̃ñ quis cõtẽnitur ꝛ cãꝫ contẽptus subest: ille qui cõtẽnitur cõsueuit cõfundi q̃ñ vero cã nõ subest nõ confundiꝫ: ꝛ istis nõ suberat cã contemptus. ideo dicit: nõ confundimur. Quasi dicat. Quia ñ subest cã nõ cura⁹. p̃s. In te die speraui nõ cõfundar ꝛc. Sz quasi hec pauca sint addit ad tribulatiõis exaggerationẽ dicẽs. Deij cimur ad mortis ꝑicula sz nõ perimus. i. a bono nõ cessamus: vel nõ perimus qz deus sustentat nos. Job. ii. Cũ te cõsumptũ putaueris ꝛc. ꝓme Cor. 4. Tãq̃ purgamẽta huius mũdi ꝛc. p̃s. Estimati sumus sicut oues ꝛc. ¶ Cõsequenter cũ dicit Semper mortificationẽ ꝛc. subdit rationem huius patientie. Circa qõ sciendum q̃ in christo talis fuit processus. Nã a ꝓncipio sue conceptionis carnem habẽs passibilem: ꝛ passus mortuus fuit: sed tamen interius viuebat spirituali vita. Post resurrectionem vero illa spiritualis et gloziosa vita vsqz ad corpus deriuata est: ꝛ factũ est ipsũ corpus gloziosum ꝛ immortale quia christus resurgens ex mortuis iam non moritur ꝛc. Unde ex hoc accipitur duplex status in corpore christi: scz mortis ꝛ glorie. Et ideo dicit q̃ ideo pericula mortis ꝛ passiones patienter sustinemus vt perueniam⁹ ad gloziosam vitã. Et hoc ẽ quod dicit. Ita sustinemus semp id est in omnib⁹ ꝛ vbiqz mortificationẽ iesu id est ꝓpter iesum vel ad similitudinẽ mortis iesu. Hal. vlt. Stigmata domini iesu ꝛc. Quia ꝓpt veritatẽ passi sum⁹ sicut ꝛ iesus. ¶ In corpore nr̃o nõ solũ in mẽte. p̃s. Propt te mortificamur tota die Et vita iesu. i. vita gr̃e quã iesus dat: vl vita glie ad quã iesus ꝑ passiones puenit. Luc. 24. Nõne oportuit xp̃m pati ꝛ ita intrare in glo. i. manifeste appareat etiam inimicis. Dicit ergo in futura. s. resurrectione vl etiam nunc vita glie in corporibus nostris nõ solũ in animabus Judic. 7. Fractis lagunculis apparuerunt lucerne. Et idcirco dicit Ambro. Nõ timebat mori ꝓpter resurrectionem promissam. Circũferentes id est vbiqz portãtes ꝛ sustinentes: quia quocũqz eamus patimur ꝛ non cedimus. Et hoc ideo vt vita iesu que latet nũc in corde nostro in corporibus nostris manifestetur quãdo scz reformabit corpus humilitatis nostre ꝛc. Philip. 3. Coll. 3. Mortui estis ꝛ vita vestra. ꝛc. 2. Thimo. 2. Si cõmortui sumus ꝛ cõuiuemus

Lectio quarta.

Semper enĩ nos qui viuim⁹ in mortem tradimur ꝓpter iesum: vt ꝛ vita iesu manifestet in carne nr̃a mortali. Ergo mors in nobis opatur: vita aũtẽ in vobis. Habẽtes aũt eundem spm̃ fidei sm cut scriptũ ẽ. Credidi ꝓpter qõ locut⁹ sum ꝛ nos credim⁹ ꝓpter qõ ꝛ loquimur: scientes qm̃ qui suscitauit iesũ. ꝛ nos cũ iesu suscitabit ꝛ constituet vobiscũ. Omia enĩ ꝓpter vos vt gratia abundans per multos in gratiarũactione abundet in gloriam dei.

Posita patientia apostoloꝝ in malis ꝛ causa patientie ostensa: hic apostolus consequenter manifestat ea: ꝛ primo manifestat id quod dixit de sua patientia ibi. Qz opter quod nõ deficimus. ꝛc. Circa primum duo facit. Primo manifestat spem glorie quã habet. Secundo ostendit vñ hec spes sibi proueniat ibi. Habentes autem eundem ꝛc. Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo mortificationem iesu in corpore suo portet. Secundo vero manifestat quomodo portet vitam iesu. ibi. Ut et vita. ꝛc. Tertio manifestat quid ex hoc sibi et alijs proueni-

137
113

at ibi. Ergo mors ꝛc. Dicit ergo primo. Dico q̄ portamus mortificationem in corporib⁹ nostris non q̄ moriamur sz quia nos qui viuimus corporali vita vel virtutibus semper tradimur in mortem vel in pericula mortis Et hoc quidem propter ihesum .p̄s. Estimati sumus sic̄ oues. ꝛc. Qualiter aūt vitā iesu portemus in corpore exponit subdens ita sz vt vita iesu īmortalis ꝛ īpassibilis manifestetur in carne nostra nūc mortali: ita vt caro nostra mortalis recipiat immortalitatē in resurrectione. 1. Cor. 14. Oportet aūt mortale hoc iduere ꝛc. Sz ex hoc quid pueniat subdit dicēs. Ergo mors operatur id ē exercet dñium suū in nos. Vita aūt sz presens operatur in vobis quia estis in prosperitate. iuxta illud. 1. Cor. 4. Nos stulti ꝛc. Ut mors operet ī nobis magnū bonū sz consecutione vite spūalis: sed vita terrena quaz amatis optatur in vobis magnū malum. s. mortē eternā. Prouer. 10. Opus iusti ad vitam ꝛc. Jo. 12. Qui amat aīam suam in hoc mundo ꝛc. Vel aliter. Duo fuerunt in christo: mors corporalis ꝛ vita spūalis. Dicit itaq̄. Ergo mors ꝛc. Quasi dicat in nobis nō solū vita spiritualis optatur in q̄tum imitamur spiritualiter sed etiā mors optatur. i. propter spem resurrectionis ꝛ ppter amorem christi vestigia mortis xp̄i in nobis apparent inquantuz passionibus mortis exponimur. p̄s. Propter te mortificamur tota die sed in vobis optatur solum vita xp̄i p quā fides plantatur in vobis ꝛ vita spiritualis. Unde autem pueniat apostolo hec spes certitudinis subdit dicēs Scientes autem. ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo ponit causam certitudinis. Scōo concludit ipam certitudinē ibi. Scientes quoniā qui. ꝛc. Cā aūt huius certitudinis ē spiritus infundens fidem in cordib⁹ eor. Unde primo ponit cām hanc. Secundo vero manifestat eā per exemplum ibi. Sicut scriptū ē ꝛc. Dicit ergo ex hoc speram⁹ ꝛ nō deficimus q̄z sum⁹ habētes eundē sp̄m fidei quā antiqui habuerunt quia licet tempora mutata sunt spiritus tamē ꝛ fides nō est mutata nisi q̄ illi credebāt xp̄m venturū ꝛ passurum: nos aūt credim⁹ ip̄m venisse ꝛ passum fuisse. Et hic spūs est spiritussanctus qui ē spiritus fidei. 1. Cor. 12. Hec aūt oīa operat vnus atq̄z idē spūs ꝛc. Et ibidē. Alteri fides in eodē spiritu. Hunc ergo spiritum habentes quē antiqui habuerūt facim⁹ eadez que illi ꝛ credim⁹. Illi autē quid fecerint. dicit p̄s. Credidi sz deo ꝛ pfecte. Et hoc oēs antiq̄ fecerūt. Heb. 11. Hi omnes testimonio fidei ꝛc. Propter q̄ sz credidi locut⁹ sum id est cōfessus in fide. Ro. 10. Corde credit ad iusticiam ꝛc. Q̄ etiā nos facim⁹ q̄z nos pp̄ē hoc q̄ credim⁹ loq̄mur ꝛ p̄fitemur fidē ꝛ p̄dicam⁹ Act. 4. Non em̄ possumus que vidimus ꝛ audiuim⁹ nō loqui. Spūs ergo sanctus ē causa huius certitudinis. Ultimo ergo concludit cōclusionē intentā. s. ipam certitudinē. Et p̄mo de salute ppria. Scōo de salute alior⁹ ibi. Et cōstituet vobiscū ꝛc. Dic ergo. Sciētes. i. certā sciaz hōtes q̄m q̄ suscitauit iesum. i. de⁹ p̄r vel tota trinitas ꝛ nos cū iesu: suscitabit vt sz sumam⁹ eādē gl̄iam cū iesu: q̄z cū sumus mēbra eius debem⁹ eē cū capite. Jo. 12. Volo pater vt vbi ego sum illic sit ꝛ minister me⁹ ꝛc. Ro. 8. Qui suscitauit dñm iesū a mortuis suscitabit ꝛc. Et non solū sū cert⁹ de salute nr̄a sed etiā de vestra: q̄z cōstituet nos vobiscū id est simul erimus: q̄z sicut nos sumus mēbra xp̄i ita et vos per nos. 1. Thes. 4. Et sic semp cū domino erimus Mat. 24. Ubicunq̄ fuerit corpus ꝛc. Et ideo dicit vobiscū vt animet eos ad bonū inquantū ostendit eos non esse inferiores sed pares Et bñ hoc possū certe dicere q̄z oīa sunt ppter vtilitatē vestrā. Maz oīa q̄ sustinem⁹ oēs gratias q̄as recipim⁹ a deo sunt ppter vos. s. instruendos nostro exemplo. Et hoc ideo vt gratia abundans a nobis in vos abundet per multos in gloriā dei. i. multi agant gratias deo sup beneficio tanto. Ephe. 5. Gratias agētes deo patri ꝛc.

Lectio quinta.

Propter q̄ nō deficim⁹. Sed licet p is qui foris ē noster hō corrumpat̄ tñ is qui intus ē renouat̄ de die i diem. Id em̄ q̄ in p̄ti ē momētaneuz ꝛ leue tribulatiōis nr̄e supra modū in sublimitate eternū gl̄ie pondus opat̄ in nobis nō cōtēplantib⁹ nobis q̄ vident̄: sz que nō vidēt Que enī vident̄ temporalia sunt: q̄ aūt nō vidētur eterna sunt.

Posita patiētia quā apostoli habebant in tribulatiōib⁹ ꝛ premio q̄ expectabant manifestato: hic consequenter agit de patientie causa ꝛ patientie modo seu ratione. Et circa hoc tria facit. Primo enim insinuat sanctorū patiētiam. Secūdo patiētie causam ibi. Nō cōtēplantib⁹ nobis ꝛc. Tertio patientie remunerationē ibi. Id em̄ ꝛc. Circa primū intendit ostendere q̄ sanctor̄ patiētia ē invincibilis. Et hoc est q̄ dicit. Propter q̄. s. q̄z sumus scientes q̄ qui suscitauit iesuz a mortuis suscitabit nos ꝛ cōstituet nobiscū ideo nō deficim⁹. s. in tribulationib⁹ id est nō deducimur ad hoc q̄ non possim⁹ propter xp̄m amplius ferre ꝛ sustienre. Nam deficere idem ē q̄ ferre non posse. Jere. 20. Defeci ferre nō sustinui Causa aūt quare nō deficimus ē quia licet quantū ad aliquid deficiamus sz quantū ad exteriorem hominē: tamē quantū ad aliquid semper renouamur sz quantum ad interiorē hominē. Et hoc est q̄ dicit. Sed licet is qui foris ē ꝛc. Ubi sciendū est q̄ occasione istorum verborum: hereticus tertullian⁹ nomine dixit q̄ anima rationalis que est in hominis corpore habet corpoream figurā ꝛ membra corporea sicut ꝛ corpus habet: ꝛ hoc dicitur homo interior: corpus vero cum sensibus suis dicit homo exterior Q̄ quidem falsum est. Unde ad intellectum huius verbi sciendum est q̄ etiam p̄m philosophum in ethi. ꝛ p̄m consuetudinem loquendi. Unūquodq̄ dicitur esse illud q̄ est principalius in ipo: puta quia in ciuitate principalius est potestas ꝛ concilium id quod facit potestas ꝛ cōcilium dicitur tota ciuitas facere. Principalius autem in homine potest aliquid iudicari ꝛ p̄m veritatem ꝛ p̄m apparentiam. Secūdū veritatē quidem principalius in homine ipsa est mens. Unde p̄m iudicium spiritualium virorum mens dicitur homo interior. p̄m apparentiam vero principalius in homine est corpus exterius cuz sensibus suis. Unde p̄m iudiciū illorum qui tantū corporalia ꝛ sensibilia considerant ꝛ terrena sapiunt quorum deus venter est corpus cum sensibus dicitur homo exterior. Et ideo p̄m hunc modum loquitur hic apostolus dicens. Licet homo noster sz corpus cum natura sensitiua corrumpatur in tribulationibus ieuniis ꝛ abstinentiis ꝛ vigilijs. Roma. 6. Uetus homo noster simul ꝛc. Habacuc. 3. Ingrediatur putredo ꝛc. Tamen is homo qui intus est sz mens seu ratio munita spe futuri p̄mij ꝛ firmata munimine fidei renouat̄. Quod sic intelligēdū est. Uetustas enim est via ad corruptionez. Heb. 8. Q̄ antiquatur ꝛ senescit ꝛc. Natura autem humana fuit in integritate condita ꝛ si in illa integritate pmansisset semper esset noua: sed per peccatuz incepit corrumpi quo fit q̄ quicquid consecutuz est sic̄ ignorantia difficultas ad bonum et pronitas ad malum: penalitas et alia huiusmodi: totum pertinet ad vetustat̄em. Cum ergo

natura humana huiusmodi peccatū sequētia deponit: tūc dicit renouari. Que quidē depositio hic incipit in sanctis sed perfecte ꝓsumabit in patria Hic eīm deponit vetustas culpe, nā spiritus deponit vetustatē peccati ⁊ subijcit nouitati iusticie. Hic intellectus deponit errores et assumit nouitatē veritatis ⁊ ſm hoc is qui intus est homo scz aīa renouat. Ephe. 4. Renouamini in spiritu mētis vestre. Sed in patria tollet etiā vetustas pene. Unde ibi erit cōsumata renouatio. ps. Renouabit vt aqle ꝛc. Sed quia sancti quottidie ꝓficiūt in puritate cōscientie: ⁊ in cognitione diuinor. ideo dicit. De die in die. ps. Ascensiones in corde suo. Sic ergo patria est inuincibilis: qz renouat de die in die. Terciū ꝓcipale sed huiꝰ patiētie causa est recogitatio premij: que est efficacissima: qz ſm Gregoriū recogitatio ꝓmij diminuit vim flagelli. Et hoc est qđ dicit: Id eīm qđ ꝛc. quasi dicat. Nihil sunt tribulatiōes q̄s hic patimur: si respiciat ad gloriā: quā ex eis ꝓsequimur. Unde cōparat statū sanctor qui sunt in vita ista ad statū eor qui sunt in patria. ⁊ ponit quicq in vtroq statu: correspondētia sibi inuicē. Nā primo status istius vite in scīs est status quantū in se est paruus ⁊ quasi imperceptibilis Unde dicit. Id id est minimū. Esa. 54. Ad pūctuz in modico dereliqui te. Item trāsitoriū. Unde dicit. In pūti. i. in vita ista: que est in afflictiōibus ⁊ erūnis. Job. 7. Militia est vita hoīs ꝛc. Item tpis breuitas. Unde dicit momentaneū. Esa. 54. In momēto indignatiōis absc̄odi faciem meā parūper a te ꝛc. Nam totū tempus huiꝰ vite cōparatū ad eternitatē nō est nisi sicut momentū Item est leuis. Unde dicit leue. Naz licet. ſ. primo dicat. Grauati sumus supra modū. qz scz graue est corpori: tamē spiritui caritate feruēti leuissimū est. Aug. Ola grauia ⁊ ūmania facilia ⁊ ꝓpe nulla facit amor. Item est penosus ⁊ ideo dicit. Tribulatiōis. Mich. 7. Iram dñi portabo ꝛc. Sed quantū ad statū beatitudis ponit quicq. qz contra hoc qđ dicit Id ponit supra modū id est supra mēsurā. ¶ Sed cōtra. Mat. 16. Reddet vnicuiq iuxta opa sua. Non ergo supra mensurā. Respondeo dicendū est q ly sed nō designat equalitatē q̄titatis vt scz q̄tum quis meruit tantuz premiet sed designat equalitatē ꝓportiōis vt scz qui plus premij accipiat. Item ꝓtra id qđ dicit. In pūti ponit. In sublimitate. i. in statu sublimi absc̄ pturbatiōe. Esa. 58 Sustollaz te super altitudinē nubiū ꝛc. Cōtra id qđ dicit momētaneū ponit eternū. Esa. 35. Letitia sempiterna super capita eor ꝛc. Cōtra hoc qđ dicit leue: ponit pōdus. Et dicit pondus ꝓpter duo. Pondus eīm inclinat ⁊ trahit ad motū suū que subsunt sibi. Sic gloria eterna erit tāta q̄ totū hominē facit glorioſuz ⁊ in aīa ⁊ in corpe nihil erit in hoīe quod nō sequat impetū glorie. Uel dicit pondus ꝓpter preciositatē. Nam preciosa solū ponderari cōsueuerūt. Contra hoc qđ dicit tribulatiōis ponit. Glorie. vl hoc q̄ dicit glorie potest esse cōmune ad alia quattuor que de statu patrie dicunt. Hoc vero q̄ dicit tribulatiōis ad quattuor que de statu presentis vite dicta sunt. Operat supra id scz q̄ tribulatiōes patimur. nā hec sunt causa ⁊ meritū quare deus istam gloriā nobis cōferat. Est ergo sanctor patientia inuincibilis: eor remuneratio ineffabilis. sed remuneratiōis eor recōpēsatio recta et delectabilis. Unde dicit. Non cōtemplātibus nobis ꝛc. Quasi dicat. Licet hec que speramus sint futura et interim corpꝰ nostrū corrumpat: nihilominus tamen renouamur: qz nō attendimus ad ista tempozalia. sed ad celestia. Et hoc est qđ dicit. Operat in nobis pondus glorie: nobis dico nō cōtemplantibus id est nō attendentibus ad ea que videntur id est ad terrena sed ad ea que non vident scz celestia. Phil. 3°. Que retro sunt obliuiscēs ꝛc. 1°. Corinth. 2°. Oculus non vidit ꝛc. Et quare celestia ꝓtemplamur: qz ea que vident id est terrena sunt tempalia ⁊ trāsitoria. ea autem que non vident scz celestia sunt eterna. Esa. 49. Salus autē mea in sempiternū erit.

Incipit capitulū quintū.

Scimus autez quoniā si terrestris domus nostra huius habitatiōis dissoluatur: q̄ edificatiōnē ex deo habem⁹ domū nō manufactā: sed eternā in celis. Nā ⁊ in hoc ingemiscim⁹ habitationē nostrā que de celo est supindui cupientes: si tamē vestiti nō nudi inueniamur Nā ⁊ qui sumus in hoc tabernaculo: ingemiscim⁹ grauati. eo q̄ nolum⁹ expoliari sed superuestiri: vt absorbeat qđ mortale est a vita.

Postq̄ apostolus cōmendauit ministeriū noui testamenti ⁊ quantū ad dignitatē et quantū ad vsum: cōsequenter hic cōmendat illud quantū ad premiū: licet de premio q̄tuz ad aliquid aliqualiter ⁊ incōplete supra tractauit. hic tamen de hoc complete tractat. Circa qđ tria facit. Primo eīm agit de premio. Secūdo vero de preparatōe ⁊ premij susceptione ibi. Et ideo cōtendimus sine ꝛc. Tercio vero de causa vtriusq scz preparatiōis ⁊ premij qđ expectat ibi. Omnia aūt ex deo qui reconciliauit ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ponit premiū qđ expectat. Secūdo exprimit desideriū premij expectati. ibi. Naz in hoc ingemiscim⁹ ꝛc. Sed quia premiū quod expectat est inestimabile scz gloria celestis ⁊ ideo dicit. ¶ Scimus quoniā ꝛc. quasi dicat ſm glo. Uere operat in nobis pondus glorie quia in corpoꝛib⁹ erit. Nec gloria nō tantū in aīab⁹. Enim id est quia scim⁹ id est certi sumus: qz iam habem⁹ in spe quoniā si terrestris domus nostra id est corp⁹. Homo eīm vt dictū est dicit mens cū sit principalius in homine. que quidē mens se habet ad corpus sicut homo ad domū. Sicut eīm destructa domo nō destruit homo eam inhabitās sed manet: sic destructo corpe non destruit mens seu aīa rationalis sed manet. Corpus ergo terrestre dicit domus habitatōis id est in qua habitam⁹. Job. 4. Qui habitāt domos luteas ꝛc. ¶ Dissoluat id est destruat. Scimus in q̄ q habitamus edificatiōnē id est edificiū ex deo. idest paratū a deo. Edificiū dico domū non manufactā id est non opere hoīs nec operis natur' sed corpus incorruptibile: qđ assumemus. qđ quidē non est manufactū quia incorruptibilitas in corpib⁹ nostris ꝓuenit solū ex operatōe diuina. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostre ꝛc. ¶ Domū eternā. id est domū ab eterno nobis ꝓparatā. Esaie. 33. Tabernaculū quod nequaq̄ destruet in celis. Math. 5. Merces vestra copiosa est in celis. Hāc autem cōmutatationē vt scz ꝓ terrestri domo habeāt celestē desiderabat Job dicēs. 14. Cunctis diebus q̄bus nūc militio expositio est ſm glo. sed tamē nō est ſm intellectū apostolicū nec precedētibus nec sequētibus cōcordat. Naz ipe cū habeat vnā materiā continuā de qua loquit non interponit aliā. Et ideo videam⁹ quid intendat aplus dicere. Sciendū est autē q̄ aplus vult hic ostendere q̄ sancti rationabiliter sustinēt tribulatiōes: ex quibus vita presens corrumpit. quia ex hoc statim ꝓueniūt ad gloriam nō ad glorioſū corpus vt dicit in glo. Et ideo dicit. Ideo sustinuimus eīm id est quia scimus id est ꝓ certo habem⁹ quoniā si terrestris domus nostra huiꝰ habitatiōis id est corpus dissoluat id est corrūpat per mortē: habemus statim non in spe sed in re meliorē domū scz edificationē domuz

135
114

non manufactā id est gloriā celestē non corpus gloriosū. De hac autem domo dicit Joh. 14. In domo patris mei mansiones multe sunt ꝛc. Que quidē est ex deo non manufacta quia gloria eterna est ipe deus. ps. Esto mihi in deū protectorē et in domū ꝛc. Et eternā ad litterā qr ipse deus est eternus. In cellis. i. in excelsis quia statim corrupto corpore aīa sancta cōsequit hanc gloriaz nō in spe sed in re. Si ergo premiū sanctoꝝ est admirabile et desiderabile: qr gloria celestis est ꝛ ideo consequēter subiūgit desideriū sanctoꝝ ad ipm premiū dicēs. Nam in hoc ingemiscimus ꝛc. Ubi tria facit. Primo exprimit desideriū gratie ad premiū ipm. Scōo ostendit q̄ desideriū gratie retardat ex desiderio nature ibi. Naz ꝛ qui sumus in tabernaculo ꝛc. Tertio ostendit quomō desideriū gratie vincit desideriū nature ibi. Audētes igit ꝛc. Sed desideriū gratie est cū feruore. Nā in hoc ingemiscimus ꝛc. quasi dicat hec est vera ꝓbatio q̄ habemus domū non manufactā qr si desideriū nature nō est frustra multomin⁹ desideriū gr̄e frustra est. Cū igit nos habeam⁹ feruentissimū desideriū gratie de gloria celesti: impossibile est q̄ sit frustra. ꝛ hoc est qō dicit. Ingemiscimus. i. in gemendo desideram⁹ in hoc scz aīe desiderio retardati. ps. Heu mihi qr incolat⁹ me⁹ ꝛc. In hoc em̄ q̄ cupientes sum⁹. i. cupim⁹ supindui habitationē nostrā. i. fruitionē glorie que de celo est. i. celestis que dicit habitatio qr in ipa gloria sancti habitant sicut in suo cōsolatorio. Mat. 25. Intra in gaudiū dñi tui Per hoc aūt quod dicit superindui dat intelligere q̄ illa domus celestis de qua supra dixerat nō est aliquid ab homine separatū sed aliquid homini inherēs. Nō em̄ dicitur homo induere domū sed vestimentū. domū autē dicit aliqs inhabitare. Hec ergo duo cōiungit dicēs supindui habitationē per qō ostendit q̄ illud desideriū est aliquid inherens qr induit. ꝛ aliquid cōtinens ꝛ excedēs qr inhabitat. Sed quia nō simpliciter dixit indui sed superindui rationē sui dicti subdit dicēs: Si tamen vestiti ꝛ nō nudi inueniamur. Quasi dicat si aīa indueret habitatiōe celesti q̄ nō exueret habitatiōe terrena. i. non corrūperet corpus nostrū per mortē sed celestis adeptio illius habitationis esset supinduitio. Sed qr oportet q̄ euacuet habitatione terrena ad hoc q̄ induat celesti nō potest dici superinduitio: sed induitio simplex. Et ideo dicit. Si tamē vestiti ꝛ nō nudi inueniamur. Quasi dicat. supindueremur quidē si inueniremur induti et nudi. Nudus em̄ nō dicit supindui sed indui tantū. Hlo. vero aliter exponit de vestimēto spirituali dicēs. Cupimus supindui qō vtiqꝫ fiet tamē hac cōditiōe si nos inueniamur vestiti scz virtutib⁹ ꝛ nō nudi scz virtutib⁹. De istis vestibus dicit Col. 3. Induite vos sicut electi dei ꝛc. Quasi dicat. Nullus ad illā gloriā perueniet nisi habeat virtutes. que quidem expositio non videt cōcordare intentiōi apostoli. Sic ergo desideriū gratie feruet ad premiū. sed tamen retardat a desiderio nature quod ostendit cū dicit. Nam dū sumus in tabernaculo isto ꝛc. Ubi primo ponit ꝓditionē desiderij naturalis. Scōo ostendit q̄ etiā hic status desiderij naturalis est a deo ibi. Qui autē efficit nos ꝛc. Conditio aūt desiderij est naturalis retardans desideriū gratie. quia vellemus inueniri vestiti ꝛ nō nudi id est ita vellemus q̄ aīa perueniret ad gloriā q̄ corpus nō corrumpet per mortē. Cui⁹ ratio est quia naturale desiderium inest aīe esse vnitam corpi alias mors nō esset penalis. Et hoc est qō dicit Nam nos qui sum⁹ in tabernaculo. id est qui habitamus in isto mortali corpe. 2ᵉ. Petri. 1. Scio q̄ velox sit depositio tabernaculi mei. Ingemiscim⁹ id est intus in corde. non solū extra in voce gemim⁹ Esa. 59. Ut colūbe meditantes gemem⁹ quia durū est cogitare mortē. ꝛ tamē grauati quasi aliquo existēte contra desiderū nostrū eo q̄ nō possumus peruenire ad gloriā nisi deponam⁹ corpus qō est ita cōtra naturale desiderium vt dicit Augs⁹. Q̄ nec ipa senectus a petro timorē mortis auferre potuit. Et ideo dicit. Eo q̄ nolumus spoliari scz tabernaculo terreno. sed superuestiri gloria supcelesti. Vel fm glo. corpe glorioso Sed quia posset videri indecēs q̄ corpus ex vna parte esset corruptibile ex sui natura si nō fuisset ante dissolutū ꝛ ex parte glorie esset gloriosum. subdit modū quomō fieri vellet dicens. Ut absorbeat: quod mortale est ꝛc. Quasi dicat. Nō sic supuestiri volum⁹ q̄ corpus remaneat mortale: sed ita q̄ gloria auferat ex toto corruptionē corporis absq̄ corpali dissolutiōe. Et ideo dicit. Absorbeat quod more est. i. ipsa corruptio corpis a vita scz glie. 1ᵒ. corint. 15. Absorpta est mors in victoria tua ꝛc.

Lectio secunda.

Qui autē efficit nos in hoc ipm deus qui dedit nobis pignus spiritus Audentes igit semper ꝛ scientes: quonia dum sum⁹ in hoc corpore peregrinamur a dño. Per fidē enim ambulamus et nō per spem. Audemus autē ꝛ bonā voluntatē habem⁹ magis peregrinari a corpore ꝛ presentes esse ad dñm ꝛ ideo contendimus siue absentes siue p̄sentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i. vt referat vnusquisq̄ ppria corporis prout gessit: siue bonū siue malū.

Hic ostendit auctorē supernaturalis desiderij de habitatiōe celesti. Causa em̄ naturalis desiderij q̄ volumus exspoliari est quia scz aīa naturaliter vnit corpori ꝛ ecōuerso Sed hoc q̄ celestē inhabitationē supindui cupiam⁹ non est ex natura sed ex deo. Et ideo dicit. Qui autem efficit nos in hoc ꝛc. Quasi dicat. Volum⁹ superinduere celestem habitationē: ita tamē q̄ non spoliemur terrena ꝛ tamen hoc ipm q̄ volumus sic supuestiri efficit in nobis deus. Phil. 2. Deus est qui operat in nobis ꝛc. Cui⁹ ratio est quia quālibet naturā consequit appetitus cōueniēs sibi ni sue nature. sicut graue naturaliter tēdit deorsuz ꝛ appetit ibi quiescere. Si aūt sit appetitus alicui⁹ rei supra naturā suā illa res nō mouet ad illū finez naturaliter sed ab alio qō est supra naturā suā. Constat autē q̄ perfrui celesti gloria ꝛ videre deū per essentiā licet sit rationalis creature est tamē supra naturā ipius. nō ergo mouet ratiōalis creatura ad hoc desiderandū a natura. sed ab ipo deo qui in hoc ipm efficit nos ꝛc. Sed quomō hoc efficit subdit dicēs. Qui dedit pignus ꝛc. Circa qō sciendū est q̄ deꝰ efficit in nobis naturalia desideria ꝛ supnaturalia. Naturalia quidē quādo dat nobis spiritū naturalem cōuenientem nature humane. Hen. 1ᵒ. Inspirauit in faciē eius ꝛc. Supnaturalia vero dat quādo infundit in nobis supernaturalē spiritū. scz spiritū sanctū. Et ideo dicit. Dedit nobis pignus spirit⁹ id est spiritū sanctū causantē in nobis certitudinē hui⁹ rei quā desideramus impleri. Ephe. 1ᵒ. Signati estis spiritu pmissionis sancto ꝛc. Dicit autē pignus. quia pign⁹ debet tantū valere q̄tum valet res pro qua ponit. sed in hoc differt a re ꝓ qua ponit. qr plenioz iure possidet res qū iam habet q̄ pignus qr res possidet vt quid suū. pignus vero seruat ꝛ tenet quasi ꝓ certitudine rei habēde. Ira est de spū sancto qr spūssanctus tantuz valet q̄tuz gloria celestis. sed differt in mō habendi quia nūc habemus eū quasi ad certitudinē ꝓsequēdi illā gloriā In patria vero habebimus vt rem iam nostraz ꝛ a nobis

possessam. Tunc enī habebimus perfecte: modo imperfecte. Sic ergo retardat desiderīū gratie a desiderio nature Sed nūquid impedit? Non: sed desiderīū gratie vincit. Et hoc est qđ dicit. Audentes igit̄ r̄. Quasi dicat. Duo desideria sunt in sanctis. Unū quo desiderāt celestē hitationē. aliud quo nolūt expoliari. Et si hec duo essēt cōpossibilia nō essēt ꝓria et vnū nō retardaret ab alio. Sz apls ostendit ea esse incōpossibilia r ꝙ oportz ꝙ vnū vincat alterū. Unde circa hoc tria facit. Primo enīz ostendit incōpossibilitatē dictoꝝ desideriorū. Scōo interponit quandā probationē ibi. Per fidem enī r̄c. Tercio ostendit qđ horuz vincat ibi. Audemus aūt r̄c. Incōpossibilitatē ostendit cuz dicit. Audentes igit̄ semper r̄c. Audere ꝓprie est immiscere se in pericula mortis r nō cedere ꝓpter timorē. Licet autē sancti naturaliter timeāt mortem. tamen audent ad pericula mortis r nō cedūt timore mortis. Prouerb. 28. Justus quasi leo cōfidens. Eccl̄. 48. In diebus suis nō pertimuit principē. ¶ Et scientes scz sum⁹ hoc qđ cōfirmat in nobis audaciā vt ꝓ xp̄o mori non timeamus. quontā dū sum⁹ in hoc corpore mortali peregrinamur. i. elongamur a deo. ps. Heu mihi quia incolatus meus r̄c. Peregrinamur in q̄ quia sum⁹ extra patriā nostrā qui deus est. alias nō diceremur peregrinari ab eo. Et hoc non est ex natura nostra: sed ex eius gratia. Q aūt pegrinamur a dño probat cuz dicit. Per fidem enī ambulam⁹ id est ꝓcedimus in vita ista per fidem r non per speciē. i. nō p perfectā visionez. Fidei enī verbū est sicut lucerna quā illuminamur ad ambulandū in vita ista. ps. Lucerna pedibus meis verbū tuū r̄c. In patria aūt nō erit hmōi lucerna. quia ipa claritas dei i. e. est ipe deus illuminabit illam. Et ideo tūc per speciē. i. per essentiā videbimus eū. Dicit aūt. Per fidē ambulamus. qz fides est de nō visis Est enī fides substātia sperandarū rerū argumentū nō apparentiū vt dicit Heb. 11. q̄diu aūt anima corpi mortali vnit̄ non videt deū per essentiā. Exo. 33°. Non videbit me homo r̄c. Unde inquantū assentim⁹ credēdo hijs que nō videmus dicimur ambulare per fidē r non per speciē. Sic ergo patet r duoꝝ desideriorū incōpossibilitas qz nō possumus cū hoc corpe superindui celestē habitationē et ꝓptō hui⁹ qz per fidē ambulamus. ¶ Sequit̄ ꝓsequenter victoria vni⁹ desiderij de duobus scz desiderīū gratie cū dicit. Audemus r̄c. Et debz resumi sciētes supra post tū qz littera suspensiua est. vt dicat sic. Hoc inq̄ scientes quia dū sumus in hoc corpe r̄c. Audemus r bonā voluntatē habemus. Duo dicit quoꝝ vnū importat repugnantiā quā habet in volendo que fit per timorē mortis. Ubi enī non est timor non est audacia. Mā ex appetitu nature surgit timor mortis. ex appetitu gr̄e surgit audacia Jdeo dicit. Audem⁹. Aliud importat imperfectionez animi in desiderādo. quia nisi bene desideraret nō vinceret timor mortis cū sit valde naturalis. Et ideo nō solū oportet audere sed bonā voluntatē habere. i. cū gaudio velle. Licet enī ꝑm philosophū in actu fortitudis nō requirat gaudiū ad perfectionē virtutis sicut in alijs virtutib⁹. sed sozlum nō tristari. tamen qz fortitudo sanctoꝝ perfectioz est. non solū nō tristant in periculis mortis sed etiā gaudent. Phil. 1. Habens desideriū dissolui r̄c. Sed qđ audem⁹? Magis peregrinari a corpe id est remoueri a corpore per corpis dissolutionē quod est cōtra desideriū nature r presentes esse ad dūm id est ambulare per speciē quod est desideriū gratie. Hoc desiderabat. ps. qui dicebat: Sitiuit aīa mea ad deū viuū r̄c. Et nota ꝙ hic cōcludit eadē duo q̄ proposuit in principio. s. Scōo scz ꝙ si terrestris dom⁹ nostra huius habitatiōis dissoluat̄ ꝙ idē est qđ hic dicit. peregrinari a corpore et ꝙ habemus habitationē in celis nō manufactā r hoc qđ idem est ꝑsentes esse ad deū. Cōfutatur per hec verba error dicentiū animas sanctoꝝ decedentiū non statim post mortē deduci ad visionē dei r eius presentiā. sed morari in quibusdā mansionib⁹ vsqz ad diē iudicij. Nam frustra sancti auderēt r desiderarent peregrinari a corpe si non essent presentes ad deū. Et ideo dicendū est ꝙ sancti statim post mortē vident deū per essentiā r sunt in celesti māsione. Sic ergo patet ꝙ premiū qđ sancti expectāt est inestimabile. ¶ Sequit̄ de preparatione ad premiū que fit per pugnā contra temptatiōes r per exercitiū bonoꝝ operū. Et hoc est qđ dicit. Jdeo cōtendimus r̄c. Preparant aūt sancti ad hoc premiū tripliciter. scz placēdo deo. Scōo ꝓficiendo. primo ib.. Scientes autem timorē dei. Tercio abdicādo a se carnales affectus. ibi. Itaqz nos r̄c. Deo aūt placent resistendo malis. Et ideo dicit. Jdeo qz scz totū desideriū nostrū est ꝙ simus ꝑsentes deo. Contēdimus id est cū conatu nitimur seu studemus cū pugna et lucta cōtra temptatiōes dyaboli carnis r mūdi. Luce. 13. Contēdite intrare per angustā portam r̄c. Placere illi scz deo ad quē desideram⁹ esse presentes. r hoc sive absentes sive ꝑsentes illi sumus. qz nisi studeamus ei placere in vita ista dū sumus absentes. non poterim⁹ ei placere nec esse ei ꝑsentes in alia vita. Sap. 4. Placēs deo factus dilectus r̄c. ¶ Consequēter cū dicit. Oēs enī nos manifestari oportet r̄c. subdit causā qua re sancti contendūt placere deo. que quidē causa sumit ex cōsideratiōe futuri iudicij vbi nos oēs manifestari oportet. Ponit autem aplus quīqz conditiōes futuri iudicij. Primo enī ponit ipius vniuersalitatē. qz nullus excipiet ab illo iudicio. Et ideo dicit. Oēs nos id est oēs homines bonos r malos magnos r paruos. Ro. 14. Oēs stabim⁹ ante tribunal xp̄i Apoc. 20. Vidi mortuos pusillos r magnos stantes in cōspectu agni r̄c. Sed contra hoc objicit dupliciter. Primo qz videt ꝙ infideles nō veniēt ad iudiciū. nā qui non credit iā iudicatus est vt dicit. Joh. 3°. Scōo qz quidā erūt ibi vt iudices. Matth. 19. Sedebitis super sedes r̄c. Non ergo oēs erūt ante tribunal vt iudicent. Responsio. dicēdū ꝙ in iudicio duo erūt scz discussio meritoꝝ r quantū ad hoc non oēs iudicabunt. qz illi q̄ totaliter abrenūciauerūt sathane r pompis eius r per omnia adheserūt xp̄o non discutient qz iam dij sunt. Illi vero qui in nullo adheserūt xp̄o: nec per fidē nec per opera. similiter nō indigent discussione qz nihil habēt cum xp̄o. sed illi qui cū xp̄o aliquid habēt scz fidem. et in aliquo recesserūt a xp̄o scz per mala opera r praua desideria. discutient de hijs que contra xp̄m cōmiserūt. Unde q̄tum ad hoc soli xp̄iani peccatores manifestabūtur ante tribunal xp̄i. Item erit in iudicio ꝓlatio sententie r q̄tum ad hoc omnes manifestabunt. Sed de pueris nō videt quia dicitur vt referat vnusquisqz ꝓpria corporis ꝓout gessit. sed pueri nihil gesserūt in corpe. ergo r̄c. Sed hoc soluit glo. qz non iudicabunt ꝓ his que ipi gesserunt per se sed de his que gesserūt per alios. duz per eos crediderūt vel nō crediderūt: b aptizati vel nō baptizati fuerūt. Vel dam nabunt p peccato primi parētis. Scōo vero ponit iudicij certitudinē. In iudicio enī hominū multi decipi possunt dum quidā iudicant mali. qui tamen sunt boni r econuerso. Et hui⁹ ratio est. quia nō manifestant corda. sed in illo iudicio perfectissima certitudo erit. quia erit ibi manifestatio cordiū. Unde dicit. Manifestari. 1ª. corint. 4. Nolite ante tempus iudicare r̄c. Tercio ponit iudicij necessitatē. quia nec per interpositā personā nec per contumaciā poterit quis effugere iudiciū illud. Unde dicit Oportet id est necessariū est. Job. 19. Scitote esse iudiciū. Eccl̄ek. vltimo. Cuncta que fiūt adducet deus r̄c. Quarto ponit iudicis auctoritatē. Unde dicit. Ante tribunal xp̄i vt scz veniat ad iudicandū homines in eadē forma in qua

iudicatus est ab hoibus. vt existens in forma humana videat a bonis ⁊ malis. Mali enim nō possunt videre gloriā dei. Job. 5. Potestatē dedit ei iudiciū facere ⁊c. Tribunal autē dicit iudiciariā potestatē. ⁊ sumptū est ab antiqua ꝓsuetudine romanoꝝ. qui elegerūt tres tribunos plebis. ad quoꝝ officiū pertinebat dijudicare excessus cōsulum ⁊ senatoꝝ ⁊ loca istoꝝ vocabant tribunalia. Quito ponit iudicis equitatē. quia ꝓm merita ꝓpria erunt premia vel pene. Unde dicit Ut referat vnusquisq; ⁊c. Ro. 2°. Reddet vnicuiq; ꝓm opera sua. Et dicit corꝑis nō solum ꝓ his que facit motū corꝑoris sed ꝓ his que mente gessit. alias infideles nō punirent. Et ideo cū dicit corꝑoris intelligendū est id est ꝓ his que gessit dum vixit in corꝑore.

Lectio tercia.

Scientes ergo timorez dñi hominib⁹ suademus: deo autē manifesti sum⁹ Spero autez ⁊ in cōscientijs vestris manifestos nos esse. Non iterū cōmendam⁹ nos vobis: sed occasionē damus vobis gloriandi ꝓ nobis: vt habeatis ad eos q̄ in facie gloriant ⁊ non in corde. Sive enix mente excedimus deo. sive sobrij sumus vobis. Caritas enim xp̄i vrget nos estimātes hoc: quoniam si vnus ꝓ oibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Et ꝓ oibus mortuus est xp̄s: vt ⁊ qui viuūt: iam nō sibi viuāt: sed ei qui ꝓ ipis mortuus est ⁊ resurrexit.

Ostenso qualiter sancti se preparāt ad premiū eterne glorie: placēdo deo. hic ostendit cōsequenter quomō preparant se ad hoc ꝓficiendo ꝓximo. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit sollicitudinē suā quā habet de salute ꝓximoꝝ. Scō vero huiꝰ sollicitudinis causaz assignat ibi Caritas xp̄i vrget nos ⁊c. Circa primū tria facit. Primo ponit curā quā habet de salute ꝓximoꝝ persuadēdo eis. Scō excludit quandā falsam suspicionē ibi. Non iteruz nos ⁊c. Tercio ostendit q̄ etiam in modo docendi proximoꝝ vtilitatē intendat ibi. Sive enī mente ⁊c. Circa primū duo facit. Primo ponit studiū suū de vtilitate ꝓximorum. Scō manifestat hoc ibi. Deo autē ⁊c. Dicit ergo. Dico q̄ oportet nos manifestari ante tribunal ⁊c. Et hec cōsideratio inducit hoīes ad timendū iudiciū. Et ideo dicit. Scientes ergo timorē dñi id est q̄ pure ⁊ caste timendus sit dñs iesus xp̄us suademus hominib⁹ vt timeant ⁊ vt credāt. Job. 23. Considerans eū timore sollicitor. Je. 10. Quis nō timebit te o rex gentiū. Esa. 8. Dominū exercituū ipm sanctificate ⁊c. Sed quia aliquis posset dicere q̄ non ex gratia: sed ex comodo suo suadebat hoibus. Et ideo manifestat hoc esse falsuz duplici testimonio scz dei. Unde dicit. Deo autē manifesti sumus. quia scz ex timore dei loq̄mur. Deus enī videt intentionē cordis nostri. Je. 17. Prauū est cor hoīs ⁊ inscrutabile et quis cognoscet illud? Ego dñs ⁊c. Jo. 2. Ipse sciebat ⁊c. Item testimonio cōscientiarū ipoꝝ. Unde dicit. Spero aūt in conscientijs vestris ⁊c. ⁊ vere spero ex hoc me exhibuī vt vos scire possitis nos esse probatos. ⁊ firmiter hoc tenere. ⁊ si non cōfite amini ꝓx. ē. 4. Cōmendantes nosmetipos ad omnē conscientiā hominū ⁊c. ¶ Consequēter q̄ possent credere q̄ hoc dixerit ꝑ plus ad cōmendationē ꝓpriā: removet hāc suspicionē falsam dicēs. Non iterū nos cōmendamus vobis id est nō dicimus hoc ad cōmendationē nostrā. vt quasi iterū velimus nos cōmendare. Supra enim 3°. ⁊ etiā 1ª. corint. 3°. aliqua dixerat ad cōmendationē suam. Et ideo dicit. Iterū. infra. 10. Non enī qui seipm cōmendat ⁊c. Sed hoc dicimus ꝓpter vtilitatē vestram. Quasi dicat. Damus vobis occasionē gloriādi id est materiā gloriādi. Pseudo enī per elationē gloriabant dicentes se fuisse doctos ab aplis. qui fuerūt a dño scz a petro ⁊ iacobo qui erant colūne fidei. detrahētes in hoc apostolo quasi nō fuerit cum dño iesu ⁊ volentes eius doctrinā destruere. Ut ergo ⁊ corinthij haberēt in quo gloriarent cōtra ipos pseudo scz de gratia aplo data ⁊ vt eos refellant ⁊ non seducātur ab eis. ideo dicit hoc. Unde subdit. Ut habeatis ad eos id est cōtra eos vel ad eos reprimendos quid possitis dicere. Ad eos dico. qui in facie gloriant et non in corde. Qđ tripliciter exponit. Primo sic. In facie gloriant id est interioriḃ⁹ observantijs legalibus. q̄ ad litterā docebāt seruare legalia. Et nō in corde id est in virtute xp̄i que est in corde. q̄ in spiritualiḃ⁹ sicut aplus qui in virtute crucis xp̄i dicebat. Mihi autē absit gloriari ⁊c. Item in facie gloriabant id est in cōspectu hominū sicut hypocrite faciūt. et non in corde id est in testimonio conscientie. sicut apostol⁹. Unde dicit. Gloria nostra hec est ⁊c. Vel in facie gloriant. quia aliqua pretendebāt exterius que tamē non ita sentiebāt interius in corde scz q̄ dicebāt se doctos ab apostolis. ⁊ sequerent eoꝝ doctrinaz quā nitebant destruere. Patet ergo qualiter apostol⁹ in docendo proximoꝝ salutē procurabat. ¶ Sequit videre quomō ipsoꝝ salutē procurabat etiā in modo docēdi. Unde dicit. Sive enī mente ⁊c. Quod exponit dupliciter. Uno modo sic. vt aplus dicat se excedere quādo loquitur eis cōmendando se sobriū esse quādo loquit de cōmendatione ꝓpria. ꝑm hoc dicit. Quocūq; modo doceam⁹. vel est honor dei. vel vtilitas ꝓximi. quia si excedimus mente id est cōmendamus nos. deo scz est id est ad honorē dei vel de seruādo iudicio dei sive sobrij sumus id est non alta dicamus de nobis. Hoc est vobis id est ad vtilitatē vestrā. Sed aliter ⁊ est magis litteralis sensus. Dico q̄ damus vobis occasionē gloriandi ꝓ nobis. quia nos in omnibus que facimus ⁊ etiā in modo faciēdi intendimus bonū vestrum. Unde sciendū est q̄ apostoli sunt medij inter deū ⁊ populū. Deutro. 5. Ego sequester ⁊ medius fui ⁊c. Oportebat ergo q̄ haurirēt a deo quod effunderēt populo. Et ideo necessariū erat q̄ quādoq; eleuarent se per cōtemplationē in deū ad percipiendū celestia. quādoq; conformarēt se populo ad tradendū que a deo perceperant. ⁊ hoc totū in eoꝝ vtilitatē cedebat. Et ideo dicit. Sive enī excedimus mēte. id est eleuamur ad hoc q̄ percipiamus dona gratiarū ⁊ hoc vt deo scz vniamur qđ fit per excessū rerū temporaliū. ꝑs. Ego dixi in excessu meo. Dyo⁹. Est enī extasim faciens diuinus amor ⁊c. Sive sobrij simus id est cōmensuremus nos vobis tradēdo diuina precepta hoc est vobis. id est ad vtilitatē vestrā. Sobrietas enim idē est qđ cōmensuratio. Bria enī in greco idē est qđ mēsura. Nec sobrietas nō opponit ebrietati que est de vino que ad bella trahit in terra. sed opponit ebrietati que est a spiritu sancto que rapit hominē ad diuina de qua dicit Cant. 5. Bibite amici ⁊ inebriamini carissimi. Nam illa scz sobrietas est ꝓpter vtilitatē proximi. sed hec ebrietas est ꝓpter amorē dei. Huiusmodi aūt descensus signatus est per descensum angeloꝝ per scalam quā vidit Jacob. Geñ. 28. Job. 1. Videbitis celū apertū ⁊c. ¶ Consequēter ē dicit. Caritas autē xp̄i ⁊c. Subiūgit apostolus causaz premisse sollicitudinis. que quidē est caritas xp̄i. Circa hoc autē duo facit. Primo ostendit se vrgeri a caritate xp̄i: ad procurandā salutez proximoꝝ. Scō ostendit vnde prouocet caritas xp̄i in ipo ibi. Estimantes hoc ⁊c. Dicit ergo. Dico q̄ sive excedim⁹ deo sive sobrij simus vob̄

est ad vtilitatē vestraz. Et huiꝰ causa est. quia caritas xpi vrget nos ad hoc. Et dicit vrget quia vrgere idem est qđ stimulare. Quasi dicat. Caritas xpi quasi stimulꝰ stimulat nos ad faciendū ea que caritas imperat vt scz ꝓcuremus salutē proximorū. Hic est effectus caritatis. Ro. 8. Qui spiritu dei aguntᵘ id est agitantᵘ ꝛc. Canti. 8. Lampades eius vt lampades ignis ꝛc. Unde autē proueniat iste stimulus caritatis. ostendit cōsequenter subdēs. Estimātes hoc quoniā si vnus ꝛc. Et primo assignat rationez huius. Scđo exponit ibi. Et ꝓ omnibus mortuus est ꝛc. Dicit ergo. Dico qꝛ oīa pro vobis facimus qz vrget nos caritas xpi. quia estimamꝰ qꝛ si vnus scz xps pro oīnibus mortuus est: qꝛ etiā nos ita viuamus id est ad vtilitatē vestrā qꝛ etiā nobis mortui simus id est nihil curemꝰ de nobis. sed de xpo ꝛ de his que xpi sunt. Et hoc est quod dicit Si vnus ꝛc. Ro. 5. Cōmendat deus suam caritatē in nobis ꝛc. 1ᵉ. Petri. 2°. Xpus passus est ꝓ nobis ꝛc. Quod ergo infert. Ergo omnes mortui sunt. exponit tribus modis. Primo vt dicat omnes mortui sunt morte peccati in adam. Non enī esset necessariū qꝛ xpus pro omnibꝰ morꝛet nisi omnes mortui fuissent morte peccati in adam. 1ᵉ. cozinth. 15. Sicut in adā omnes ꝛc. Scđo vt dicat. Omnes mortui sunt scz veteri vite. Xpus enī mortuus est ad delenda peccata. Ergo oēs debent mori veteri vite. scilicet peccāti ꝛ viuere vita iusticie. Ro. 6. Qꝛ enim mortuus est peccato ꝛc. ita ꝛ vos estimate vos mortuos esse ꝛc. Tercio ꝛ magis litteraliter. Ergo mortui sunt omnes id est ita debet se quilibet reputare ac si esset mortuꝰ sibijpsi. Col. 3. Mortui estis ꝛc. Et hunc modum exponit consequēter cum dicit. Et pro omnibus mortuus est xpus. 1ᵉ. Joh. 2°. Mortuus est vt viuamus christo. Unde subdit. Ut ꝛ qui viuit scilicet vita naturali. tam nō sibi viuat id est nō propter seipm ꝛ ꝓpter bonū suum tantū. sed ei qui pro ipis mortuus est ꝛ resurrexit scz xpo. id est totā vitaz suā ordinet ad seruitiū ꝛ honorē xpi. Hal. 2. Viuo ego iaz non ego ꝛc. Eccl. 29. Fratiā fideiussoris tui ne obliuiscaris ꝛc. Et hoc ratio est quia vnusqsqz operās sumit regulam operis sui a fine. Unde si xpus est finis vite nostre vitam nostrā debemus regulare nō fm voluntatē nostram sed fm voluntatē xpi. Sic enim ꝛ xpus dicebat. Joh. 6. Descendi de celo nō vt facerē voluntatē meam ꝛc. Nota autē qꝛ duo dicit scz qꝛ mortuus est xpus ꝛ qꝛ resurrexit ꝓ nobis. Ubi duo exiguntur a nobis. Quia enim mortuus est pro nobis ꝛ nos debemus mori nobismetipīs id est ꝓ ipo abnegare nosipos. Unde dicebat. Luc. 9. Qui vult venire post me abneget semetipm ꝛc. Quia vero xpus resurrexit pro nobis. ꝛ nos debemus ita mori peccato ꝛ veteri vite ꝛ nobisipsis. qꝛ tamen resurgamus ad nouam vitam xpi. Rom. 6. Quomodo xps surrexit a mortuis per gloriā patris ita ꝛ nos in nouitate ꝛc. Et ꝓpter hoc dominus nō dixit solum abneget semetipm ꝛ tollat crucē suam. sed addidit ꝛ sequat me scz in nouitate vite proficiendo in virtutibus. ps. Ibūt de virtute in virtutē ꝛc.

Lectio quarta.

Itaqꝫ nos ex hoc neminez nouimus scōm carnē. Et si cognouimus scōm carnē xpm iam nouimus: Si qua ergo in xpo noua creatura vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua.

Posito quomodo sancti ꝓparant se ad susceptionē glorie celestis placendo deo ꝛ proficiendo proximo. hic consequēter ostendit quomodo ꝓparant se ad hoc idem abdicando a se carnalē affectuz. Et circa hoc tria facit. Primo ponit abdicationē carnalis affectus Secūdo excludit instantiam. ibi. Et si cognouimus ꝛc. Tercio concludit intentum. ibi. Si qua ergo in christo ꝛc. Dicit ergo primo. Exquo ergo adeo certi sumus de gloria eterna. Ita qꝛ nos ex hoc neminē scōm carnem nouimus. Ubi nota qꝛ scōm carnem est quedā determinatio. ꝛ potest dupliciter exponi: scōm qꝛ dupliciter cōstructio fieri potest. Uno modo vt ly scōm carnem construatur cum hoc accusatiuo neminē. ꝛ sic exponit glo. Neminem scōm carnem. id est carnaliter viuentem approbamus. Exquo enim quilibet debet mori: non approbamus eum qui carnaliter viuit. Et hoc modo accipit caro. Rom. 8. Uos autem in carne non estis ꝛc. Alio modo neminē scōm carnem. id est fm carnales legis obseruantias viuentē nouimus. id est approbamus: ꝛ hoc modo accipit caro. Phil. 3. Qui confidunt in carne. id est in carnalibus legis obseruantijs ꝛc. Tercio neminē scōm carnē. id est scōm carnis corruptionem nouimus. id est reputamus. Licet enim fideles adhuc carnem corruptibilē gerant tamen in spe iam habēt corpus incorruptibile. Unde nō reputant se scōm qꝛ modo carnem corruptibilē habent sed scōm qꝛ habituri sunt corpus incorruptibile. Hoc modo accipit caro. 1ᵉ. cozint. 15. Caro ꝛ sanguis regnū dei nō possidebūt. Alio modo potest construi vt ly scōm carnē construat cum hoc verbo nouimus. Et sic est sensus. Dico qꝛ exquo non debemus nobis viuere sed ei qui ꝓ nobis mortuus est. itaqꝫ nos ex hoc neminē scōm carnem nouimus. id est nō sequimur in aliquo carnalē affectum nec aliquez hoc modo reputamus. Et hoc modo accipit illud Deut. 33°. Qui dixerit patri suo ꝛ matri nescio vos ꝛc. Et sic ly scōm carnem refertur ad cognoscentē. sed in prima expositōe referebatur ad cognitū. Quia vero aliquis posset dare instantiam de xpo quod saltem cognouisset eum scōm carnē. ideo consequēter hoc remouet dicens. qꝛ si cognouimus ꝛc. Circa quod sciendū est qꝛ manicheus adducebat verba ista pro se in fulcimentū sui erroris. Ipe enim dicebat xpm nō habuisse verū corpus. nec fuisse ex semine dauid natū. Et sic August. dicit in libro cōtra faustum. Si quis cōtra eum allegaret verbū apostoli ad Ro. 1. Qui factus est ei ex semine dauid scōm carnē, ꝛ illud. 1ᵉ. Thi. 3. Et manifeste magnū est pietatis sacramētū quod manifestatū est in carne ꝛc. ꝛ. 2ᵉ. Thi. 2°. Memor esto dominū iesum xpm resurrexisse a mortuis ex semine dauid ꝛc. Respondebat qꝛ apostolus aliquādo fuerat huiꝰ opinionis scz qꝛ fuisset ex semine dauid ꝛ qꝛ verū corpus habuisset: sed postea hanc opinionē mutauit ꝛ correxit se hic. Unde dicebat Et si cognouimus scōm carnem xpm id est si fuerimus aliquādo huius opinionis qꝛ xpus habuisset veram carnē. sed nūc iam nō nouimus id est modo mutauimus illā opinionē et non credimus ita. Quod quidē dupliciter improbat Augusti. primo quia de eo quod falso putamus nullus dicit nouimus sed opinamur. Cū ergo apostolꝰ vtatur hic hoc verbo cognouimꝰ videtur qꝛ nō aliquādo falso putauerit Secundo quia supra apostolus dicit. Neminē nouimus scōm carnem. Si ergo verū esset quod dicit Manicheus apostolus nullū cognosceret habere verum corpus. quod est falsum. Est ergo falsū quod manicheus dicit. Et ideo aliter est exponendū scōm veritatē ꝛ dupliciter. Uno modo vt sumat hic caro pro corruptiōe carnis. 1ᵉ. cozinth. 15 Caro ꝛ sanguis ꝛc. Et tūc est sensus. Et si cognouimꝰ aliquando xpm scōm carnem id est habere eū carnem corruptibilē ante passionem. sed nūc iam non nouimus scz eum habere carnē incorruptibilē. qz Rom. 6. dicitur xpus resurgens ex mortuis iam nō moritur ꝛc. Alio modo scōm glo. vt ly si aliquādo scōm carnem xpm cognouimus referatur ad statū pauli ante conuersionē ad xpm. Quod vero sequit sed nūc iam non nouimus, referatur ad statum

116

eius post cõuersionẽ. Et sic est sensus. Et ego ꝛ alij iudei infideles aliquando idest ante conuersionẽ meã cognouimus xp̃m scõm carnẽ. id est scõm ꝙ carnaliter opinati sumus de xp̃o scz eum esse tantũ hominẽ et ꝙ venit tantum ad carnales obseruantias legis. sed iam id est postꝫ conuersus sum nõ nouim⁹. id est hec opinio cessauit. Ymmo credo ꝙ sit verus deus ꝛ ꝙ non sit colendus per carnales obseruantias. Unde dicebat. Gal. 5. Si circumcidimini xp̃us nihil vobis ꝓderit. Potest ꝛ aliter exponi: vt hoc quod dicit ꝛ si cognouimus ꝛc. dicat apostol⁹ in persona omniũ apostolorꝫ xp̃i: et sic videtur respõdere vltime expositiõi huius quod dicitur neminẽ cognouimus. Unde sciendũ est ꝙ August. exponẽs illud. Joh. 16. Expedit vobis vt ego vadam. Ubi ratio dñi ad hoc subdit. si eñ non abiero paraclytus non veniet ad vos. Dicit ꝙ hoc ideo erat quia discipuli carnaliter amantes xp̃m afficiebantur ad ip̃m sicut carnalis homo ad carnalẽ amicum. et sic nõ poterant eleuari ad spiritualẽ dilectionẽ que etiam ꝓ absente multa facit pati. Ut ergo radicaretur in eis affectus spiritualis qui est a spiritu sancto ꝛ cessaret carnalis: dixit eis domin⁹. Pax vobis ꝛc. Hoc ergo apostol⁹ in persona omniũ discipulorũ cõmemorans dixit. Et si cognouimus id est si adhesimus xp̃o aliquãdo scz quãdo nobiscuz erat presentia corporali scõm carnem. id est scõm carnalẽ affectum sed iam nõ noui id est iam iste affectus cessauit a nobis per spiritũ sanctum qui datus est nobis. ¶ Consequenter cũ dicit. Si qua igit̃ in xp̃o ꝛc. Ex premissis concludit quendã effectum esse consecutũ scz nouitatis in mũdo. et ideo dicit. Si qua igitur. id est si aliqua in xp̃o. id est in fide xp̃i. vel per xp̃m noua creatura est facta Gal. 5. In xp̃o iesu neꝫ prepuciũ neꝫ circũcisio ꝛc. Ubi notandum ꝙ innouatio per gratiã dicit creatura. Creatio enim est motus ex nihilo ad esse. Est autẽ duplex esse: nature ꝛ esse gratie. Prima creatio facta fuit qua creature ex nihilo producte sunt a deo in esse nature. ꝛ tunc creatura erat noua. sed tamen ꝓ peccatũ inueterata est. Tren. 3. Uetustam fecit pellẽ meam ꝛc. Oportuit ergo esse nouã creationẽ per quam producerent in esse gratie. que q̃dez creatio est ex nihilo. quia qui gratia carẽt nihil sunt. 1ª. cor. 13. Si nouerim mysteria omnia ꝛc. caritatẽ autem nõ habeam ꝛc. Job. 18. Habitẽt in tabernaculo illius socij ei⁹ qui non est. i. peccati. Aug⁹. Peccatũ eñ nihil est. ꝛ nihil fiũt homines cũ peccant. Et sic patet ꝙ infusio gratie est quedaz creatio. Si ergo aliqua creatura facta est noua per ip̃m: vetera transierũt ei. Hoc quidem sumptũ est Leuitici. 26. vbi dicit Mouis superueniẽtibus vetera ꝓiicietis. Ex quo sic argumentabãt. Si oñia noua facta sunt et scõm legem nouis superueniẽtibus vetera sunt ꝓiicienda ergo si qua creatura est: vetera transierũt ei. id est transire debẽt ab eo. vetera autẽ que transire debẽt sunt legalia. Ro. 7°. Seruiamus in nouitate spiritus. ꝛ nõ in vetustate littere. Item errores gentiliũ. Esa. 26. Uetus error abij ꝛ. Item corruptiões peccati. Rom. 6. Uetus homo noster ꝛc. Quib⁹ quidẽ in nobis transeũtibus virtutes cõtrarie bijs vicijs debent in nobis innouari. Apoc. 21°. Et dixit qui sedebat in trono. Ecce noua facio oĩa.

Lectio quinta.

OMnia autem ex deo qui nos reconciliauit sibi per xp̃m: et dedit nobis ministeriũ reconciliationis. Quoniam quidem deus erat in xp̃o mũdum reconciliaus sibi. non reputans illis delicta ipsorum. ꝛ posuit in nobis verbum recõciliationis. Pro xp̃o ergo legatione fungimur tanq̃ deo exhortante per nos Obsecramus pro xp̃o: reconciliamini deo. Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatũ fecit: vt nos efficeremur iusticia dei in ipso.

Postꝫ apostolus in superiorib⁹ tractauit de premio sanctorꝫ ꝛ de preparatiõe ad susceptionẽ eius: hic consequẽter agit de causa vtriusq̃. Et circa hoc tria facit. quia primo ostendit auctorẽ omniũ predictorꝫ esse deum. Secũdo cõmemorat beneficiũ a xp̃o collatum. ibi. Qui reconciliauit ꝛc. Tercio beneficij vsum. ibi. Pro xp̃o ergo legatione ꝛc. Dicit ergo. Dixi ꝙ intendimus salutẽ proximorꝫ ꝛ vetera transierũt. sed hec omnia sunt nobis ex deo patre. vel ex deo auctore. Rom. 11. Ex ip̃o et in ip̃o ꝛ per ipsum sunt omnia Jaco. 1. Omne datũ optimũ ꝛc. Sequit̃ beneficiũ susceptũ a deo ibi. Qui reconciliauit ꝛc. Ubi primo ponit ip̃m beneficiũ collatum. Secũdo exponit ibi. Quoniã quidem deus ꝛc. Cõmemorat autẽ duplex beneficiuz per xp̃m collatũ. Unuz cõmune. aliud speciale. Cõmune quidem toti mũdo scz recõciliationis ad deum. ꝛ hoc est quod dicit. Qui scz deus pater recõciliauit. id est pacificauit nos sibi ꝛ hoc per xp̃m. id est per incarnatũ verbuz. Homies enim erant inimici dei ꝓpter peccatũ. xp̃us autem hanc inimicitiã abstulit de medio: satiffactiõe pro peccato. Et fecit concordiã. Col. 1°. Pacificans per sanguinem crucis eius siue que in terris: siue que in celis ꝛc. Et ideo dicit. per xp̃m. Rom. 5. Recõciliati sumus deo per mortẽ ꝛc. Speciale autẽ beneficiũ est apostolis collatum scz ꝙ ipi sint ministri huius reconciliatiõis. Unde dicit. Et dedit nobis aplis vicarijs xp̃i ministeriũ huius reconciliatiõis. Supra. tercio Mistros nos elegit ꝛc. ꝑs. Sciant mõtes id est apostoli pacẽ populo scz a domino. ¶ Consequẽter cũ dicit. Quoniã quidẽ ꝛc. Exponit quo dixit. primo primũ. Scõo secundũ. ibi. Posuit in nobis ꝛc. Dicit ergo. Dico ꝙ deus recõciliauit nos sibi. et hoc modo. Inimicitie eñ inter deuz ꝛ hominẽ erant ꝓpter peccatũ. vt dictũ est. scõm illud Esa. 59. Peccata vestra diuiserũt ꝛẽ Destructo ergo peccato per mortẽ xp̃i. inimicitie iã solute sunt. Et hoc est quod dicit. Quoniã quidẽ deus erat in xp̃o per vnitatẽ essentie. Joh. 14. Ego in patre ꝛ pater in me est. Uel deus erat in xp̃o per xp̃m mundum sibi recõcilians. Ro. 5. Reconciliati sumus deo ꝛc. Et hoc nõ reputans illis delicta ip̃orꝫ. id est non habens in memoria illorꝫ delicta tam actualia ꝙ originalia ad puniendũ: pro quibus xp̃us plene satiffecit. Et scõm hoc dicitur nos recõciliasse sibi inquantũ nõ imputat delicta nostra nobis. ꝑs. Beatus vir cui nõ imputabit domin⁹ peccatũ. ¶ Consequẽter cũ dicit. Et posuit in nobis ꝛc. Exponit secundũ scz de beneficio aplis collato. Quasi dicat Hoc modo dedit nobis ministeriũ recõciliatiõis quia posuit in nobis verbũ reconciliatiõis. id est dedit virtutẽ et inspirauit in cordibus nostris vt annũcienmus mũdo hanc reconciliationẽ esse factam per xp̃m. Et hoc faciẽdo inducimus homies vt conformẽt se xp̃o per baptismũ. Je. 1°. Ecce dedi verba mea ꝛc. ¶ Consequẽter cum dicit. Pro xp̃o ergo legatiõe ꝛc. Ostendit vsum beneficij ꝛ primo ꝙtum ad secundũ beneficiũ collatũ apostolis. Scõo ꝙtum ad primũ collatũ omnibus. ibi. Obsecramus pro xp̃o ꝛc. Dicit ergo. Exquo deus posuit verbũ reconciliatiõis debemus eo vti. Et hoc est ergo ꝙ fungimur legatione pro xp̃o id est sumus legati xp̃i. Ephe. 6. Pro quo legatione fungimur in cathena ista ꝛc. Et ydoneitas ad hãc legationem est nobis ex virtute dei que est in me. Et ideo dicit. Tanꝫ deo exhortãte per nos: quia deus qui in nobis loquitur dat nobis ydoneitatẽ ad hanc legationẽ. Matth. 10. Non vos estis qui loquimini ꝛc. Infra. 13°. An expes

rimentum queritis eius qui in me ꝛc. ¶Consequenter cum dicit. Obsecramus ꝛc. Subdit quantuz ad vsum pximi beneficij. Et primo inducit ad vsum. Secundo ostēdit vnde assit nobis facilitas ad ipsum vsum ibi. Cum enim qui ꝛc. Dicit ergo. Exquo deus fecit reconciliationē: et nos sumus legati dei in hoc obsecramus ꝛc. Blande alloquitur cum posset imperare. 2. Ti. vltimo. Argue. obsecra. increpa ꝛc. Ad phile. ℘Potestatem habens imperandi ꝛc. Obsecramus inquā ꝑ christo id est ꝓpter amorem christi reconciliamini deo. Videtur aūt hoc esse contrariū ei quod dicit q deus reconciliauit nos sibi. Si ergo ipse reconciliauit quid necesse est vt nos reconciliemur. Jam eñ reconciliati sumus. Ad hoc dicendū q deus reconciliauit nos sibi vt causa efficiens scz ex parte sua. sed vt sit nobis meritoria: oportet etiam q fiat reconciliatio ex parte nostra. Et hoc quidem fit in baptismo et in penitentia. ⁊ tunc cessamus a peccatis. Unde autez assit nobis huiusmodi facultas reconciliandi deo ostendit ex hoc scz q dedit nobis potestatem iuste viuendi qua possum⁹ abstinere a peccatis: et hoc faciēdo reconciliamur deo. Et ideo dicit. Eum qui non ꝛc. Quasi dicat. Bene potestis reconciliari. quia deus scilicz pater eum scilicet christuz qui non nouerat peccatum. 1. ℘e. 2. Qui peccatuz non fecit ꝛc. Jo. 8. Quis ex vobis arguet me ꝛc. ¶℘ro nobis fecit peccatuz. Quod tripliciter exponit. Uno modo quia consuetudo veteris legis est vt sacrificium ꝓ peccato peccatum nominet Osee. 4. ℘eccata populi mei comedent id est oblata ꝑ peccato. Tūc est sensus. Fecit peccatum id est hostiam vel sacrificium ꝑ peccato. Alio modo quia peccatum aliquando sumitur ꝑ similitudine peccati vel ꝑ pena peccati. Ro. 8. Misit deus filium suuz in similitudine peccati ꝛc. id est de similitudine peccati damnauit peccatum. Et tunc est sensus. Fecit peccatum id est fecit eum assumere carnem mortalem ⁊ passibilem. Tertio modo quia aliquando dicitur hoc esse hoc vel illud nō quia sit: sed quia opinant homines ita esse. Et tūc est sensus. Fecit peccatum id est fecit eum reputari peccatorez. Esa. 53. Cum iniquis reputatus est. Et hoc quidem fecit vt nos efficeremur iusticia id est vt nos qui peccatores sumus efficeremur non solum iusti: immo ipsa iusticia id est iustificaremur a deo: vel iusticia quia non solum nos iustificauit: sed etiam voluit q per nos alij iustificarent. Justicia dico dei non nostra. Et in christo id est per christū. Uel aliter vt ipse christus dicatur iusticia. Et tunc est sensus. vt nos efficeremur iusticia id ēvt inhererem⁹ christo per amorem ⁊ fidem: qui christus est ipsa iusticia. Dicit autē dei vt excludat iusticiam hominis que est qua homo confidit de ꝓprijs meritis Ro. 10. Ignorantes dei iusticiam ꝛc. In ipso scz xp̄o id est ꝑ christum. qz ipse factus ē nobis iusticia. 1. cozin. 1.

Incipit capitulum sextū

HDiuuantes autez exhortamur ne inuacuum gratiam dei recipiatis. ait eniz tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionez vt non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. In multa patientia. in tribulationibus. in necessitatibus. in angustiis. in plagis. in carceribus. in seditionibus. in laborib⁹. in vigilijs. in ieiunijs.

Supza apostolus cōmendauit ministerium apostolatus: hic cōsequenter ipsum ministeriū sibi cōmissuz ad vtilitatem subditorum exequit. Et circa hoc duo facit. ℘primo hortat eos in generali ad oīa que cōmuniter sunt necessaria ad bonā vitam. Secundo hortat eos de quodā speciali suffragio fiendo sanctis in hiernsalem. et hoc octauo ca ibi. Notū aūt vobis facim⁹ frēs ꝛc. Circa ꝓmū aūt duo facit. ℘primo hortat eos ad bona presentia. Secundo cōmendat eos de bonis in ꝑterito factis. ⁊ hoc septimo ca. ibi: Has igit habentes ꝓmissiones ꝛc. Circa ꝓmū tria facit. ℘primo hortat in generali q gratia dei non vrat̄ in uanum. Secūdo ostēdit gr̄am dei eis esse collatā ibi. Ait eñ tempore accepto ꝛc. Tertio docet eos in speciali modum vtendi dicta gratia ibi. Nemini dantes vllam offensionem ꝛc. Dicit ergo ꝓmo. Exquo facultas adest nobis ad bene opandum ⁊ hoc ē gr̄a dei. nos aūt ad hoc ꝑ xp̄o legatione fungimur. Jdeo adiuuātes nos scz ꝑdicationibus exemplis ⁊ exhortationib⁹. ℘uer. 18. Frater q̄d adituat a fratre ꝛc. Uel adiuuātes scz deū. 1. cozin. 3. Adiutores dei sumus. Sz ꝓtra Esa. 40. Quis adiuuit spm̄ dñi ꝛc. Non ergo bene dicit. Adiuuātes deum. Rñsio. q iuuare deuz pot est intelligi vel ei vires ministrare ad aliq̄d agendum ⁊ sic nullus iuuat deum nec iuuare potest. Uel eius mandatū exequi: ⁊ sic sancti hoies deuz iuuare dicūt exeq̄ndo eius mandata. Nos inq̄ sic iuuantes hortamur vos. Ro. 12. Qui exhortat ꝛc. Hoc scz exhortamur ne in uacuum gratiam dei recipiatis. Quasi dicat. Ne receptio gratie sit vobis inutilis ⁊ vacua. Quod tunc contingit quādo ex perceptionee gratie quis non sentit fructuz. Qui quidē duplex est scz remissio peccatoꝝ Esa. 27. Hic est oīs fructus ꝛc. Et vt homo iuste viuē do ꝓueniat ad gloziam celestem. Ro. 6. Habetis fructū vestrū ꝛc. Quicūq; ergo gratia ꝓcepta non vtit̄ ad vitandū peccata ⁊ cōsequendū vitam eternam: hic gratiā dei in vanum recipit phil. ⁊. Non in vacuū cucurri ꝛc. Et ne aliquis dubitaret de ꝓceptione hui⁹ gratie a deo. ideo consequēter aplūs ꝓbat eos iam recepisse gratiam hanc: vel paratā habere ad recipiendū dicens. Ait eñ tempore ꝛc. Et circa hoc duo facit. ℘primo inducit auctoritatē ꝓphete. Secundo inducta adaptat ad ꝓpositum ibi. Ecce nūc tempus ꝛc. Dicit ergo primo. Dico q paretis vos ad fructuose ꝓcipiendus gratiā q̄ vobis est collata vel parata. Ait eñ dñs per Esa. 49. Tempore accepto ꝛc. Circa qō sciēdū est q dom⁹ dicit facere nobis gr̄am vel exaudiendo nos in petitionibus nostris. vel iuuando in opationib⁹ nostris. sed exaudit vt ꝓcipam⁹ qō petimus. Jac. 1. Si quis indiget sapientia postulet ꝛc. Adiuuat vt ꝓficiam⁹ qō operamur. ꝑs. Nisi q dom⁹ adiuuit me ꝛc. Et hec duplex est gr̄a: ꝓueniens scz ⁊ coopans vel subsequēs que quidē necessaria est nobis ad obtinendum. Et ꝓmo gratiā ꝓueniente quam optare debemus vt simus accepti a deo. ꝑs. ℘ro hac orabit ad te oīs sanctus. Et ꝑtum ad hoc dicit. In tempore accepto id est acceptionis ⁊ gratificationis. hoc eñ accepto fit quod gatis fit. Ro. 4. Beatitudinem hominis cui deus accepto fert iusticiam ꝛc. Exaudiui te id est acceptaui te. Uel in tempore accepto id est in tempore gratie. Et hoc modo gratia ꝓueniens dicitur illa per quam liberamur a peccatis. Gratia vero subsequens dicitur per quam virtutes nobis et perseuerantia in bono conferuntur. Secundo necessaria est nobis gratia cooperans et hanc petebat. ꝑs. Et misericordia eius subsequatur me ꝛc. Et quātum ad hoc dicit: In die salutis adiuui te. Tempus enim ante christum non fuit dies sed

Explanatio sancti Thome

nor. Ro. 13. Nox precessit ꝛc. Sed tempus christi dicitur dies: et non solum dies sed dies salutis. Ante enim non erat salus: quia nullus ad finem salutis perueniebat. scz ad visionem dei. sed modo quando iam nata est salus in mundo homines salutez sequunt. Matth. j. Vocabis nomen eius Jesum. Ipse enim saluum faciet populum ꝛc. j. Pe. 4. Operamini vestram salutez. Et hoc fit auxilio gratie cooperantis qua per nostra opera peruenimus ad vitam eternam ℣philipen. 2. Deus est qui operatur. ꝛc. ¶ Consequenter auctoritatē inductam adaptat ad ꝓpositum dicens. Ecce nūc ꝛc. Quasi dicat. Hec que dixit dominus de tempore gratie ꝑ ꝓphetē implenē modo. q̄a ecce nunc tempus acceptabile id ē gratificatiōis ꝑ quaz exaudimur a deo. qz iam venit plenitudo temporis scz incarnationis xpi. Gal. 4. Et hoc ꝙtum ad ꝑmām partem auctoritatis. pē. Tempus beneplaciti deus. Ecce nunc dies salutis: in quo scz adiuti gratia cooperante possum⁹ operari ad consequendū salutem eternam Jo. 9. Me oportet operari ꝛc. Gal. 6. Dum tempus habem⁹ ꝛc. ¶ Cōsequenter cum dicit. Nemini dantes ꝛc. Docet modū vtendi gratia eis collata. Et ꝑmo in generali qualiter scz inuacuum nō recipiat. Secūdo in speciali ibi. In multa patiētia ꝛc. Dicit ergo. sic vtendū est gratia vt dantes nemini vllam offensionē. Nam gratia ad duo dat: scz ad vitandū mala et ad operandū bona. Et ideo duo docet: vt scz vitemus mala et ꝙtuz ad hoc dicit. Nemini dantes ꝛc. quod potest dupliciter exponi. Uno modo vt referat ad apl̄os. quasi dicat. Nos adiuuantes vos exhortamur. Nos dico nemini vllam dantes offensionem. qz si ꝑ malā vitam aliquos offenderemus vituperaretur ministeriuz nostrum ⁊ contemneretur predicatio nostra. Ro. 2. Nomen dei per vos blasphematur Gregorius. Cuius vita despicitur restat vt eius predicatio contemnatur. Unde publicus et famosus peccator cauere debet sibi ne predicet als peccat. pē. ℣peccatori autē dixit deus ꝛc. Alio modo vt referat ad subditos. q̄si dicat. Hortamur vos ne inuacuū ꝛc. Nos dico nemini dantes vllam ꝛc. id est non faciētes aliquid vnde alij scandalizenť. 1. Cozin. 10. Sine offensione estote ꝛc. Ro. 14. Nō ponatis offendiculuz ꝛc. Et ratio hui⁹ est vt non vituperet ꝛc. id est ita reprehēsibiliter vos habeatis vt ministeriū nostruz id est apl̄atus noster nō vituperet. Quando em̄ subditi male se habent vituperiū est prelatis. 1. ℣pe. 2. Conuersationē vestrā inter gentes ꝛc. Uel vt non vituperetur cōmune ministeriuz quo ad vos et nos q̄ sumus ministri dei. Nos dico sum⁹ ministri dei ad exequendū voluntatem eius in nobis ⁊ in alijs. Sed vos ad exequendū voluntatem eius in vobis tantū Esa. 61. Uos sacerdotes dñi vocabimini ꝛc. ¶ Consequenter cum dicit. Sed in oñibus exhibeam⁹ ꝛc. Docet eos modum vtendi percepta gratia ꝙtum ad bona operāda. Dicit ergo. Memini demus vllaz offensionē. sed exhibeam⁹ nos ⁊ vos opere ⁊ sermone in omnib⁹ q̄ ad virtutes pertinent tales quales debent esse ministri dei. vt scz cōformemus nos deo faciendo eius voluntatē. Ecc. 10. Fm iudicē populi: sic ⁊ ministri eius. 1. cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros ꝛc. ¶ Consequenter cum dicit. In multa patientia ꝛc. Ostendit in speciali quō nos debemus exhibere sicut dei ministros in vsu gratie collate. Et hoc ꝙtuz ad tria. ℣Primo ꝙtum ad exteriorē operationē. Secundo ꝙtum ad maiorem deuotionē ibi. Os nostrum patet ꝛc. Tertio ꝙtum ad infidelium vitationez ibi. Nolite iugū ducere ꝛc. Circa ꝑmū tria facit: fm tria in quib⁹ consistit operatio exterior. ℣Primo em̄ consistit in sufferentia malorū. Et ꝙtuz ad hoc dicit. In multa patientia ꝛc. Secūdo in operatione bonorū. ⁊ ꝙtum ad hoc dicit. In castitate ꝛc. Tertio in mutua cooperatione bonor ad mala. ⁊ ꝙtum ad hoc dicit. ℣per arma iusticie ꝛc. Est ergo necessaria in malis sustinendis virtus patientie. Unde dicit In multa patientia ꝛc. Ubi tria facit. ℣Primo inducit ad patientiaz Et hoc qz in ps. legit. Bene patientes erunt vt annunciēt Et ꝙtum ad hoc dicit. In multa patientia puer. 19. Doctrina viri ꝑ patientiā noscit. Luc. 21. In patiētia vestra possidebitis animos vestras. Dicit in multa id est ꝓpter multas tribulationes que occurrūt. Secūdo ostendit viā patientie in generali ⁊ hoc in supuentione malor. Unde dicit. In tribulationib⁹ Ro. 12. In tribulatione patientes. Act. 14. ℣per multas tribulatiōes ꝛc. Et in defectu necessarior. Unde dicit. in necessitatib⁹ scz eorū que sunt necessaria ad vitam. pē. De necessitatibus meis ꝛc. Tertio ostendit materiā patientie in speciali. Et ꝑmo in his q̄ pertinent ad tribulationes que sunt volūtarie ⁊ hoc ꝙtū ad tribulationes que ꝑtinent ad animā et sic dicit. In angustijs scz cordis: quādo scz sic artat aduersis vt non pateat via euadēdi Heb. 11. Angustiati afflicti ꝛc. Itē quātū ad tribulationes que sunt in corpore et sic dicit. In plagis scz illatis ab alijs. Et carceribus Act. 16. Cum multas plagas ei tulissent ꝛc. ifra. 11. In carceribus abūdāti⁹: in plagis supra modū ꝛc. In seditionib⁹ scz toti⁹ ppli comoti act. 19. ℣periclitamur argui seditiōis hodierne ꝛc. Secundo in his que ꝑtinent ad necessitates. Necessitas aūt aliquādo est volūtaria. Et sic dicit. In laborib⁹ ꝓpria manu operando apud corinthios qz aliari erāt ne eos grauaret sumptibus. Et apud thessalonicen. qz erant ociosi vt daret exemplum exercitij. Act. 11. Ad ea que mihi op⁹ erant ꝛc. In vigilijs ꝓpter predicationes infra. 11. In vigilijs in ieiunijs aliquādo voluntarijs: aliquādo inuolūtarijs ꝓpter penuriā. 1. cozin. 9. Castigo corpus meū ꝛc. Sed contra hoc est quod dicitur. Matth. jj. Jugum meū suaue est. Hic vero dicit in tribulationib⁹ multis ꝛc. Nō ergo suaue sed grauissimū. Respondeo. Hec sunt in seipsis aspera. sed propter amorem et interiorē feruorem spiritus dulcorant Unde aug. Oñia grauia ⁊ inumania facilia ⁊ ꝓpe nulla facit amor.

Lectio secunda.

In castitate: in scientia. in longanimitate. in suauitate. in spūssancto. in caritate nō ficta. in verbo veritatis. in virtute dei. ℣per arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris. ℣per gloziā ⁊ ignobilitatē. ꝑ infamiā ⁊ bonā famā. Et seductores ⁊ veraces. sicut qui ignoti ⁊ cogniti. Quasi morientes ⁊ ecce viuimus. vt castigati ⁊ non mortificati quasi tristes. semp autē gaudētes. sicut egentes multos aūt locupletantes. stanq̄ nihil habētes: ⁊ oñia possidentes.

℣positis his que ꝑtinent ad tolerantiam malorum: ponit consequenter ea que ꝑtinent ad obseruantiam bonorum. Bonitas autem operis consistit in tribus. In perfectione virtutum. et hoc pertinet ad cor. In veritate locutionis. et hoc pertinet ad os. In virtute operis: et hoc pertinet ad opus. ℣Primo ergo ostendit apostolus qualiter se habeant in his que pertinent ad perfectionē virtutuz: que consistunt in corde. Secundo in his que ad virtutem oris ibi. In verbo veritatis. Tertio in his que pertinent ad ꝑfectionem operis ibi. In virtute dei. Circa primuz ponit quattuor virtutes. Et primo virtutem castitatis que maximū locum tenet in virtute temperantie. et ꝙtū ad hoc di

eit in castitate scz mentis ⁊ corporis. Ubi notandū est q̄ immediate post multos labores vigilias ⁊ ieiunia subdit de castitate. qz q̄ vult habere virtutē castitatis necesse habet laborib⁹ dari vigilijs insistere et macerari ieiunijs. 1. corin. 9. Castigo corpus meū: et in seruitutem redigo ⁊c. Hēb. 12. Pacem sequimini ⁊c. Si autem queratur quare nō facit mentionē de alijs virtutibus nisi solum de temperantia. Dicendū est q̄ sic facit sed implicite. qz hoc q̄ dicit. In multa patientia in tribulationib⁹ ⁊c. pertinet ad virtutem fortitudinis. hoc vero q̄ dicit. Per arma iusticie ptinet ad v̄tutem iusticie. Secundo ponit v̄tutem scientie. Unde dicit. In scia. Et si q̄dem scia referat ad sciaz qua aliq̄s scit bene cōuersari in medio nationis praue ⁊ peruerse: sic refert ad virtutē prudentie. Si vero scia referat ad certitudinē qua fideles certi sunt de his que ptinēt ad cognitionem dei sic ptinet ad v̄tutē fidei. Et vtraq̄ necessaria est xp̄ianis. qz siue scia p̄mo modo siue secūdo mō accepta homines defacili ruunt in peccatis Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus. qz non habuit sciam Jere. 3. Dabo vob̄ pastores iuxta cor meū. Tertio ponit virtutē spei. Unde dicit. In longanimitate q̄ptinet ad p̄fectionem spei. Nihil aūt aliud est longanimis q̄ q̄ arduum aliq̄d ex spe semp ac diu dilatum patienter expectat. ⁊ hoc a spūsancto. Hal. 5. Fruct⁹ aūt spūs charitas ⁊c. Lōganimitas ⁊c. Col. 1. In oīni patia et longanitate Quare to ponit virtutem charitatis. Charitas aūt duo habet scz effectum exteriorē. Sed in effectu exteriori habet suauitatem ad p̄ximū. Non em̄ conuenit q̄ aliq̄s nō sit suauis ad eos quos diligit. Et ideo dicit. In suauitate id est dulci conuersatione ad p̄ximos vt scz blandi simus. puer. 12. Qui suauis est viuit in moderationib⁹ ⁊c. Ecc. 6. Uerbū dulce multiplicat amicos ⁊c. Sed non in suauitate mundi. sz in ea q̄ causat ex amore dei scz ex spūsancto. et iō dic̄ ex spūsancto id ē quā spūsanctus causat in nobis. sap. 12. O q̄ bon⁹ et suauis ⁊c. In effectu aūt interiori habet veritatem absq̄ fictione vt scz non p̄tendat exteri⁹ cōtrariuz eius q̄d habet interius. Et ideo dicit. In charitate non ficta. 1. Jo. 3. Nō diligamus verbo neq̄ lingua. sz ⁊c. Col. 3. Sup oīa charitatez habentes. Et huius ratio est. qz vt dic̄ sap. 1. Spūssanctus discipline effugiet fictū. ¶ Consequēter ostendit quō se habeant in his q̄ ptinent ad veritatem oris vt scz sint veraces. Et ideo dicit. In verbo veritatis scz vera loquēdo ⁊ p̄dicando. Quō aūt se habeat in pfectione operis subdit dicens. In virtute dei id ē nō in ogibus nostris confidam⁹. sed solum in virtute dei. et nō in ppria. 1. corin. 4. Regnū dei nō est in sermone ⁊c. ¶ Consequēter cum dicit. Per arma iusticie ⁊c. ostēdit q̄liter se habeant in opatione bonoz et maloz inter bona ⁊ mala, pspera et aduersa. et hoc ptinet ad virtutē iusticie. Et p̄mo ostendit hoc in generali. secūdo exponit in spēali Dicit ergo p̄mo q̄ exhibeam⁹ nos sicut dei ministros in multa patientia. Et q̄d plus est: q̄ arma iusticie. Ubi sciē dum est q̄ iusticia ordinat et facit hoīem tenere locum suum a dextris id ē in psperis vt scz nō eleuet: et a sinistris id ē i aduersis vt. s. nō deiciat. phil. 4. Ubiq̄ et i oīb⁹ ⁊c scio abūdare ⁊c. ¶ Consequēter hoc exponit q̄ partes p̄sperozū et aduersoz dicens. Per gloriā ⁊c. Ubi sciendū est q̄n reb⁹ temporalib⁹ pspera vel aduersitas in trib⁹ consistit. In superbia vite: concupiscentia carnis: in concupiscentia oculoz. Juxta illd. 1. Jo. 2. Oīne q̄d ē in mūdo aut est concupiscentia carnis ⁊c. Et hec psequit ordine suo qz p̄mo dicit quō se habeant in aduersis et pspers que p̄tinent ad superbiam vite dicens. Per gloriā ⁊c. Secundo quō se habeant in his q̄ pertinēt ad cōcupiscentiā carnis ibi. Quasi morientes ⁊c. Tertio quō se habeant in his q̄ ptinent ad concupiscentiā oculoz ibi, Sicut egentes ⁊c.

Sunt autē duo q̄ ad superbiam ptinent: scz sublimitas status et operum. Et ideo dicit. Per gloriā id est p statū excellentie. sī dicat. Exhibeam⁹ nos dei ministros scz per gloriam id ē in psperitate Esa. 23. Dns exercituū cogitauit ⁊c. Et q̄ apli gloriosi appeant patet act. 14. Q̄ paulus et barnabas credebant esse dij. Et ignobilitatē q̄ est a sinistris. sī dicat. Nec in gloria eleuemur nec si contemptibiles sumus deiiciamur. 1. corin. 1. Ignobilia huius mūdi elegit de⁹ ⁊c. Quātū ad famā opū, dicit p infamiā ⁊ bonā famam. Ubi sciendū est q̄ sicut gregoriꝰ dicit: homo nō debet ex se dare causam infamie sue: sed potius debet p̄curare bonam famā iuxta illud Ecc. 41. Curam habe de bono nomīe et hoc p̄pter alios. qz oportet nos bonum testimoniū habere ad eos q̄ foris sunt. 1. Ti. 3. Si vero contingat aliquē incurrere in infamiā iniuste: non debet esse ita pusillanimis vt p̄pter hoc derelinq̄t iusticiā. Si vo sit in bona fama apud infideles non debet tñ supbire: sed debet inter vtrūq̄ medio modo incedere. ¶ Consequēter exponit ista duo q̄ posuit. Et p̄mo quā infamiā habuerūt et ostendit q̄ magnā. qz vt seductores ⁊c. sī dicat. A q̄busdam habemur vt seductores: a q̄busdā vero habemur vt veraces. Nec mirū qz etiam de xp̄o alij dixerūt qz bon⁹ est. alij vero q̄ non. sed seducit turbas vt dicit Jo. 7. Secūdo ostēdit quō fuerūt gloriosi ⁊ ignobiles. qz sicut ignoti et cogniti id ē approbati a bonis: ⁊ incogniti. i. despecti a malis. 1. corin. 4. Tanq̄ purgamenta ⁊c. ¶ Consequēter psequit ea q̄ ptinent ad cōcupiscentiaz carnis. Et ponit tria que concupiscit caro. Primo em̄ concupiscit longam vitam. et q̄tum ad hoc dicit: Quasi morientes id est licet exponimur periculi morti Infra. 11. In mortibus frequenter ⁊c. tñ ecce viuimus virtute et fide. Et ideo Habacuc. 2. Justus ex fide viuit. ps. Non moriar sed viuā ⁊c Secūdo concupiscit incolumitatē ⁊ q̄etem. Et q̄tum ad hoc dicit. Et castigati ⁊ non mortificati. Quasi dicat licz diuersis flagellis castigemur a dño: nō tñ tradit nos morti. ps. Castigans castigauit me dns. et. 2. Ti. 3. Oīnes q̄ pie volunt ⁊c. Tertio concupiscit gaudiū et iocunditatē. et q̄tum ad hoc dicit. Quasi tristes semp aūt gaudentes qz licet in exterioꝛib⁹ et q̄ ad carnē sunt patiunt tristiciam et amaritudinē: interius tñ continuū gaudiū habem⁹ q̄ crescit in nobis ex cōsolationib⁹ spūssancti ⁊ spe remunerationis eterne. Jac. 1. Oīne gaudiū existimate ⁊c. Jo. 16 Tristicia vestra vertet in gaudiū ⁊c. ¶ Consequēter p̄sequitur de his q̄ ptinent ad concupiscētias oculoz. Et circa hoc ponit duo. quoz vnum est in compatione ad alios. et sm hoc, pspers in diuitijs est q̄ homo abūdet ita q̄ possit alijs ministrare de diuitijs suis. Sinistrum aūt in hoc est q̄ homo sit ita paup q̄ oporteat eum ab alijs mendicare. Et ideo dicit q̄ in his temporalib⁹ sum⁹ sicut egētes id ē ab alijs accipientes. sed tñ q̄tum ad spūalia sum⁹ multos locupletantes. et nō dicit oīnes: qz nō sunt oīnes locupletari parati puer. 13. Est q̄si pauper cuz in multis diuitijs sit. Scōm est in cōpatione ad seipsos. ⁊ sm hoc pspers in diuitijs est multa possidere. sinistrū aūt vt nihil penit⁹ habeat. Et q̄tum ad hoc dicit q̄ in exterioꝛib⁹ sunt tanq̄ nihil habentes scz in temporalib⁹. qz oīnia dimiserunt p̄pter christū. Matth. 19. Si vis pfectus esse vade et vēde oīnia que habes ⁊c. Sz interius ⁊ in spūalibus oīnia possidentes scz p̄ interiorem magnitudinē cordis. Et hoc iō est: qz ipsi viuebant non sibi sz xp̄o. Et ideo oīnia que sunt christi reputabant vt sua. Unde cum christo omnia sunt subiecta omnia possidebant. ⁊ omnia tendebant in eorum gloriam Josue. 1. Et omnem locum quez calcauerit pes vester: vester erit. Nota autez circa p̄missa q̄ apostolus vtit in p̄missis miro mō loquēdi. Nā ipse q̄si sp ponit vnū p̄tra vnū ⁊ tpale p̄tra spūale. Sz tñ i tpalibus semp addit

quandã conditionẽ puta. vt. sicut. quasi: tanq̃ sz in oppositio spũali nihil addit. Cui⁹ ratio est: qz tẽporalia siue sint mala siue bona siue transmutabilia ꝛ apparentia. habentia tñ similitudinẽ vel boni vel mali. Et ideo dicit vt seductores ꝛ q̃si ignoti. qz non erãt in rei veritate sic. sz in opinione hominũ. ꝛ si erant transitoria erant bona aut mala. Bona autẽ spiritualia existentia sunt ꝛ vera. ꝛ ideo nõ addit eis conditionẽ aliquã.

Lectio tertia.

OS nostrũ patet ad vos corinthij: cor nostrum dilatatum est. Nõ angustiamini in nob: angustiami aũt i visceribus vestris. Eandez autẽ habentes remunerationẽ: tanq̃ filijs dico: dilatamini ꝛ vos. Nolite iugum ducere cum infidelib⁹. Que eñ ptitipatio iusticie cũ iniquitate: aut que societas luci ad tenebras: Que autẽ conuentio xpi ad belial: Aut q̃ pars fideꝛ cũ infideli: Qui autẽ consensus templi cum idolis: Vos eñ estis templũ dei viui sicut dicit deꝰ quoniã inhabitabo in illis ꝛ inambulabo inter eos. ꝛ ero illorum deus: ꝛ ipsi erunt mihi populus. Propter qõ exite de medio eorum ꝛ separamini dicit dñs. ꝛ imundũ ne tetigeritis. ꝛ ego recipiam vos. ꝛ ero vobis in patrem. ꝛ vos eritis mihi in filios ꝛ filias dicit dñs omnipotens.

Postq̃ aplus docuerat vsum gratie collate q̃tum ad bonas operationes exteriores: hic cõsequenter instruit eos circa vsum predictũ q̃tum ad interiorem deuotionẽ: q̃ cõsistit in leticia cordis que latitudinẽ cordis causat. Et circa hoc tria facit. Primo eñ exhibet se eis in exemplũ latitudinis. Scõo oñdit q̃ ab ipso nõ heñt contrariũ exemplum nec possunt accipere ibi. Non angustiamini in nobis ꝛc. Tertio exhortat eos ad cordis latitudinẽ ibi Eandem habentes ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo ponit signum latitudinis cordis. Secundo ponit ipsam latitudinem cordis quã habebat aplus ibi. Cor nostrũ dilatatum est ꝛc. Signum aũt latitudinis est os latum: qz ois immediate adheret cordi. Unde que p os exprimim⁹ sunt exterius signa conceptionũ cordis. Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquit. Et hoc est qõ dicit. Os nostrum patet ad vos. Os eñ clausum est aliquãdo tũc sz qñ ea que sunt in corde nõ patent exterius. sed apertũ ꝛ patens est qñ ea que in corde sunt manifestant Job. 3. Post hec aperuit ꝛc. Matth. 5. Aperiens os suum ꝛc. Et ne hoc videat ptinere ad vitiuz vanitatis. qz manifestet se subdit rõem dicẽs Ad vos id est ꝓpter vtilitatẽ vestraz manifestam⁹ vobis secreta cordis nostri. 1. corin. 10. Nõ querẽs qõ mihi vtile sit ꝛc. Causa aũt hui⁹ dilatationis ꝓcedit ex dilatatiõe ꝛ latitudine cordis. Et ideo dicit. Cor nostrum dilatatuz est ꝛc. puer. 21. Exaltatio oculoꝝ dilatatio ẽ cordis. Cor autẽ aliq̃n est strictum tunc sz quãdo compmit ꝛ concludit in modico. sicut cum quis non curat nisi de terrenis ꝛ contemnit celestia nõ valens ea intellectu capere. Aliq̃n autẽ est latum tunc sz quãdo q̃s magna appetit ꝛ desiderat. ꝛ talis erat apostolus q̃ nõ reputãs ea que videnꝰ desiderabat celestia. Et ideo dicit. Cor nostrum dilatatũ est id est ampliatũ ad magna appetẽda. ¶ Cõsequẽter oñdit q̃ non habẽt ab aplo ꝓtrariũ exemplũ dicẽs. Nõ angustiamini ꝛc. Quasi dicat. Exquo ostendim⁹ vobis latitudinem cordis nostri non habetis a nobis exemplũ nec causam vnde angustiamini. Sed si hoc facitis tunc quidẽ angustiamini sed non ex nobis. immo in viscеribus vestris id est ex vobis. Ubi sciendũ est q̃ angustiari idez ẽ q̃ includi in aliq̃ vnde nõ patet aditus euadendi. Isti aũt erãt seducti adeo a pseudo q̃ non credebant posse salutem cõsequi nisi in obseruantijs legalib⁹. Et ideo efficiebant seruitutis non ꝛueniebat eis ab aplo sed ex viscerib⁹ eoꝝ id est ex duritia cordiũ ipsorum Luc. 23. Nolite flere super me ꝛc. ¶ Conseq̃nter hortat eos ad latitudinẽ cordis dicens. Eandẽ autẽ habentes ꝛc. Quasi dicat: si aliquãdo decepti a pseudo angustiati estis nõ oñino remaneatis in angustiatiõe. Immo studeatis habere latũ cor. sicut nos habem⁹. qz eandẽ habebitis remunerationẽ quã nos habemus. Et ideo dicit. Eandem remunerationẽ habentes scz sicut ꝛ nos. ẽ. 1. Sicut estis socij passionũ ꝛc. Tanq̃ filijs nõ inimicis dico vobis vꝛ tanq̃ filijs dei. Quasi dicat. Eandẽ remunerationẽ habentes quã filij dei scz hereditatem vite eterne. Ro. 8. Si filij ꝛ heredes. Eandẽ inq̃ habentes remuneratiõz dilatamini ꝛ vos id ẽ habeatis cor magnũ ꝛ liberũ libertate spũs que est i fide xpi. ꝛ nõ coangustiamini in seruitute obseruantie legalis. ¶ Consequẽter cum dicit. Nolite iugũ ducere ꝛc. docet eos vsum collate gratie q̃tum ad infidelium vitationem. Et circa hoc duo facit. Primo ponitur apostoli exhortatio. Secundo exhortationis ratio ibi. Que eñ participatio ꝛc. Tercio rationem huius p auctoritatem confirmat ibi. Vos enim estis templum dei ꝛc. Dicit ergo. Nolite iugum ducere ꝛc. Ubi est sciendum q̃ iugum dicitur oñe illud quod ligat plures ad aliquid faciendũ. Unde quia aliquando aliqui conueniunt ad faciendum aliquid boni qõ est ex deo. ꝛ aliqui ad ad faciendum aliquid mali qõ est ex diabolo. Ideo dicit iugum dei ꝛ iugum diaboli. Iuguz quidẽ dei est ipsa charitas q̃ ligat hominẽ ad seruiendũ deo. Matt. 10. Tollite iugũ meum ꝛc. Jugum vero diaboli est ipsa iniquitas que ligat ad malum ꝛ ad male faciendum. Esa. 9. Jugum oneris eius ꝛc. Hoc ergo dicit: nolite iugũ ducere id ẽ nolite cõmunicare in operibus infidelitatis cum infidelib⁹. Et hoc propter duo. Primo quia aliqui erant inter eos qui reputabant sapientiores non abstinentes ab idolotitis: ꝛ ex hoc scandalizabant inferiores. Alij autez erant qui cõmunicabant cum iudeis in traditionib⁹ seniorum. Unde apostolus hortat eos cum dicit. Nolite ꝛc. vt non cõmunicent cum iudeis in traditionib⁹ legis neq̃ cum gentibus in cultu idoloꝝ. Utriq̃ eñ infideles sunt. Rationem autẽ huius assignat dicens: Que eñ participatio ꝛc. que sumit ex distinctiõe duplici. Una distinctio est q̃tum ad causam. sed alia est q̃tum ad statum. Distinctio q̃tum ad causam duplex ẽ. scz q̃tum ad causam habitualẽ: ꝛ q̃tum ad causam efficientẽ. Causa aũt habitualis est duplex. Una q̃tum ad effectũ ꝛ hoc est qõ dicit: Que eñ ptipatio iusticie ꝛc. quasi dicat. Non debetis iuguz ducere cum infidelib⁹. qz alius habit⁹ est in vobis: alius in illis. In vobis quidez est habitus iusticie: in illis vero est habitus iniquitatis. Maxima autem iusticia est reddere deo qõ suũ est. ꝛ hoc est colere ipsum. Unde cũ vos colatis deum est in vobis habitus iusticie. Sũma aũt iniquitas est auferre deo qõ suuz est et dare diabolo Esa. 1. Iniqui sunt cetus vestri. Jere. 23. Quid paleis ad triticum: Alia causa habitualis est q̃tum ad intellectũ ꝛ hec distinctio est quia fideles sunt illuminati lumine fidei. sz infideles sunt i tenebris erroꝝ. Et q̃tũ ad hoc dicẽ. Aut q̃ societas luci ad tenebras: q̃si dicat. Nõ ẽ cõueniẽs q̃ eis cõmunicetis. qz nõ ẽ aliq̃ societas cõueniẽs. qz vos estis

lux p scientiaz fidei. Eph. 5. Eratis aliquãdo tenebre nũc aũt lux in domino ꝛc. Illi vero tenebre sunt p ignorantiã puer. 4. Alia impioꝝ tenebrosa ꝛc. Unde dñs a pncipio diuisit lucem a tenebris vt dicitur Heñ. 1. Quantũ vero ad causam efficientem dicit. Que autẽ conuentio xpi ad belial? Quasi dicat. Vos estis seruꝰ xpi ꝛ membra eius. 1. corin. 12. Vos estis corpus xpi. illi autẽ sunt mẽbra diaboli. Et dicit diabolꝰ belial absq; iugo. qz noluit subijci iugo dei Jere. 2. A seculo fregisti ꝛc. Qꝛ aũt nõ possit eẽ cõuentio xpi ad belial patet ex verbis xpi. Jo. 14. Uenit pnceps mundi huius ꝛc. ꝛ etiaz ex verbis diaboli. Mat. 8. Quid nobis et tibi Iesu ꝛc. Alia distinctio est ꝗtũ ad statum et hoc ꝗtum ad duo scz ꝗtum ad statũ fidei et fm hoc dicit. Aut que pars est fidelis ꝛc. Quasi dicat nõ eadem est pars vtriusq;. qz pars fidelis est ipse deus quẽ habet premiũ et vt finem sue beatitudinis pñs. Dñs pars hereditatis mee ꝛc. Sed pars infidelis sunt bona terrena. Sap. 2. Hec est sors nostra ꝛc. Matth. 24. Diuidet eum et partez ꝛc. Item quantũ ad statũ gratie et fm hoc dicit. Quis aũt consensus ꝛc. ꝗsi dicat. Non est aliqua conuenientia templo dei et idolis. Unde vos estis templũ dei p gratiã. 1. corin. 3. Templũ dei estis ꝛc. et. 6. Nescitis qm̃ membra vestra templa sunt ꝛc. Non debetis ꝑ cõmunicare cũ infidelibꝰ qui sunt templa idoloꝝ. Sed notanduz qꝛ dñs ꝓhibet p ezechielem qꝛ in templo dei nõ colanẽ idola. Ezech. 26. Multo ꝑ magis ꝓhibenẽ hoĩes quoꝝ aĩe sunt templum dei ne violent illa p ꝓticipationez idoloꝝ. 1. corin. 3. Si quis templum dei violauerit ꝛc. ¶ Consequenter cum dicit. Uos enim estis ꝛc. confirmat rationez ꝓpositam p auctozitatem. Et circa hoc duo facit. Primo enim confirmat qđ induxit rõne ãmonitionis. Secũdo vero confirmat ipsam ammonitionẽ ibi. Propter qđ exite ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo resumit qđ ꝓbare intendit. Secundo vero inducit auctozitatẽ ad ꝓpositũ ibi Sicut dicit dñs qm̃ ꝛc. Dicit ꝑ. Recte dico qꝛ nõ ẽ ꝓsens templo dei cum idolis id ẽ nõ debetis cũ eis ꝓticipare. qꝛ vos estis templum dei viui ꝛ non mortui sicut idolatre ad hoc ꝓbandũ adducit auctozitatẽ ꝓbans hocipsum per vsum templi. vsus eñ tẽpli est vt deus habitet in eo. Mã templũ est locus dei ad inhabitandũ sibi consecratus ps. Dñs in templo sancto suo ꝛc. Que quidẽ auctozitas sumitur ex Leuit. 26. que talis est. Ponã tabernaculũ meum in medio vestri ꝛc. In qua auctozitate quattuoꝝ tãgit ꝗtum ad hunc vsum ptinet. Primũ ptinet ad gratiã operationũ qđ est deũ esse in aliquo p gram. Et hoc est quod dicit. Inhabitabo in eis scz in sanctis per gram excolens eos. licz aũt deꝰ in omnibꝰ rebꝰ dicaẽ esse p ꝓsentiã potẽtiam ꝛ essentiã: non tñ dicit in eis inhabitare. sed in solis sanctis p gram. Cuius ratio est: qz deus est in omnibꝰ rebus p suam actionẽ in ꝗtum coniungit se eis vt dans esse et cõseruãs in esse. In sanctis aũt est p ipsoꝝ sanctoꝝ operationẽ q̃ attingunt ad deũ. ꝛ quodãmõ cõprehendũt ipm q̃ est diligere ꝛ cognoscere. Nam diligens ꝛ cognoscens ꝺz ĩ se hẽre cognita ꝛ dilecta. Scõm ptinet ad grãz cooperãtem q̃ scz ꝑficiunt sancti auxilio dei. et ꝗtuz ad hoc dicit. Inambulabo in eis id ẽ ꝓmouebo eos ve ꝟtute in virtutem. Nam hic ꝑfectus sine gratia dei esse non potest. 1. corin. 15. Gratia dei sum id qđ sum. Nam sicut gra operans facit nos esse aliquid in esse iusticie: ita ꝛ gra cooperans facit nos in ipso esse ꝑficere. Tertium ptinet ad dei beneficium ꝛ hoc vel ꝓtectionis p ꝓuidentiã. ꝛ hoc tãgit dicẽs: Ego ero illoꝝ deus id ẽ ꝓuidentia mea ꝓtegã eos ps. Beatus populꝰ cuiꝰ dñs ꝛc. Uel beneficiũ remunerationis. vt sic dicaẽ. Ero illoꝝ deus id ẽ dabo eis meipm in mercedẽ gen. 15. Ego ero merces tua ꝛc. Et heb. 11. Non confunditur deus eoꝝ vocari deus. Quartũ ptinet ad debitum cultũ ꝛ seruitiũ sanctoꝝ. et ꝗtũ ad hoc dicit: Et ipsi erunt mihi in populũ. id ẽ me colẽt et mihi obedient vt mei ꝛ non alterius ps. Nos aũt populus eius ꝛ oues ꝛc. Uel possunt ad ꝓsentiã corpozalem referri. ꝛ tũc exponit sic. Qm̃ inhabitabo in illis p carnis assumptionez Jo. 1. Uerbum caro factũ est ꝛc. Et ambulabo inter illos corpozaliter cum eis cõuersando Bar. 3. Post hec in terris visus est ꝛc. Et ero illoꝝ deus p gloriã Deut. 4. Nõ est alia natio tam grandis ꝛc. Et ipsi erunt mihi populus id ẽ p fidẽ me colent. ¶ Consequenter cũ dicit. ꝓpter qđ exite ꝛc. Confirmat ipsam ãmonitionẽ p aliã auctozitatẽ Et circa hoc duo facit. Primo cõfirmat ipsam ãmonitioz p auctozitatẽ. Secundo ostendit pmiũ ꝓmissum seruantibus monitionem ibi. Ego recipiã vos ꝛc. Dicit ꝑ. ꝓpt qđ id ẽ qz estis templum dei exite de medio eoꝝ. Et sumitur de Esa. 52. Recedite recedite inde ꝛ pollutũ nolite tãgere. Ubi tria dicit. Exite. sepamini. ꝛ ĩmundũ nolite tãgere. qz tripliciter debemꝰ nos habere ad infideles. Primo vt exeamus ab eis relinquendo peccata. Zach. 2. O. o fugite ỏ terra aquilonis ꝛc. Sed donatiste dicũt qꝛ debemus corpozaliter deserere malã socieratẽ qđ non est verũ. Unde qđ aplus dicit intelligendũ est de separatiõe ſpũali. et ideo sic exponit. Exite ſpũaliter non sequẽdo vitam eoꝝ Can. 2. Sicut lilium inter ſpinas ꝛc. Et hoc ideo vt vitemꝰ ipas pctoꝝ occasiones ab eis datas. Et ideo dicit Sepamini id est longe ab eoꝝ consensu sitis. Matth. 10. Ueni eñ separare ꝛc. Numeri. 16. Recedite a tabernaculis hoĩm impioꝝ ꝛc. Tertio vt arguamus eos cum male agunt. Et ideo dicit ĩmũdũ ne tetigeritis scz ꝓsentiẽtes eis in malis. Ro. 2. Non solum q̃ faciũt ea: scz et q̃ ꝓsentiunt ꝛc. Eph. 5. Nolite cõmunicare operibus infructuosis. Et hoc qz qui tangit picez ꝛc. Ecc. 13. Premiũ aũt repromissum seruantibus monitionẽ est duplex. scz diuina familiaritas. ꝛ diuina adoptio. Diuina familiaritas quia ego recipiã vos. Quasi dicat Secure exeatis qz ego recipiam vos in meos. ps. Qm̃ pater meꝰ et mater mea ꝛc. ps. Beatus quẽ elegisti ꝛc. Esa. 42. Ecce seruꝰ meꝰ ꝛc. Scz diuina adoptio qz adoptat nos in filios qz dicẽ. Et ero vobis in patrem. et vos eritis mihi in filios Ro. 8. Non accepistis ꝛc. Et dicit filios ꝗtum ad pfectos. ꝛ filias ꝗtum ad impfectos. et hoc sumit de. 2. reg. 7. vbi dicit de salomone. Ego ero ei in patrẽ. ꝛc.

Capitulũ septimũ.

Has igit habentes pmissiones carissimi. mundemus nos ab oĩ inq̃namento carnis ꝛ spũs. perficiẽtes sãctificationẽ in timore dei. Capite nos. Neminẽ lesim⁹. neminẽ corrupim⁹. neminẽ circũuenim⁹. Nõ ad condemnationẽ vestrã dico. Prediximus eñ qꝛ in cordibus nostris estis ad cõmoriendũ ꝛ ad cõuiuendũ

Monuit apls corinthios qualiter se in futuro debeãt habere: hic cõmẽdat eos de bonis preteritis. Scz vt fiat q̃dã continuatio preteritoꝝ ad futura: primo concludit ãmonitionez. Secũdo vero cõmendat eos ibi. Multa mihi fiducia ꝛc. Circa primũ tria facit. Primo ponit ãmonitionem. Secundo inducit exemplum suiipsius ad ãmonitionem seruandam ibi. Capite nos ꝛc. Tertio ponit ãmonẽtis intentionem ibi. Non ad condemnationẽ vestram ꝛc. Circa primum tria facit. Primo ponit motiuum ad obseruantiam ammonitionis. et hoc est promissio eis facta. Et ideo dicit. Has igitur habentes promissiones charissimi scilicet qꝛ deus habitet in nobis et recipiat nos ꝛc.

Secūdo ponit ām̄onitionē cū dicit Mūdem⁹ ꝛc̄. Et hoc ideo qz p̄missiones iste non dant nisi mūdis. et ideo mūdemus nos ab oī inquinamento carnis ꝛ spūs id ē carnaliū ꝛ spūaliū vitioꝝ Esa. 52. Mūdamini q̄ fertis vasa dn̄i ꝛc̄. Vbi sciendū est q̄ omne peccatū qđ cōsumat in delectatiōe carnis: est carnale. illud vero qđ cōsumat in delectatione spūs: est spūale. Et inde est q̄ peccata carnalia si considerent ꝗtū ad sui cōsumationē sunt duo scz gula ꝛ luxuria. cetera vero pcta sunt spūalia. Si vero cōsiderent quantū ad sui originē sic oīa peccata possunt dici carnalia. qz omnia ex conceptione carnis originez habēt ꝛ hoc modo loquit ad Hal. 5. Manifesta sunt aūt opa carnis ꝛc̄ Tertio ponit modū implēdi ām̄onitionē ibi. Perficientes ꝛc̄. Posset em̄ aliquis dicere. Mūquid nō sum⁹ mundati in baptismo? Et ideo addit pficientes sanctificationem id est pficim⁹ emundationē inchoatā in baptismo Sanctus em̄ idem est q̄ mund⁹ Leuit. 11. et. 19. Sancti estote qm̄ ego sanctus sum ꝛc̄. Perficiam⁹ in ꝗ qz pbi conati sunt pficere ꝛ non potuerunt. qz nō potuerūt oīa peccata vitare. ꝗtumcūq; em̄ aliq̄ peccata vitarēt ꝛ exercerēt actus virtutum. adhuc tm̄ remanebat in eis peccatum infidelitatis. Et ideo in vero cultu dei solum pficit emūdatio. ꝛ hoc est qđ dicit. In timore id ē in cultu dei Ecc̄. 25 Timor dn̄i ꝛc̄. Sed contra Col. 3. Sup oīa charitatez habentes q̄ est vinculū pfectionis. Non igit pficit sanctificatio in timore dei: sed in charitate dei. Respondeo dicendum est q̄ hic loquit de timore filiali q̄ est charitat⁹ effectus: ꝛ nō de seruili qui contrariat charitati. Dicit aūt in timore vt doceat nos habere affectum ad deum cum ꝑdam reuerentia ꝛ sollicitudine. Amor em̄ causat securitatem que q̄nq; negligentiā parit. sed qui timet semp est sollicitus. ¶ Consequenter cū dicit. Capite nos ꝛc̄. in exemplum se prebet. Quasi diceret. Accipite nos in exemplū 1. cozin. 11. Imitatores mei estote ꝛc̄. Ego em̄ mihi caui ab īmundicia p̄ sanctificationē. qz neminē lesi. Vbi notādum q̄ tripliciter potest aliq̄s ledere primū. ꝛ nullo istoꝝ modoꝝ lesit aliquē. Primo in psona. ꝛ ꝗtum ad hoc dicit. Neminē lesim⁹ scz in psona sicut faciunt mali dn̄i. Mich. 3. Violenter tollitis pellem eoꝝ ꝛc̄. Secūdo ꝗtū ad famā inducēdo eos vel exemplo vel psuasionibus ad malum. et quantum ad hoc dicit. Neminem corrupimus 1. cozin. 15. Corrumpūt bonos mores. Tertio ꝗtū ad subtractiōz bonoꝝ. ꝛ ꝗtū ad hoc dicit: Neminē circūuenim⁹ id est in bonis fraudauim⁹. 1. tessal. 4. Ne q̄s circumueniat ꝛc̄. ¶ Cōsequēter cum dicit. Non ad condemnatiōz vestram ꝛc̄. aperit suam intentionē. Quasi dicat nō dico hoc condemnando vos: sed vt emendemini. Mala em̄ p̄terita ꝓpter duo consueuerūt cōmemorari. Aliquādo ad condemnationē: ꝛ hoc qn̄ non est vltra spes correctionis. Aliqn̄ ad emendationē vt scz corrigāt. et hoc modo loquit hic. Non ad condemnationē vr̄am ꝛc̄. 1. cozin. 4. Hec ad vtilitatē vr̄ām dico ꝛc̄. Et ratio huius est. qz gaudeo de bono vestro: predixi em̄ q̄ vos estis ꝛc̄. ℈. 3. Epla nostra vos estis scpta in cordib⁹ nostris phil. 1. Eo q̄ habeam vos ꝛc̄. Estis in ꝗ in cordibus nostris scz ad cōmoriendū ꝛ ad conuiuendū. Qđ potest intelligi de morte culpe ꝛ de morte naturali. De morte culpe vt non intelligat q̄ nos simus parati ad cōmoriendū vobiscū id est qn̄ vos peccatis nos volum⁹ peccare. sed q̄ mortem culpe vr̄am eo doloze accipimus quo nr̄ām. 2. cozin. 11. Quis infirmat et ego nō infirmoꝝ. 1. cozin. 15. Quottidie morioꝝ ꝛc̄. Et ad cōuiuēdū qz ita gaudeo de bona vita vestra in gratia sicut ꝛ de nostra. De morte vero naturali vt intelligat ad cōmoriendū id est paratus sum mori p̄ vobis. infra. 12 Libentius impendar ꝛ superimpendar ꝛc̄. Et ad conuiuendū id est vt desiderez vos esse socios in vita eterna. 2. Ti. 2. Si cōmoritui sum⁹ ꝛ cōuiuem⁹.

Lectio secunda.

Multa mihi fiducia est apd̄ vos. multa mihi gloriatio p̄ vobis. Repletus sum consolatione: supabundo gaudio in oī tribulatione nostra. Nam ꝛ cum venissemus in macedoniā: nullam requiem habuit caro nostra: sed omnē tribulationem passi sum⁹. Foris pugne: intus timores. Sz qui consolat homines cōsolatus est nos de⁹ in aduentu titi. Non solum aūt in aduentu eius: sed etiam in consolatione in qua consolatus est in vobis referens nobis vestrū desiderium: vestrū fletum: vestrā emulationez p̄ me. ita vt magis gauderē. Quoniā si contristaui vos in epistola non me penitet Et si peniteret videns q̄ epististola illa ꝛ si ad horam vos contristauit. nunc gaudeo nō quia contristati estis. sed quia contristati estis ad penitentiam.

Apostolus posuit supra ām̄onitionē ex premissis conclusam: hic subdit suam cōmendationē. Et circa hec duo facit. Primo ponit eoruz cōmendationē. Secūdo ipsaz exponit ibi. Nam ꝛ cum venissem ꝛc̄. Cōmendationē aūt istoꝝ ponit ostendendo affectum suū q̄ consurgit ex bonis operib⁹ que corinthij faciebant. Consueuit em̄ ꝺ affectus in cordib⁹ diligentiū consurgere ex bonis q̄ dilecti operant. ꝛ hos quattuor se aplūs ꝓcepisse de eis ostendit. Et primo affectū fiducie. Unde dicit. Multa mihi fiducia est apud vos. Inꝗtum scz cōfido q̄ q̄ bene cepistis semp pficietis in melius. Unde ex bonis auditis de vob spero maioza in futurū. phil. 1. Confido de vobis q̄ q̄ cepit opus bonum ꝛc̄. Hab. 6. Confidim⁹ de vobis charissimi ꝛc̄. Et hec fiducia bona est et salubris Heb. 10. Nolite amittere fiduciam ꝛc̄. Secōo ex hoc concipit affectū gloriationis. Exquo em̄ quis bona amici sicut sua diligit. cōsequens est vt de bonis amici sicut de ꝓprijs glorer. Et hoc specialiter. qm̄ ipse est causa illoꝝ bonoꝝ. sicut magister est causa doctrine discipuli. Et ideo dicit. Multa mihi gloriatio p̄ vobis est ꝛc̄. puer. 10. Gloria patris filius sapiens. Tertio ex p̄dictis concipit affectum consolatiōis qn̄ ei q̄ letat et gloriat de bonis suis vel amici habz remedium contra tristicias. Consolatio em̄ est remediū contra tristicias. Naturale aūt est q̄ semp delectatio et gaudiuz tristicie opponit. Et sm̄ phm̄ Dis delectatio debilitat vel totaliter tollit tristiciam. Si delectatio sit contraria tristicie: totaliter absorbet tristiciaz. Si aūt nō sit ꝓtraria debilitat ꝛ diminuit eam. Et inde est q̄ qn̄ quis est in tristicia qñcūq; nūciant sibi aliqua leta diminuit tristicia. Et ideo qz audit leta de corinthijs dicit: Repletus sum consolatione: audita scz correctione vestra. ℈. 1. Sicut abūdant p̄ passiones ꝛc̄ Phil. 2. Si quo consolatio ꝛc̄. implete gaudium meū ꝛc̄. Quarto consurgit ex predictis affectus exuperātis gaudij. licz em̄ ex aliquib⁹ delectationib⁹ dimi nuat tristicia: non tm̄ totaliter tollit nisi gaudiū sit magnū Quāuis aūt aplūs multas tribulationes sustineret. qz tm̄ multū gaudebat de bonis corinthioꝝ: ideo nō solum nō absorbebat tristicia totaliter. sed etiam supabūdabat gaudio. Et ideo dicit. Supabundo gaudio in oī tribulatione nostra id est gaudiū meum supat oēm tribulationē que

erat in anio meo. 1. thessal. 2. Que est eñ spes nostra aut gaudium ꝛc. Ro. 12. In tribulatione patientie. ¶Consequenter cum dicit. Nam cum venissem ꝛc. exponit suaz cōmendationem. Duo aūt dixerat. scz se accepisse gaudiū ⁊ habuisse tribulationē. Primo ergo manifestat suam tribulationem. Scdo vero iuam consolationē ibi. Sed q̄ cōsolaī ꝛc. Tribulationē aūt aggrauat ex duobus scz ex subtractione remedij cum dicit. Nam ⁊ cū venissem ꝛc. q̄si dicat. Vere tribulationē habeo: qz in nullo consoloz. ¶Nā cum venissem macedoniā nullam requiē habuit caro nostra. hic facit mentionē de psecutione quā passus ē in macedonia quādo liberauit ancillam ph̄ytonissam: vt legit̄ act. 16. Dicit aūt nullam requiē habuit caro nostra. et nō dicit spūs noster. qz sancti semp habent pacem spūs: cum etiam in aduersis aīa que in corpore patit̄ spe futuri p̄mij qescit. q̄q̄ multa sustineat affectui carnis cōtraria. ¶Ex multiplicitate vero tribulationū aggrauat cū dicit. Dēm tribulationē passi sumus id ē oīne genꝰ tribulationis ſm corpus ⁊ ſm aīam supza. 4. In omnib⁹ tribulationē patimur ꝛc. Jo. 16. In mdo p̄ssurā ꝛc. ¶Et q̄ oīne tribulationem passus fuerit exponit ꝓsequenter cū dicit. Foris pugne: intus timozes. Foris id est extra meipsum pugne psecutionū. sed tñ intus id est in corde est timoz de malo: timens psecutionē in futuro. Deut. 32. Foris vastabat eos gladiꝰ ꝛc. Sed contra puer. 28. Justus q̄si leo confidēs absq̄ terroze erit. Rñdeo. est sine timoze q̄tum ad spūm: non tñ q̄tum ad carnem. Vel foris id est extra ecclesiā pugne illate ab infidelibus. sed intus timozes ne scz illi qui intra ecclesiam sunt excidant a fide ꝓpter psecutozes. Vel foris id est in manifesto pugne: quib⁹ impugnañ a manifestis inimicis. Intus timozes q̄ injiciunt nobis ab illis q̄ dicunt se amicos ⁊ non sunt. qz vt dicit boetius de consolatione. Nulla pestis efficacioz ad nocendū q̄ famaliaris inimicus Matth. 10. Inimici hoīs domestic eius. ¶Cōsequēter cum dicit. Sed qui consolaī ꝛc. ponit materiam sue consolationis quā extollit ex duobus scz ex grata p̄sentia tyti. et ex consolatione titi ibi. Non solum autē ꝛc. Dicit ergo. licet hic grauiter afflicti fuerim⁹. scz q̄ scz deus consolatur humiles consolaī⁹ est ꝛc. Cui⁹ presentia vtpote mihi gratissima est. ⁊ in adiutoziū. s. i. Qui consolatur nos in oīni tribulatione nostra. Dicit aūt qui cōsolaī humiles. qz supbos nō consolaī: sed eis resistit vt dicit Jac. 4. et. 1. Pe. 5. Consolaī aū humiles dando eis gratiam que est consolatio spūssancti. Esa. 61. Ut consolarer omnes lugentes ꝛc. ¶Non solum autē ꝛc. hic ponitur alia materia consolationis aplī scz consolatio tyti. Et materia huius consolationis est duplex. Primo emēdatio corinthioꝝ: quā habuerunt in presentia tyti. Secunda est deuotio corinthioꝝ: quā ostendit ad titum ibi. In consolatione aūt vestra ꝛc. Circa p̄mū duo facit. Primo ponit consolationē de penitentia corinthioꝝ: Secūdo exponit quedam que dixit ibi. Cōtristati eñ estis ꝛc. Circa p̄mū tria facit. Primo ponit consolationē tyti. Scdo materiā consolationis ibi. Referens nobis ꝛc. Tertio effectum cōsolationis in mente aplī ibi. Ita vt magis gauderē ꝛc. Dicit ḡ. Non solū ꝓsolaī nos deus in aduentu tyti. sed etiā in consolatione qua ipse tytus consolatus est de vobis et in vobis. Et hui⁹ cōsolationis materia ē. qz ipse tytus cōsolatus est referens nobis vestrum desideriū ꝛc. Ubi tria ponit laudabilia ꝓpter tria reprēhensibilia q̄ fuerunt in eis. Fuerunt eñ pigri ad bonum. ⁊ contra hoc dicit. Referens nobis vestrum desiderium de p̄ficiendo in melius. Item erant proni ad malum. ⁊ contra hoc dicit. Mostrum fletum scz de peccatis cōmissis. Jere. 6. Luctuz vnigeniti fac ꝛc. Item erant faciles deceptioni pseudoꝝ ⁊ cōtra hoc dicit. Vestram emulationē contra pseudos habitaz ꝓ amoze mei. Nam añ emulabamini cōtra me ꝓ eis. ¶Cōsequenter cum dicit. Ita vt magis ꝛc. ponit affectum conceptum ex consolatione tyti. q̄ q̄dez affectus est gaudiuz. Unde circa hoc tria facit. Primo ponit conceptum gaudium. Scdo ostēdit sue estimationis imitationē. Tertio subdit roēm gaudij. Dicit ḡ in tantū gauisus sum de his q̄ titus retulit mihi ita vt magis gauderē de hoc q̄ de tribulatione mea voluerim. Naz spūalia ꝓferenda sunt temporalibus. Vel vt magis gauderē de hoc q̄ ꝓtristaui vos q̄ voluerim olim. Peccauerant eñ faciendo fornicatiōz et aplus increpauerat eos vt patet in prima epla. 5. et. 6. Tunc aūt incertus erat aplus quē euentū deberet habere illa tristicia: bonum scz an malū. Et ideo dubitans penitus it. sed videns postmodū q̄ bonum inde puenerat gaudebat: ideo dicit. Añ et si contristaui vos increpādo in prima epla non me penitet modo. qz correcti estis et si olim peniteret qñ scz eram incert⁹ vtruz tristicia induceret vos ad correctionē vel desperationez. videns q̄ epla illa et si ad horam vos contristauit nunc gaudeo qz estis cōuersi. Et rōem gaudij assignat: qz non gaudeo de hoc qz contristati estis: sed de effectu scz de correctione: qz scz ꝓtristati estis nō ad desperationē sz ad penitētiā. sicut medicus nō gaudet de amaritudine medicine. sed de effectu scz ō sanitate supza. 6. Quasi tristes: semp aūt gaudentes.

Lectio tertia.

C Ontristati enim estis scdm deum vt in nullo detrimentū patiamini ex nobis. Que eñ ſm deū tristicia ē penitentiam in salutē stabilem operaī: seculi aūt tristicia mortem operaī. Ecce eñ hocipsum ſm deum contristari vos quantam in vobis operatur sollicitudinem. sed defensionem sed indignationē. sed timorem. sed desiderium. sed emulationez. sed vindictā. In oīnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negocio.

Posita consolatione aplī et tyti de tristicia corinthioꝝ eō q̄ fuerit ad penitentiam ⁊ non ad desperationē: hic cōsequenter huius consolationis ratio assignatur: eoꝝ tristiciam cōmendando. Et circa hoc duo facit. Primo eñ cōmendat eoꝝ tristiciam. Secūdo ex hoc concludit ꝓpositū ibi. Et si scripsi vobis ꝛc. Cōmendat aūt corinthioꝝ tristiciam ex duobus. Primo ex causa. secundo ex effectu ibi. Que eñ tristicia est ꝛc. Causa aūt ex qua cōmendat eoꝝ tristicia hec est. qz est ſm deum. Et ideo dicit. licet ad horam contristauerim vos ꝓ epistolā: tamē nunc gaudeo id est qz contristati estis ſm deum. Ubi sciendum est q̄ tristicia ⁊ gaudiū ⁊ cōmuniter oīnis affectio ex amoze causaī. Tristaī eñ q̄s qz carz eo qō amat. Qualis aūt ē amoz talis ē tristicia ex amoze causata. Est aūt duplex amoz. Unꝰ quo diligit deus. ⁊ ex hoc causaī tristicia: que est ſm deū Alius est quo amaī seculum. ⁊ ex hoc causaī tristicia seculi. Amoz quo diligimꝰ deū facit nos libenter seruire deo. sollicite querere honorē dei: ⁊ vacare deo dulciter. Et qz peccando impedimur a seruitio dei. ideo ei non vacamꝰ nec eius honorē querimꝰ. Ideo amoz dei causat tristiciaz de peccato. ⁊ hec est tristicia ſm deum. que q̄dem tristicia non fuit nobis ad malū nec ad detrimentū: sed potius ad fructum ⁊ merituz. Et ideo dicit. Ut in nullo detrimentū patiamini ex nobis. qz non solum bona ⁊ grata que vobis impendimus: vobis ꝓsunt. sed etiam hocipsum q̄ vos corrigimus ⁊ contristam⁹. Heb. 12. Omnis disciplina in

138
130

preſenti ꝛc. ¶ Conſequenter cum dicit. Que eñ triſticia ꝛc. cõmendat eoꝝ triſticiã ex effectu q̃ quidẽ eſt premiũ vite eterne. Et circa hoc duo facit. Primo eñ ponit effectũ in generali. Scõo experimentum ſpecialiter in eis conſecutum ibi. Ecce eñ hocipſum ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo enim ponit effectuꝫ triſticie que eſt ſm deũ. Secũdo ponit effecũ triſticie que eſt ſm mundũ ibi. Seculi aũt ꝛc. Dicit ergo ꝑmo. Dico q̃ triſticia noſtra nõ fuit vobis detrimentũ. Eñ id eſt qz triſticia que eſt ſm deuꝫ operat penitentiam. penitentiam aũt dico in ſalutem ſtabilem id eſt ſempiternã que eſt ſalus ſtabilis ꝛ eſt beatorũ. de qua Eſa. 49. Salus aũt mea in ſempiternũ erit. Et hanc operatur penitentia. Matth. 3. Agite penitentiã: appꝓpinq̃bit eĩ regnũ celoꝝ. Et dicẽ ſtabilẽ vt excludat ſalutẽ tẽporalem que ẽ tranſitoria ꝛ cõmunis ipſis hominib⁹ ꝛ iumẽtis. de qua in p̃s. Homines ꝛ iumenta ſaluabis dñe ꝛc. Sed contra hoc q̃ dicit q̃ triſticia que ẽ ſm deũ penitentiam operat videtur eſſe qz ipſa triſticia ſm deum eſt penitentia. Penitere enim eſt triſtari de malo ꝛ ſcõm deum. Non ergo operat penitentiam. Rñdeo. dicendum eſt q̃ penitẽtia habet tres partes. quaꝝ ꝑma pars ẽ triſticia ſcꝫ dolor ꝛ compunctio de peccatis. Alie due ſunt ꝓfeſſio et ſatiſfactio. Cum ergo dicit q̃ triſticia operat penitentiaꝫ. Intelligendũ ẽ q̃ cõpunctio ſeu dolor de peccato operat in nobis penitentiam id ẽ alias ꝓtes penitentie ſcꝫ cõfeſſionem ꝛ ſatiſfactionẽ. Vel dicendũ eſt q̃ triſticia ſm deũ eſt cõmunior q̃ penitentia. qz penitentia eſt de ꝓꝓrio peccato. ſed triſtat quis ſm deum ꝛ de peccatis ꝓꝓrijs et de alienis. Sic g̃ effect⁹ triſticie: q̃ ẽ ſm deuꝫ eſt ſal⁹ eterna. effectus vero triſticie que ẽ ſm mundũ ẽ mors. Quia eñ qui diligit ſeculũ inimicus dei conſtituit vt dicit Jac. 4. Ideo ex amore ſeculi mors cauſat. Triſtat eñ ſm ſeculũ quis non qz peccãs deũ offendit. ſed deprehenſus in peccato punit de eo ꝛ detegit. Et hec triſticia eſt vitanda in peccatis Ecc. 30. Triſticiã longe fac a te ꝛc. ¶ Conſeq̃nter manifeſtat effectũ p̃dictũ ꝑ exim̃etũ ſumptũ in ipſis cũ dicit. Ecce eñ hocipſum ꝛc. q̃ſi dicat. Vere ſalutem ſtabilem. qz experimẽto patet q̃ in nobis multa que ad ſalutem ducũt operat. Ponit aũt ſex ad hoc ptinencia. quoꝝ vnum ẽ generale ſcꝫ ſollicitudo. qñ eñ homo ẽ in leticia defacili cõmittit aliquas negligentias. ſed quãdo eſt triſtis ꝛ in timore ſollicitat. ꝛ ideo dicit. Ecce eñ ſcꝫ in vobis experti eſtis hocipſuꝫ ſcꝫ ſm deũ contriſtari vos quãtam in vobis operat ſollicitudinẽ ad vitandũ mala et ad faciendũ bona. Mich. 6. Indicabo tibi o homo q̃d ſit bonum ꝛc. Et infra ſollicitum ꝛc. Alia vero ſunt ſpecialia q̃rum quedã ptinent ad effectum interiorẽ. quedã ad actuꝫ exteriorẽ. Eoꝝ vero q̃ ptinent ad effectum exteriorẽ quedam ſunt ad peccati remotionẽ: quedã vero ad boni adeptionem. Nam verus penitens debet recedere a malo et facere bonum. Quantũ aũt ad remotionẽ mali ponit tria. Primũ ẽ vt deſiſtat facere malum. ꝛ q̃tum ad hoc dicit. Sed defenſionẽ. contra illos q̃ nos ad malũ inducunt. 1. Pe. 5. Cui reſiſtite fortes in fide. Vel ſm glo. vt contra pſeudo me defendatis. Eph. vlti. Accipite armaturam dei ꝛc. Secundũ eſt q̃ hõ indigneꝫ contra ſe ꝑ pcũs que fecit. et q̃tuꝫ ad hoc dicit. Sꝫ indignationẽ. Indignatio aũt ſui operat triſticiaꝫ ſm deũ. Eſa. 63. Indignatio mea auxiliata eſt mihi. Tertium eſt q̃ ſit in cõtinuo timore de futuro vt caueat. ꝛ q̃tum ad hoc dicit. Sed timorẽ de recidiuo ne ſcꝫ in futuro ſimiliter cõtingat. Ecc. 25. Timor dñi omnia ꝛc. Quãtum aũt ad boni adeptionẽ duo ponit. Primo deſiderium q̃ ad bo nũ afficiẽt ꝛ q̃tum ad hoc dicit Sꝫ deſideriũ q̃ bonũ facere affectetis puer. 11. Deſideriũ iuſtorum omne bonũ. Scõo emulationẽ bonã q̃ bonos imitari conat. ꝛ q̃tum ad hoc dic. Sꝫ emulationẽ vt ſcꝫ me ꝛ alios bonos imitemini. 1. cor. 14. Sectamĩ caritatẽ emulamini carismata meliora. Eoꝝ vero q̃ ptinent ad exteriorem actum duo ponit. Primũ eſt vt vindicent in ſeipſis q̃ peccauerunt ꝛ hoc vtile eſt. Cum eñ omne malũ neceſſariũ ſit puniri vel ab hoĩe vel a deo: ſi hoc non punit melius eſt q̃ homo malũ in ſe puniat qõ fecit q̃ q̃ de⁹. qz vt dicit Heb. 10. Horrendũ eſt incidere in manus dei ꝛc. Et q̃tum ad hoc dicit. Sed vindictã id ẽ qz peccantes puniris et etiam voſipſos. 1. cozin. 9. Caſtigo corpus meuꝫ ꝛc. Eſa. 26. Juſticiã non fecim⁹ ꝛc. Scõm eſt q̃ totaliter abſtineat a malo. Et ideo dicit. In oñib⁹ exhibuiſtis duces ſcꝫ fide incontaminatos eſſe negocio ſcꝫ chriſtiano. ſ. 6. In omnibus exhibeam⁹ ꝛc. Eph. 1. Elegit nos ante mũdi conſtitutionẽ vt eſſemus ſancti p̃s. Ambulans in via immaculata ꝛc. Vl negocio de quo ſcꝫ correcti eſtis puta de fauore quẽ dediſtis foznicatori. ſed poſtmodum puniendo ꝛ condemnãdo ipſuꝫ oſtendiſtis vos in hoc inconta minatos eſſe.

Lectio quarta.

Igitur ꝛ ſi ſcripſi vobis nõ ꝓpter euꝫ qui fecit iniuriam. nec ꝓpter eum q̃ paſſus eſt. ſed ad manifeſtandã ſollicitudinem noſtram quam habem⁹ ꝑ vobis coram deo. Ideo conſolati ſumus. In conſolatione aũt noſtra abundanti⁹ magis gauiſi ſumus ſup gaudio titi. quia refectus eſt ſpiritus eius ab oñibus vobis. Et ſi qd apud illum de vobis gloriatus ſum: nõ ſum confuſus. ſed ſicut omnia vobis in veritate locuti ſumus. ita ꝛ gloriatio noſtra que fuit ad titum veritas facta eſt. Et viſcera eius abundantius in vobis ſunt. reminiſcẽtis omniũ veſtrum obedientiam. quomõ cum timore ꝛ tremore excepiſtis illum. Gaudeo q̃ in oñibus confido in vobis.

Hic aſſignata ratione quare gaudet aplus de ipſoꝝ triſticia: conſeq̃nter inducit concluſionẽ ſuã: in qua duo facit. Primo eñ oſtendit intentionem ſuam quã habuit in ſcribendo. Secũdo manifeſtat gaudiũ qõ habuit de ipſorum correctione ibi. Ideo conſolati ꝛc. Dicit g̃ primo. Exquo incõtaminati eſtis. igit̃ appet q̃ et ſi ſcripſi vobis ꝑ epl̃az increpando: non ſcripſi ꝓpter eum tm̃ q̃ fecit iniuriã inceſtu maculando cubile patris ſui vt dicit. 1. cor. 5. Nec ꝓpter eum tm̃ qui paſſus eſt ſcꝫ ꝓpter patrem q̃ſi non ꝓpter zelum vindicte ſolum: ſed hoc feci ad manifeſtandã ſollicitudinẽ noſtrã quã ꝑ vobis habem⁹. id eſt vt ſciretis q̃ ſolliciti ſimus ꝑ vobis. ꝛ hoc dico coram deo vt ſit turamẽtũ. i. deo teſte. Vl ad manifeſtãdã coram vob deo ſcꝫ de omnibus ſollicitudinẽ noſtram. Col. 2. Volo vos ſcire quaꝫ ſollicitudinem ꝛc. Vel aliter. Non ſcripſi tantũ ꝓpter eũ qui fecit iniuriam vt ſcꝫ corrigeret. Vel ꝓpter eum q̃ paſſus eſt vt placaret: ſed ad manifeſtandã ꝛc. vt ſcꝫ vos q̃ indignati fuiſtis ꝑ contumelia ꝛ pena inflicta foznicatori reconciliaremini deo. ¶ Conſeq̃nter cõcludit gaudiũ qõ habuit de eorum correctione cum dicit. Ideo ꝛ conſolati ſumus ꝛc. quaſi dicat Quia hoc conſecut⁹ ſum ex eo q̃ ſcripſi ſcilicz q̃ eſtis correcti: ideo conſolati ſumus id eſt conſolationem accepim⁹. Gaudium eñ hoĩs eſt cum ꝓſequit̃ qõ cum deſiderio intendit. ſ. 1. Abundantius autem ꝛc. ¶ Conſeqnẽter cum dicit. In conſolatione aũt ꝛc. ponit ſecundã cauſam ſue conſolationis que ſumit̃ ex deuotiõ

destruit eam dicẽs. In carne eñ ꝛc. quasi dicat: q̃ nos sumus in carne nõ possumus negare q̃ Ro. 8. dicit Debitores sumus carne ꝛc. sed q̃ nos regulemur scõm carnez ponendo in bonis carnalibus finẽ siue intentionẽ nostrã hoc est falsum. quia non scõm carnẽ militamus. id est vitam nostrã que est quedã militia vt dicit Job. 7. non regulamus scõm carnẽ. Et q̃ non militemus ſm carnẽ ꝓbat cũ dicit. Nam arma nostra ꝛc. Et primo ex militarib⁹ armis sicut vnusquisq̃ pugnator habet arma accomoda militie ꝛ pugne sue. Sed cõstat q̃ arma eoꝝ qui pugnãt scõm carnez seu militãt sunt diuitie. voluptates. honores ꝛ potentie mũdane ꝛ tempales. cum ergo arma nostra nõ sint huiusmõi: quia arma militie nostre nõ sunt carnalia. sed potentia deo id est scõm deũ vel ad honorẽ dei. Ergo nos nõ militamus ſm carnẽ. ¶ Secũdo vero cũ dicit ad destructionẽ ꝛc. Ponit virtutẽ armoꝝ spiritualiũ. quorũ quidẽ virtus patet ex triplici effectu eoꝝ. Primus effectus est q̃ per ipa arma confundunt rebelles Et q̃tuz ad hoc dicit. Ad destructionẽ munitionũ. Quasi dicat. Bene sunt potẽtia deo vt destruant rebelles. infra Tyt. 1°. Vt sit potens exhortari ꝛc. Jer. 1. Vt euellas ꝛ destruas ꝛc. Muniũt autez se aliqui contra deũ dupliciter. Aliqui astutis cõsilijs sicut sunt tyranni qui machinãtur prauis cõsilijs suis destruere que dei sunt vt ipi tyrannizent. Et quantũ ad hoc dicit. Consilia destruentes. scz tyrannoꝝ. Job. 5. Qui apprehẽdit sapiẽtes ꝛc. Aliqui vero per superbiã vel altitudinẽ ingenij ꝓpij. Et quantũ ad hoc dicit. Et oẽm altitudinẽ scz sue supbie. Ro. 11. Non alta sapientes ꝛc. id est superba. Siue profunditatẽ intellectus tam legisperitoꝝ q̃ philosophoꝝ. Ro. 8. Neq̃ altitudo neq̃ ꝓfundũ Esaie. 5. Ve qui sapiẽtes estis in oculis vestris. Altitudinẽ dico extollẽtie aduersus scientiã dei scz fidem quãdo est sciẽtia dei que de deo dicunt impugnãt. scz partũ virginis ꝛ alia dei mirabilia. Esaie. 11. Repleta est terra sciẽtia dei. Apoc. 3. Quã dicũt altitudinẽ sathane. Apo. 3. Qui nõ cognouerũt altitudinẽ sathane. Ro. 11. Noli altũ sapere sed time. ¶ Secũdus effectus est cõuersio infidelium ad fidẽ. Et q̃tũ ad hoc dicit. Et in captiuitatẽ redigentes ꝛc. quod quidẽ fit quãdo id quod homo scit totũ supponit ministerio xp̃i ꝛ fidei. p̃s. Ad alligandos reges eoꝝ in cõpedibus ꝛc. Eccl. 6. Injice pedẽ tuũ in cõpedes illi⁹ id est in documẽta fidei ꝛc. ¶ Tercius effectus est correctio peccantiũ. Et quantũ ad hoc dicit. Et in promptu habẽtes id est promptũ ꝛ liberũ animũ habẽtes ad puniendũ oẽm inobedientiã. p̃s. Gladij ancipites in manibus ꝛc. Et hoc erit cũ impleta fuerit vestra obedientia. id est cũ vos perfecte obedientes eritis. quia si vos velitis obedire nõ erit nobis locus puniẽdi inobedientiã alioꝝ ꝛ vestrã. Vel tunc vlciscemur vos de inobedientia quãdo impleta fuerit obediẽtia vestra. i. quãdo destruet inobediẽtia vestra. cõtraria eñ contrarijs curant.

Lectio secunda.

Que autez scõm faciem sunt videte. Si q̃s ꝓfidit xp̃i esse hoc cogitet iteruz apud se: quia sicut ꝛ ipse xp̃i est: ita ꝛ nos. Nam ꝛsi amplius aliquid gloriat⁹ fuero de potestate nostra quam dedit nobis dñs in edificationẽ ꝛ non in destructionẽ vestram non erubescaz. Ut autẽ non existimer tanq̃ terrere vos per epistolas. Quoniam quidã epistole inquiũt graues sunt ꝛ fortes presentia autẽ corporis infirma et sermo contemptibilis hoc cogitet qui eiusmodi est. q̃ quales sumus verbo per epistolas absentes tales ꝛ presentes in facto. Non enim audemꝰ inserere aut comparare nos quibusdã qui seipsos cõmendant. sed ipi in nobis nosmetipsos metientes: et cõparantes nosmetipsos nobis.

Supra excusauit se apls per rationẽ: hic excusat se per ea cti euidentiã. Et circa hoc duo facit. Primo eñ cõmittit auditoribus iudiciũ sue excusatiõis. Scõo prosequit suaz causam ibi. Siquis confidit ꝛc. Dicit ergo primo. Licet appareat per rationẽ falsuz esse quod imponũt mihi pseudo: tamẽ si aliqui sint inter vos qui ratiõe non vincant et noluerint ratiõi acquiescere saltẽ videte. i. considerate ea que sunt scõm faciẽ. i. in manifesto ãpparẽt de me euidenter. Cõmittit autẽ eis iudiciũ cause sue ad ostendendã securitatẽ cordis sui. Job. 6. Respondete obsecrõ ãbsq̃ cõtradictiõe. Sed cõtra Jo. 7. Nolite scõm faciẽ iudicare. ¶ Non ergo bñ dicit hic: Que ſm factẽ sunt videte. Respondeo dicendũ est q̃ ibi accipit ſm faciem ꝓ his que exterius apparẽt in homĩe scz ꝓ sola veritatis apparentia: hic vero ꝓ ipsa veritate euangelica ꝛ aperta veritate ſm que nõ debet homo iudicare. quia aliquãdo contrariũ latet in cordẽ. Unde dicit Mat. 7. Veniũt ad vos in vestimentis ouiũ intrinsecus ꝛc. Hic vero accipit ſm faciez ꝓ facti euidentia ſm quã potest fieri iudiciũ. Glo. aliter exponit scz ſm faciẽ. id est pseudo. Videte. id est attendite. Quasi dicat. Considerate facta eoꝝ quia impossibile est qui inter multa bona que pretendũt non faciãt aliqua ex quib⁹ poteritis cognoscere intentionẽ ipoꝝ prauã Mat. 7. Ex fructibus eoꝝ ꝛc. ¶ Consequẽter cũ dicit. Siquis autẽ confidit ꝛc. ꝓsequit causam suã. Contingit autẽ q̃ aliquis moueꝫ ꝓtra aliquẽ deceptus auctoritate alicuꝰ q̃ se magnũ facit. Et sic corinthij cõmoti erant cõtra apostolum decepti a pseudo. qui se dicebãt maioris auctoritatis q̃ paulus quia venerãt a iudea ꝛ quia erãt primo cõuersi Et ideo apls duo facit. Primo euacuat auctoritatẽ illoꝝ pseudoꝝ. Scõo prosequit causam suã ibi. Ut añt nõ existimer ꝛc. Circa primũ duo facit Primo ondit q̃ pseudo nõ sint sibi preferẽdi. Scõo q̃ ipse est preferendus eis ibi. Nam et si amplius ꝛc. Dicit ergo. Hoc inquã scõm faciem videte. Qsi quis de pseudo confidit se christi esse propter aliquod magnum quod fecerit: vel propter aliquod donum spirituale quod a xp̃o receperit: hoc cogitet apud se. id est cõsideret diligenter in corde suo quia sicut ipse xp̃i est. ita nos. Quasi dicat. Quicq̃d inueniẽ in eis totũ inueniẽ in nobis vnde debeamus dici et esse xp̃i. 1°. Corinth. 7. Puto q̃ ego spiritũ xp̃i habeã. Rom. 8°. Siquis spiritũ xp̃i non habet hic non est eius. Non solũ autẽ nos sumus xp̃i sicut ꝛ ipi: sed multoplus possumus gloriari q̃ sumus xp̃i q̃ ipsi. Et hoc est quod dicit. Nam si amplius q̃ ipi gloriatus fuero de potestate nostra quaz scz potestatẽ dedit mihi dñs. Act. 9. Vas electiõis est mihi iste. Gal. 2. Qui operatus est petro ꝛc. Dedit inq̃ mihi potestatẽ hanc specialẽ ad conuertendũ gentes in edificationẽ scz ecclesie ꝛ nõ in destructionẽ: sicut faciũt pseudo abutentes potestate eis data in contrariũ ad quod data est. Nam licet potestas deꝫ in edificationẽ ecclesie in fidei caritate. ifti tamen querũt gloriã suã ꝛ non xp̃i ꝛ ideo destruũt. Et hoc faciebãt predicando obseruari legalia ꝛ faciendo questũ. Si ergo amplius glorioꝛ de hac potestate quã habeo ꝛ in qua gloriã xp̃i quero et non meã nõ erubescã scz de hmõi cõmendatiõe mea q̃ non facio ad ostendendũ me sed cã necessitatis scz vt ostendens auctez meã esse magnã ꝛ pseudo nullã nõ decipiamĩ ab eis decetero. ¶ Vbi nõ q̃ ſm gre. duab⁹ de cãis põt se aliq̃s ꝓmẽdare

absq; peccato scz quando aliquis prouocatur obprobrijs et conculcat. ⁊ hoc vt non desperet videns se conculcari et vt confutet aduersarios. Sic Job cōmendauit se multū sicut patet. 27. capi. vnde dicit. Nequ enim reprehendit me cor meū in omni vita mea ⁊c. Item quādo aliquis predicans veritatē: et alius aduersarius veritatis cōtradicit sibi ⁊ impedit manifestationē veritatis tūc hmōi predicator debet se cōmendare ⁊ ostendere auctoritatē suā vt cōfutet illum ⁊ vt trahat auditores ad veritatē. Et hoc facit aplūs in multis locis ⁊ hic etiā. ¶ Consequēter cū dicit. Et aūt nō existimet ⁊c. psequit causā suā ex facti euidentia. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit falsū esse qđ sibi imponit. Scđo rationē dicti assignat. ibi. Non enī audemus ⁊c. Tercio exponit rationē ipam. ibi. Nos autez non ⁊c. Circa primū sciendū est ꝙ sicut dictū est impone bat apostolo ꝙ in pūtia esset humilis ꝓpter timorē vel ꝓpter gratiaz ⁊ fauorē captandū: ⁊ in absentia dure scriberet eis. Et ideo dicit aplūs ꝙ nō est ita. sed si bene volūt cōsiderare que apparēt ita inuenīēt cū facto qualē habuerūt scripto ⁊ hoc possunt experiri si volūt. Et hoc est ꝙ dicit. Et aūt non existimet a pseudo seu a vobis tanꝙ terrerē vos vel timorē vobis iuterē per eplas nras quas vobis mittim⁹ quē q̄dē timorē nō incutiebā vobis in pūtia. Et hoc ideo est qm ipi scz pseudo inquiūt. eple scz pauli graues sūt. i. dure ⁊ grauiter puniētes ⁊ fortes. i. absq; timore sed pūtia nō talis imo infirma. i. debilis ⁊ humilis qđ respondet ei qđ dicit fortes. ⁊ sermo. i. predicatio sua. ⁊ collocutio ⁊ exhortatio contēptibilis qđ respōdet ei qđ dicit graues. Sed qui est hmōi. i. qui talia dicit de nobis cogitet. i. sciat certe ꝙ quales sumus ⁊c. id est tales erim⁹ pīsentes cū venimus ad vos quales sum⁹ per eplaz absentes si necesse fuerit. Causaz aūt quare aplūs se habuit humiliter ad eos manifestat aplūs. 1ª. ad corinth. 2. Et ego fratres cū timore multo ⁊ tremore ⁊c. qđ faciebat quia nō erāt firmi in fide. Et voluit eos per dulcedinē sue cōuersatiōis firmare. Quare autē locutus fuerit sibi plana ⁊ p̄ dicauerit eis nō subtilia insinuat. 1ª. corinth. 3º. dicens: Tanꝙ parvulis in xp̄o lac potū dedi vobis ⁊c. Nondum enī erant capaces altiorīs doctrine. ¶ Consequēter cū dicit. Non enī audemus ⁊c. ostendit rationē dicti sui dicēs Dico ꝙ nō sumus similes pseudo. nec etiā est verū qđ imponit nobis qz ego non dico alia ꝙ facere est necesse. Et ideo dicit. Non enī audemus nos inserere. i. dicere nos esse vnū ex eis aut cōparare. i. similē facere quibusdaz scz pseudo qui seipos vobis tantū cōmendāt. ⁊ tamen ab aliis ⁊ a factis suis non cōmendant. Contra illud Prouer. 27. Laudet te alienus et nō os tuū ⁊c. Sed ipi in nobis ⁊c. id est scōm ea que sunt in nobis cū mensuramus facta nostra ⁊ dicta. Quasi dicat. Illa dicimus de nobis que sunt ꝓportionata nobis id est cōmensurata factis nostris Hal. vlti. Unusquisq; opus suū ꝓbet ⁊c. Sed cōtra. 4. dicit. Commēdantes nosmetipos ad oēm conscientiā ⁊c. Ergo nō bene dixit. Respondeo. dicendū est ꝙ aliud est cōmendare seipm ad cōscientiā: ⁊ aliud ad aures. Nā ad cōscientias hominū cōmendamus nosipos cum bene agimus. ⁊ hoc est bonū. Ad aures aūt cōmendamus nosmet ipos verbis tantū ⁊ hoc est malū. Primo mō cōmendant se iusti ⁊ aplūs. Scđo modo pseudo ⁊ hypocrite.

Lectio tertia.

Nos aūt non in immensum gloriabimur: sed scōm mensuraz regule qua mensus est nobis deus mensurā pertingendi vsq; ad vos. Non enī quasi nō pertingētes ad vos superextendimus nos. Usq; ad vos enī peruenimus in euangelio xp̄i nō in immensum gloriātes in alienis laborib⁹. Spem autē habentes crescentis fidei vestre in vobis magnificari scōm regulā nostraz in abundantia etiam in illa que vltra vos sunt euāgelizare nō aliena regula in his que preparata sunt gloriari. Qui autem gloriaī in dño gloriet. Non enīz qui seipm cōmendat: ille ꝓbatus est: sed quē deus cōmendat.

Supra aplūs ostendit rationē eoꝝ que dixerat: hic consequēter ipam rationē manifestat. Dixerat enī ꝙ cōmensurabat se sibi: ⁊ nō excedebat mensurā suam. Potest autez aliqs in gloriando ⁊ cōmendando se excedere dupliciter. Primo ꝝtuz ad id de quo gloriaī. puta si quis gloriaī de eo qđ non habet. Scđo ꝝtum ad id in quo gloriaī. puta si quis habēs aliquid ex alio: gloriaī in ipo tanꝙ a se haberet. Et ideo aplūs ostendit ꝙ neutro istoꝝ modoꝝ excedit mensurā gloriādo vel laudando se. Et primo ꝝtuz ad primū. Scđo quantū ad secundū ibi. Qui aūt gloriaī ⁊c. Circa primū duo facit. Primo ꝓbat ꝙ nō excedit mensuram suā quantū ad gloriā de preteritis. Scđo quantū ad gloriā de futuris ibi. Spem autē habentes ⁊c. Circa primū tria facit. Primo ꝓponit intentū. Scđo ꝓpositū prōbat ibi. Non enī quasi nō ⁊c. Tercio cōcludit ibi. Nec in immensuz gloriātes ⁊c. Dicit ergo primo. dico ꝙ metimur ⁊ compamus nosmetipos nobis: faciētes scz sm ꝙ officiū nostrū exigit. hoc aūt nos agentes nō in immēsuz gloriamur. i. nō excedimus mensurā nostrā exercendo potestatem nostrā ⁊ cōmendando nos. Leuiti. 19. Nolite facere iniquū ⁊c. Sed gloriamur sm mensurā qua mēsus est nobis deus. Glo. hoc exponit de mensura prelatiōis aplī et dicit sm mensurā. i. sm mensuratū mihi a deo populū cuius ego sum ꝑlatus ⁊ regula ad dirigendū. Sed hoc idez potest vniuersalius accipi: vt mensura regule dicaī quātitas gratie. Et tūc est sensus. Sed gloriamur sm mensurā qua mensus est nobis deus. i. sm ꝝtitatez gratie quā dedit nobis deus. Ephes. 4º. Uniculq; data est gratia ⁊c. Que quidē gratia est nobis regula: ne extollamur et detiemus a deo. Quā mensus est nobis deus qz quicquid boni facimus: in euāgelizando ⁊ in cōuersatione vestra ⁊ aliorū. totum est ex deo mihi in vobis ⁊ in alijs cōcessum. 1ª. corinth. 3º. Ego plātaui. appolo rigauit ⁊c. Mensurā dico pertingendi vsq; ad vos. quia vos estis sub mensura gratie mihi date per quā conuersi estis ad xp̄m ⁊ obediētis euāgelio. Hoc est ergo quod ꝓponit scz ꝙ nō excedit mensurā suam gloriādo ⁊ laudando se ꝙ sit eoꝝ ꝑlatus ⁊ ꝙ per eum cōuersi sunt. Et ꝙ ita sit scz ꝙ pertingat vsq; ad eos. ꝓbat consequēter cū dicit. Non enī quasi non pertingentes ⁊c. Quasi dicat. Vere gloriamur. Non enī superextendimus nos in gratia vel in gloria vel in potestate nostra quasi nō simus pertingētes vsq; ad vos potestate nostra ⁊ ministerio. Nā vsq; ad vos peruenim⁹ in euāgelio xp̄i. id est in predicatiōe euangelij xp̄i. 1ª. corin. 4. In xp̄o iesu per euangeliū ego vos genui ⁊c. et supra. 9. Nonne opus meū vos estis ⁊c. Hal. 2. Qui operatus est petro in apostolatū ⁊c. Et ideo cōcludit dicens. Igit cuz gloriоr de vobis non glorior in immensum. Unde dicit. Non in immensum gloriantes ⁊c. vbi alius fundamentum fidei posuisset. ¶ Consequēter cum dicit. Spem autem habentes ⁊c. ostendit ꝙ non excedit mensuraz suam quantū ad gloriam de futuro. Sciendū est autem ꝙ predicator potest habere duplex argumentū glorie de predicatione sua. Unū est vt conuersi ad predicationem suam proficiant in melius. Aliud: vt per ipsos conuersos alij

conuertant qz vt dicit Exodi.36°. Cortina cortinā trahit ꝛc. Et apoc. vlti. Qui audit dicat veni. Nam qñ quis videt alios cōuerti facilius conuertit. Et ꝙtum ad ista duo aplus sperat augeri gloriā suaz de corinthijs. Primo scz de ꝓfectu eoꝝ in melius. Et ideo dicit Dico q nec in immensum gloriamur de cōuersione vestra per nos causata olim. Sed adhuc habētes scz sumus spez magnificari in futuro. i. augeri gloriā nostrā crescentis fidei vestre in vobis. i. de fide vestra crescēte ꝛ ꝓficiente in melius per bona opera. 1°. Petri. 2°. Lac ꝯcupiscite vt in eo crescatis in salutē ꝛc. Et iterū secūdo speramus magnificari in cōuersione aliox per vos. Et ideo dicit. In abundātia ꝛc. id est in abundātia predicatiōis non solū in vobis. sed etiam in illa loca que vltra vos sunt. ꝛ hoc ꝑm regulā nr̄am id est ꝑm q iniunctū est nobis a xp̄o. nō solū euangelizare vobis sed oībus gentibus. War. vlti. Euntes in mundū vniuersū ꝛc. Nec tamē sumus habētes spem in aliena regula. i. nō speram⁹ gloriari nec gloriamur in aliqua aliena regula. Quasi dicat. Non in illis que p̄parata sunt ab alijs. i. quos alij duxerūt ad fidez. sed faciā fructū in illis in quibus ab alijs nō est predicatū. Rom. 15. Predicaui euangeliū hoc nō vbi notatus est xp̄us. Contra est q petrus p̄dicauit rome anteq̄ predicaret ibi paulus. Rn̄deo dicendū est q nō dicit hoc: recusans p̄dicare vbi alius p̄dicasset. sed dicit q intendit predicare etiaz vbi non predicasset aliquis. ¶ Consequēter cū dicit. Qui aūt gloriatur ꝛc. ostendit q nō excedit mensurā suam quantū ad id in quo gloriak dicēs: Quia si ego glorior in eo in quo gloriandū est non excedo. Cuz autē gloriandū sit in deo: qui gloriak in dño gloriek. Jer. 9. In hoc gloriek qui gloriak ꝛc. Potest autē hoc exponi tripliciter. Uno modo in domino glorietur. vt ly domino denotet obiectū gloriandi. Quasi dicat. Ex hoc gloriek q habet dñm amando et cognoscēdo. Jere. 9. In hoc gloriek ꝛc. Alio modo gloriek in dño. i. ꝑm deū. et hoc modo gloriak qui gloriak de his que dei sunt et nō de malis: sicut ille de quo dicit in ps. Quid gloriaris in malitia. Alio modo in dño gloriek. i. vt gloriā suaz reputet se habere a deo: totū quod cedit ad gloriā suam referens in deū. 1ª. corinth. 4. Quid habes quod nō accepisti. Si autē accepisti ꝛc. Et sic accipit hic cum dicit. Qui gloriak in dño gloriek. Quasi dicat: glorior de predictis: sed nō quasi hoc a me habeā. sed a deo. Et hoc etiā est mensura vestra. quia totū bonū vestrū habet ortū a nobis. Et vere in dño debemus gloriari nō nobis imputare gloriā nostrā sed deo. Nam nō est ꝓbatus. id est cōprobatus a deo vel hoibus ille qui seip̄m cōmendat. Prouerb. 27. Laudet te ꝛc. Sed ille quē deus cōmendat. i. cōmendabilē facit bonis opibus ꝛ miraculis. Nam deus est causa totius boni opis per hoies facti.

Capitulū vndecimū.

Utinaz sustineretis modicū quid insipiētie mee. sed supportate me Emulor enim vos dei emulatiōe despondi enim vos vni viro virginē castam exhibere xp̄o. Timeo autez ne sicut serpens seduxit euam astutia sua: ita corrumpant sensus vestri ꝛ excidant a simplicitate que est in xp̄o iesu.

Postq̄ apostol⁹ excusauit se de his que falso imponebāt sibi a pseudo: hic cōsequenter vt cōfutet eos scz pseudo ꝛ reddat auctoritatē suā honorabilē cōmendat se corinthijs. Circa hoc autē duo facit. Primo rationē sue commendatiōis assignat. Secō ponit suā cōmendationē. ibi. In quo quis audet ꝛc. Circa primū tria facit. Primo petit vt eius insipientia supportet. Secō subdit necessitatē sue cōmendatiōis vt nō insipiens videak ibi. Emulor enim vos ꝛc. Tercio innuit q̄ dato q̄ sit insipiens. supportare debent ibi. Iterū dico ne quis ꝛc. Circa primū duo facit. Primo premittit suū desideriū: vt petitio sua facilius exaudiak. Secō ponit suaz petitionē ibi. Sed ꝛ supportate me. Desideriū autē apostoli est vt corinthij sustineāt apostolū cōmendantē se. Et ideo per aduerbiū optandi incipit dicens. Utinā sustineretis ꝛc. Circa qō sciendū est q̄ precepta mozalia sunt de agēdis que cuz sint particularia ꝛ variabilia nō possunt determinari vna cōmuni ratiōe ꝛ regula indefinite: sed oportet qñq̄ ꝓter regulā cōmunē aliquid facere in aliquo casu emergēte. Quādo autē hoc modo fit aliq̄d ꝓter cōmunē regulā sapientes qui causā hui⁹ considerāt non turbant nec reputant insipiēter factū esse. Indiscreti vero ꝛ minus sapientes non ꝓsiderātes ex qua cā hoc ita fiat turbant ꝛ reputāt stulte factū fore sicut patet qz preceptū mozale est nō occides. Aliqñ tamen necesse est malos occidere. Et quādo hoc fit sapientes commendāt vel non reputāt male factū. Stulti aūt ꝛ heretici damnāt dicētes hoc esse male factū. Quia ergo cōmunis lex mozalis est q̄ homo non cōmendet seip̄m ꝑm qō dicit Prouer. 27. Laudet te alienus ꝛc. potest fieri in aliquo casu ꝓter hanc cōmunē regulā vt homo cōmendet se: et laudabiliter hoc facit. ꝛ tamē indiscreti hoc reputant insipientiā. Unde cum imineret casus quo aplis deberet se cōmendare. hortak eos ad hoc q̄ istud nō reputent ei ad insipientiā dicens. Utinā sustineretis scz patienter modicū insipiētie mee supportādo me. Et dicit modicū. quia si cōmendaret se sine causa esset maxima insipiētia. Et iterū si cōmendaret se ex causa oīno vrgente tūc nihil esset ibi insipiētie. Sed quia cōmendat se licet ex causa nō tamen oīno vrgente cū alio modo posset cōfutare pseudo ꝛ qz commendat se multū: videk ibi esse aliquid insipientie. ꝛ hoc est q̄ dicit. Modicū insipiētie mee. Infra. 12. Factus sum insipiens ꝛc. Et licet sic sim insipiēs. tamē supportate me Et hoc debent facere qz subditi debēt supportare ꝓlatos ꝛ econuerso. Hal. 6. Alter alterius onera ꝛc. Ephes. 4. Supportātes inuicē in caritate. Necessitatē autē cōmendatiōis ostendit dicens. Emulor ꝛc. Et circa hoc tria facit. Primo ostēdit huiusmodi cōmendationē puenire ex zelo. vt excludat insipientiā. Secō dicit hunc zelū non esse inordinatū. vt vitet indiscretionē. ibi. Timeo autē ꝛc. Tercio excludit eoꝝ excusationē ibi. Nam si is. Circa primū duo facit. Primo ponit zelū quē habet ad eos sanctū quia dei. Secō ostendit causā huius zeli: quia incūbebat sibi ex officio ibi. Despōdi vos ꝛc. Est ergo zelus sctūs q̄ emulor vos. i. diligo vos feruēter dei emulatiōe. i. ad honorē dei non meū. Circa qō nota q̄ emulatio ꝓut est idez quod zelus nō aliud est q̄ quidā motus animi bonus vel malus tendentis in statū ꝓximi ꝛ importat feruorē amoris. Et ideo cōsueuit sic diffiniri. Zelus est amor intēsus nō patiens consortiū in amato. Et si quidē non patiak consortiū in aliquo bono. puta. vitij vel alicui⁹ imperfectiōis sed singulariter illud solus vult habere. tunc zelus est bonus ꝛ emulatio bona de qua dicit. 1ª. corinth. 12. Emulamini carismata ꝛc. Hal. 4. Emulamini bonū in bono ꝛc. Tertij Re. 17. Zelo zelatus ꝛc. ps. Zelus dom⁹ tue ꝛc. Si vero nō patiak consortiū in aliqua excellētia vel in aliqua ꝓsperitate mūdi. tūc zelus est malus ꝛ emulatio mala. Hoc autē bono zelo seu emulatiōe aliqñ quis emulak alios ꝓ se sicut vir zelak ꝓ vxore sua quā sibi soli vult seruari. Aliqñ vero zelak aliquis ꝓ alio sicut eunuchus zelak vxorē domini sui vt custodiat eā sibi. Sic aplus populū suū quez videbat paratū ad precipiciū ꝛ cuz sponso xp̄o

velle prostituí dyabolo emulabatur: ne xps sponsus verus in eis aliquod dyaboli consortiũ pateretur. Et ideo dicit dei emulatione. Quasi dicat non p me sed p xpo q̃ est sponsus. Johan. 3. Qui habet sponsam sponsus est. 3. reg. 19. Zelo zelat⁹ sum p dño ꝛc. Unde autẽ apostolo incũbebat huiusmodi emulatio ostendit dicens: Despondi eñ vos ꝛc. Quasi diceret. Merito vos emulor dei emulatione. quia ego sum paranymphus huius matrimonij. quod est inter vos et xpm. quia ego despondi vos id est feci spõsalia que sunt p fidẽ ꝛ charitatẽ. Osee 2. Sponsabo te mihi ꝛc. Et ideo ptinet ad me custodire vos. Quicũq; ergo cõuertit populum ad fidẽ et ad iusticiam despondet eos xpo. Despondi inq̃ non multis. qa que multis adheret polluitur. Je. 3. Tu autem polluta es ꝛc. Sed vni christo scilicet viro perfecto virtutis plenitudine. Zach. 6. Oriens nomen eius. Je. 31. Mouuz faciet dominus super terram ꝛc. Et dicitur christus vir vnus quia singularis et q̃tum ad modum conceptionis et quantũ ad modum nascendi et q̃tum ad gratie plenitudinẽ. Ecc. 7. Unum de mille ꝛc. Jsti inq̃ viro despõdi vos exhibere virginẽ. ¶ Nota q a plurali ad singula redescendit dicens. Desponsaui vos in plurali. et exhibere virginem in singulari. volens ostendere q ex omnibus fidelibus fit vnũ corpus et vna ecclia: que debet esse virgo in omnibus mẽbris suis. Et ideo dicit virginẽ castam. In dominibus eñ accipitur virginitas p integritate corporis. castitas p integritate mentis. Nã aliquando aliqua est virgo corpore que non est casta mente. Sic ecclesia exhibet se xpo virginẽ qñ pseuerat in fiõ et infra sacramenta absq; corruptione alicuius idolatrie et infidelitatis Eze. 16. Ad omne caput vie edificasti signum ꝛc. Castam exhibet se quando existẽs infra sacramenta ꝛ in fide xpi exhibet puritatẽ corporis et operis. Ephe. 5. Ut exhiberet sibi gloriosã ecclam nõ habentẽ maculam neq; rugã ꝛc. Sed quia corinthij possent dicere non necesse est q custodias nos ꝛ zelus tuus non ẽ rationalis qz nos bene seruabimus nosmetipsos. Jdeo cõsequenter causam huius zeli ostendit dicẽs: Timeo autem ꝛc. Ubi sciendũ est q in paradiso fuit coniugiũ adaz ꝛ eue. Sed eua corrupta fuit per serpentẽ nõ violenꝫ sz astute inq̃ tum ꝓmisit falsum ꝛ suasit iniquũ. Falsũ q̃dez cum dixit Eritis sicut dij ꝛ nequaq̃ moriemini. cũ tamẽ ex hoc ipsi incurrerint necessitatẽ mortis. Jniquũ vero vt transgrederetur et preteriret mandatũ dei Et ꝑm hãc similitudinẽ aplus loquens dicit ecclam esse sicut euaz quã dyabolus aliqñ ꝓsecutus est manifeste per tyrãnos et potestates. ꝛ tunc sicut leo rugiens circuit querẽs quẽ deuozet. vt dicitur. 1. Pe. 5. Aliquando molestat ecclesiam latenter per hereticos q̃ ꝓmittunt veritatẽ ꝛ similant se bonos et tunc sicut serpens seducit astutia sua ꝓmittendo falsa. Et ideo dicit Timeo ne sicut serpẽs euã seduxit a paradiso eam eijciens astutia sua ꝓmittẽdo falsa. 1. thi. 2. Adam non est seductus sed mulier. Jta id ẽ per similes deceptiones hereticorum corrũpanꝫ sensus vestri. Et dicit sensus vestri. quia sicut in matrimõio carnali cauet sponsus ne coniunx corrumpaꝫ carnaliter. ita apostolus in hoc matrimonio spirituali timet ne corrumpãtur spiritual iter sensus cordis. 1. cor. 15. Corrũpunt bonos mores ꝛc. Uel sensus spirituales de quib⁹ Sap. 1. Sentite de domĩo ꝛc. 1. cor. 14. Nolite pueri effici sẽsibus. Et excidant a simplicitate q̃ est in xpo iesu. Simplex eñ est illud qđ corruptione caret. Pseudo ergo cõponebant vnam sectã ex iudaismo ꝛ euangelio mandãtes simul cũ euangelio seruari legalia. Illi ergo excidũt a simplicitate xpi q̃ seducti a pseudo simul cũ euangelio seruant legalia: ꝛ hoc timebat apostolus de corinthijs.

Ecc. 2. Ue peccatori ingredienti terrã duabus viis. Et econtra puer. 11. Simplicitas iustorũ diriget eos.

Lectio secunda.

In Am si is qui venit alium xpm predicat quẽ non predicauim⁹: aut alium spiritum accipitis quẽ non accepistis: aut aliud euangeliũ quod non recepistis: recte pateremini. Existimo eñ nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Nam ꝛ si imperitus sermone: sed non sciẽtia. Jn omnibus aũt manifestus sum vobis. Aut nũquid peccatũ feci meipm humiliãs: vt vos exaltemini. Quoniã gratis euãgelium dei euangelizaui vobis. alias ecclesias expolia ui accipiens stipendiũ ad ministeriũ vrm. Posito zelo quẽ ad corinthios habebat apostol⁹. ꝛ ostẽso zelum esse rationabilẽ: hic consequenter remouet eorum excusationẽ. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit eorũ excusationẽ. Secũdo ibi remouet eã ibi Existimo eñ me ꝛc. Circa primũ sciendũ est q corinthij possent suspicari q ideo zelũ haberet de eis. quia timet ne dimittant doctrinã suã ꝓpter doctrinã pseudo: vnde possent dicer̃ constat q minus bona sunt dimittenda ꝓpter magis bona. Ergo si pseudo meliora docent non debes turbari si acquiescimus eis. Et ideo hanc excusationẽ ponit ostendendo q nihil maius q̃ apostolus docẽt ꝛ p̃dicant. Nã apostol⁹ tria p̃dicauit eis ꝛ docuit eos. Primo q essent christi. ꝛ. 4. Non eñ predicamus nosmetipos sed xpm iesum. Secundo q haberent spiritũ xpi. Roma. 8. Si quis spiritũ xpi non habet: hic non est ei⁹. Tertio vt rẽciperent euangeliũ xpi. Ro. 1. Non eñ erubesco euãgelium ꝛc. Si ergo pseudo meliora vobis predicarẽt ꝛ vos docerent recte faceretis ꝛ excusabiles essetis. Sed hoc non facunt. Et hoc est qđ dicit. Nã si is qui ꝛc. Quasi dicat. Timeo ne pseudo qui venit ad vos nõ missus sed ex se sicut fur ꝛ latro Joh. 10. Quotquot venerũt fures sunt et latrones. Je. 23. Non mittebam eos et ipsi currebãt. Ro. 10. Quomodo predicabunt nisi ꝛc. Si inq̃ talis predicator predicat vobis aliũ xpm scz excellẽtiorem q̃ illũ quem nos predicauimus. qđ non potest esse. qz vt dicitur cor. 8. Unus dñs noster iesus xps per quẽ oĩa ꝛc. Et hoc q̃tũ ad primũ. Aut aliũ spiritũ scz meliorem accipitis scz per talẽ q̃ accepistis scz per nos id est ministerio nostro qđ non potest esse quia vt dicitur. 1. cor. 12. Hec omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus ꝛc. Et hoc q̃tum ad scõm. Aut predicat vobis aliud euangeliũ id est aliã p̃dicationẽ vl doctrinã quã p nos nõ recepistis. Gal. 1. Miror q sic cito transferimini ꝛc. Si inq̃ alia et meliora facerent vobis: pateremini id est faceretis excusando vos. Et quia nõ potest eis aliud euãgeliũ id ẽ melius tradi. Jdeo apostol⁹ excõmunicat galathas si aliõ euangelium reciplant. Gal. 1. Si quis aliud vobis euãgelizauerit ꝛc. ¶ Consequent cũ dicit. Existimo eñ ꝛc. remouet hanc excusationẽ. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q ipse non min⁹ fecit eis q̃ alij. Scõo q plus ibi Aut nunqđ ꝛc. Circa primũ tria facit. Primo ostendit q nihil minus fecit facto q̃ alij apli. Secundo inuit q non defuit ei facultas ad hoc faciendũ ibi. Nam ꝛ si imperitus sermone ꝛc. Tertio ostendit euidentiã vtriusq; ibi Jn omnibus autẽ ꝛc. Dicit ergo. Recte pateremini vos seduct ab eis si melius predicarẽt vobis sed hoc nõ est verum. Enim id est quia existimo me nihil minus fe-

141

esse in his a magnis apostolis id est q̃ petrus et iohannes quos isti habebãt magnos. Et comparat se magnis apostolis. tum quia paulus videbatur et reputabat ab eis minor q̃ illi eo q̃ illi fuerant cũ iesu et paulus nõ. tũ etiã q2 pseudo dicebant se missos ab eis. Et ideo ostẽdo se parẽ magnis apostol' istor errorẽ rem ouet ꝛ pseudo confutat. Et nõn solũ nihil minus fecit sed plus. 1. corinthi. 15. Plus omnibus laborauí. Et ne forte dicerent ei. vnde tibi est facultas ad hoc faciendũ cũ sis impedite lingue. Ostẽdit q̃ ei facultas affuit ex magnitudine sciẽtie dicens: Licet sim imperitus ſmone tñ nõ sum imperitus scientia. 2. Pe. vlti. Sicut et charissimus frat noster paul' ſz sapiẽtiã ꝛc. ¶ Sed hoc sciendũ est q̃ pseudo querentes gloriã ꝓpriam et lucra sectãtes nitebant attrahere populũ per ornata ꝛ subtilia ꝛ exquisita verba non attendentes nisi solũ aures permulcere. Aplus vero quia nõ querebat vtilitatẽ ꝓpriam ſz solũ dilatationẽ fidei xpi et ꝓfectũ eius: ita ꝓponebat verbũ fidei vt omnes possent capere cõformãs se cõdit' audientiũ ꝛ capacitati. Unde quia isti in principio no ant capaces alte doctrine ꝓposuit eis fidẽ non in subtilitate sermonis sed eo modo quo capere possent scilicet plane ꝛ aperte. Et ideo isti dicebant eum esse imperitũ sermone. 1. cor. 1. Non in sapiẽtia verbi ꝛc. Et propter hoc dicit apostolus. licet sim imperitus ſmone: vt vobis videtur hoc nõ fuit ex defectu scientie sed propter vos ex quadã dispensatione quia tanq̃ puulis in xpo lac potũ dedi vobis ꝛc. Vel dicendũ ad litterã q̃ apostolus fuit balbus. et ex hoc pseudo deridebant eũ. Et ideo dicit. Et si imperitus sermone id est impedite lingue. nõ tamẽ sum imperitus scientia. Exo. 4. Impeditioris et tardioris linguẽ sũ. Q autẽ nihil minus fecerim a magnis apostolis: euidenter apparet per ea que feci vobis. Et ideo dicit. In omnib' predictis manifestatus sum in vobis: qui experti estis q̃ per me fiunt. 1. cor. 9. Signaculum apostolat' mei vos estis in domino. et infra. 1. Signa tamẽ apostolat' mei facta sunt super vos ꝛc. ¶ Consequenter cũ dicit. Aut nũquid peccatũ ꝛc. Ostendit q̃ plus fecit q̃ omnes alij. et hoc quia predicauit sine sumptibus. Circa hoc duo facit. Primo ponit factũ. Secundo causam facti assignat ibi Quare. quia non diligo vos ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo ostendit factũ q̃tum ad preteritũ. Secundo q̃tum ad futur ibi. Et in omnibus ꝛc. Factũ autẽ p̃teritũ ostendit dupliciter. Primo in generali. Secõ in speciali ibi. Qm̃ gratis ꝛc. Dicit ergo Recte dico q̃ nihil min' feci ab illis: nisi forte hoc reputetis male ꝛ minus factus quia diminui de auctoritate mea non accipiens sumpt' a vobis. sed si hoc esset malum minus fecissem. Et ideo ostendit q̃ non est malũ. Et hoc est qõ dicit. Aut nunq̃d peccatũ feci id est nunq̃d peccaui humilians meipm ꝛ diminuẽs õ auctoritate mea. Quasi di. Mõ. Ecc. 3. Quanto maior es ꝛc. 1. cor. 9. Cum essem liber ꝛc. Mat. 18. Qui humiliauerit se ꝛc. Ratio autẽ humiliationis mee est non ꝓpter lucrũ ꝓpriũ sed ꝓpter ꝓmotionẽ vestrã Unde dicit. Ut vos exaltemini id est in fide confirmemini. Corinthij autẽ auari erant. et ideo si a principio accepisset sumptus forte destitissent a fide. Item pseudo p̃dicabant propter questũ. Ut ergo corinthij reciperẽt apostolum et pseudo auferret occasionẽ quest' gratis prędicauit eis sine sũptib' ꝓprijs. Hoc ãt qõ dixerat i generali mãifestat i spẽali ibi. Qm̃ grat' ꝛc. Et fac duo. Primo ostendit quõ sine sumptibus prędicauit eis in primo aduentu ad eos. Secundo ostẽdit q̃ idẽ fecit in mora quã apud eos contraxit. ibi. Et cũ essez ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo proponit quod intẽdit scilicet humiliationem dicens: In hoc humilians meipsum qm̃ euangelizaui vobis gratis id est sine sumptu. non autẽ sine merce de quia hoc non est laudis. licet em̃ omnes possent capere sumptus persone ab eis quibus proponunt verbũ dei nullus tamen prędicare debet ꝓ mercede ꝛ questu. Secundo quia possent dicere isti. vnde ergo accepisti sumptus. respondet q̃ ab alijs ecclesijs dicẽs: Ecclesias alias exspoliaui accipiens ab eis stipendiũ ad ministerium vr̃m. Ex hoc conuincit eos q̃ non possint dicere apostolo q̃ non liceret ei accipere ab eis. Si enim accipitur ab alijs ad seruitiũ eor: multomagis liceret ei accipere ab ipsis. Ex hoc etiam apparet q̃ legatus pape visitãs vnã partẽ legatiõis potest accipere stipendia. Et q̃ domin' papa pro necessitate vnius patrie potest accipere subsidium ab alijs partibus mundi. Ratio est. quia ecclesia est sicut vnũ corpus. videmus aũt in corpore naturali q̃ natura quãdo deficit virtus in vno mẽbro: subministrat humores et virtutẽ accipiens ab alijs membris.

Lectio tertia.

Et cũ essem apud vos et egerẽ nulli onerosus fui. Naz quod mihi deerat suppleuerunt fratres qui venerant a macedonia: et in omnibus sine onere me vobis seruaui et ſuabo. Est veritas xpi in me: quoniã hec gloriatio nõ infringetur in me in regionibus achaie. Quare: q2 non diligo vos Deus scit. Qõ autẽ facio et faciaz vt amputẽ occasionẽ eor qui volunt occasionẽ: vt in quo gloriãtur inueniant sicut et nos. Naz eiusmodi pseudo apli sunt operarij subdoli: transfigurantes se in apostolos xpi. Et non mirũ. Ipse em̃ sathanas transfigurat se in angelũ lucis. Mõ est ergo magnum si ministri eius transfigurent̃ velut ministri iusticie quorum finis erit scõm opera ipsorum.

Ostenso q̃ quando primo eis predicauit in ipso aduentu: euangelizauit eis gratis: hic ostendit q̃ nec etiam cõtrahendo morã apud eos accepit ab eis sumptus Et primo hoc ostendit. Secũdo vero respondet cuidã tacite q̃stioni ibi. Nam quod mihi ꝛc. Dicit ergo Mõ solũ quãdo primo veni ad vos non accepi a vobis sumptus: sed etiam cũ̃essem apud vos diu et etiam egerẽ. vt ostendat q̃ non dimisit eis sumptus ꝓpter diuitias. Nulli onerosus fui aliquid ab aliquo accipiẽdo. In quo apparet causa quare dimisit: quia corinthij ꝓpter auaritiã eis inna tam reputabant sibi onus ministrare sumptus. 1. cor. 9. Non sumus vsi hac potestate. sed omnia sustinem' ꝛc. Sed possent isti dicere. vnde ergo habuisti necessaria? Et ideo respondet dicens: q̃ ab alijs ecclesijs ideo scilicet nihil accepi. quia illud quod mihi deerat scilicet ad p̃cio quod lucrabãt nocte laborando manibus suis apud aquilã et priscã. Erat em̃ scenofactorie artis per quã lucrabatur sibi necessaria Act. 2. Ad ea que mihi op' erãt ꝛc. Illud ergo quod deerat non dedistis vos sed suppleuerunt fratres qui venerunt a macedonia: scilicet philippenses qui erant valde liberales. Ñ de hoc in epistola

ad philipenses cõmendat eos. Phil. 4. Nulla ecclesia cõmunicauit mihi in ratione dati et accepti nisi vos. Sed corinthij erãt auari. ¶ Consequenter cũ dicit. Et in omnibus sine onere ꝛc. Ostendit quomõ se habebit in hoc ad eos in futurũ dicens: q etiã sine onere vult se habere ad eos. Et circa hoc duo facit. Primo ponit suã rationẽ cõmunem. Secundo cõfert eã ibi Est veritas xpi ꝛc. Dicit ergo non solũ feci hoc scilicet q gratis vobis euangelizaui et nulli onerosus fui: sed etiã in omnibus seruabo me vobis sine onere sicut vsq modo seruaui non vure reprehendendo: non seuere corrigẽdo: nec vestra accipiẽdo Act. 3. Argentũ et aur et vestẽ nulli9 cõcupiui. Numeri. 16. Tu scis q nec asellũ quidem acceperim ab eis dicit moyses ad dñm. Samuel dicit. 1. reg. 12. Loquimini de me si oppressi ꝛc. Et q ita facturus sit confirmat ex duobus. Primo ex eo qui loquitur in ipso scilicz christo qui est veritas a qua non potest esse falsũ. Et ideo dicit Est veritas christi in me ꝛc. Quasi dicat. Hoc qõ dixi verũ est. quia veritas christi loquitur in me ꝛc. hoc infra vltimo. An experimentũ queritis eius qui in me ꝛc. Vel hoc potest accipi per modum iurãtis. Quasi dicat deus qui est veritas et est in me scrutãs corda sit mihi testis q ita seruabo me. Ro. 1. Testis est mihi deus ꝛc. Secundo ex eo q non intendit minuere gloriam suã sed augere. Apostolus eñ attribuebat sibi apud xpm ad magnam gloriam q ipse solus inter apostolos sine sumptu predicabat corinthijs. Et ideo dicit. Ideo seruabo me sine onere quoniã non infringetur id est nõ minuetur in me hec gloria q scilicet gratis predico vobis: et q a licitis abstineo: propter salutẽ vestrã que quidem est gloria xpi. quia ipse glorificatur per hoc in me. vel q ego hanc gloriam habeo specialiẽ apud xpm. que quidem refringeretur in regionibus achaie. vbi corinthum etat metropolis si recepisset ab eis quia auari erant. habitabãt eñ in maritimis et erant intenti mercationibus et tales consueuerunt esse auari. 1. cor. 9. Bonũ est mihi magis mori q vt gloriam meã quis euacuet. ¶ Consequenẽ cũ dicit Quare. quia non ꝛc. Ponit causam quare non accepit sumptus ab eis. Et circa hoc duo facit. Prio excludit falsam causam. Secundo astruit verã ibi. Quod autem facio ꝛc. Circa primũ sciendũ est q pseudo imponebant apostolo q ideo nõ recipiebat a corinthijs sumpt9 quia non diligebat eos et quia non intendebat eis bene facere et seruire. Dicit ergo quaꝝ scilicet hoc facio. quia non diligo vos id est pro odio quod habeo ad vos sic dicunt pseudo. deus scit q diligo vos et q nõ p odio hoc facio Job. vltimo. Domine tu scis quia amo te. Sic ergo exclusa causa falsa sequitur vera ibi. Quod autẽ facio ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo ponit verã causaz Secũdo rationẽ huius assignat ibi. Mã eiusmodi pseudo ꝛc. Circa primũ sciẽdũ est q pseudo vt dictũ est querebant lucra et gloriã ꝑ priam. Et ideo vt in reuerentia haberentur nitebanẽ exterius sequi vestigia apostoli vel etiam si potuissent excellere ipm. Dicit ergo apostolus. Si ergo volunt me imitari in hoc imitentur vt nihil accipiant. Et quia sciebat q pseudo predicabant vt accipiant et per consequens q non predicarent si deficeret eis lucrum. Dicit Quod facio ideo facio et faciã hoc non ꝓpter odiũ sed vt amputẽ occasionẽ eorum scilicet pseudo accipiendi vestra. eorũ scilicet pseudo qui volunt supplemeo exemplo habere occasionẽ accipiendi vestra. Sciebat eñ ſm Ambro. q si non acciperẽt non diu predicarent. Econtrario dicitur puerb. 9. Da occasionẽ sapienti ꝛc. et hoc vt tales inueniant scilicet pseudo sicut t nos scilicet non accipientes pecunias sicut et nos non accipimus. In quo quidem ipsi gloriantur scilicet q imitãtur nos. et ego nolo si perfecte volunt nos imitari q accipiant. 1. cor. 7. Volo omnes homines esse sicut et me scilicet non accipientes. ¶ Ut in q ꝛc. Hoc legitur triplicit. Uno modo sic vt inueniantur tales supple sicut et nos: accipiendo sicut nec nos accipimus et p consequẽs a p̃dicatione cessando. In quo scilicet esse tales sicut et nos gloriantur. contendebant eñ esse similes veris apostol. Secundo modo sic. vt in eo in quo gloriantur scilicet accipiendo. quia hoc solum querebant. inueniantur sicut t nos id est similes nobis cessando scilicet et desistendo ab acceptione vt nobis assimilentur. Tertio modo sic vt in eo in quo gloriantur scilicet in nõ accipiendo. dicũt eñ se nihil accipere inueniantur sicut et nos id est nõ meliores nobis ne scilicet possint se in hoc nobis preferre. Mã eiusmodi hoc continuatur tripliciter. Primo modo sic: ita gloriantur et contendunt nõ sicut nos. Nam eiusmodi ꝛc. Secundo modo sic et vere desistũt accipere: vt nobis assimilẽtur. Nam eiusmodi ꝛc. Tertio modo sic. ita in non accipiendo gloriantur vt nobis similes videantur. Posita autem vera causa probat eam consequenter dicens: Nam eiusmodi ꝛc. Ostendens quomodo studẽt assimulari apostolo. Et circa hoc tria facit. Primo põit causã. Secundo probat eam ibi. Sed non mirũ. ¶ Tertio consequenter ostendit differentiam pseudo ad veros apostolos ibi Quorum finis ꝛc. Dicit ergo recte dico q hoc facio vt amputem eis occasionem accipiendi. Nam huiusmodi pseudo apostoli sũt operarij scilicet falsi. Phi. 3. Videte canes videte malos oparios ꝛc. Subdoli id est callidi et vulpini sub specie religionis decipientes Ezeche. 13. Quasi vulpes in desertis ꝛc. Capite nobis vulpes paruulas qui demoliunẽ vineas ꝛc. Cã. 2. Mat. 7. Veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ ꝛc. Et hoc est quod dicit transfigurantes se in apostolos christi id ẽ exterius portantes signa bonoꝝ apostolorum. 2. thimo. 3. Habentes quidem speciẽ pietatis ꝛc. Et hoc probat quia sicut veri apostoli mittuntur a deo et informantur ab ipso. sic sathanas transformat se in angelum lucis qui est dux et inventor eorum ostendens se esse vel angelum dei vel aliquando christum. Non est ergo mirũ neq magnum si ministri eius scilicet pseudo transformãt se in ministros iusticie id est simulãt se esse iustos. Ecclesiast. 10. Scõm iudicem populi sic et minister eius ꝛc. ¶ Notandum autem est q sathanas trasfigurat se aliquando visibiliter sicut beato martino vt deciperet eum. et hoc modo multos decepit Sed ad hoc valet et necessaria est discretio spirituum quã specialiter deus contulit beato anthonio In hoc tamen potest cognosci q sathanas sit. q bonus angelus in principio hortatur ad bona et perseuerat in eis. sed malus in principio quidez pretendit bona sed postmodum volens explere desiderium suũ et quod intendit scilicet decipere inducit et instigat ad mala. 1. Johan. 4. Omni spiritui nolite credere ꝛc. Et ideo Josue cum videret angelum in cãpo suo dixit. Judicuz. 5. Noster es an aduersariorum? Aliud etiam signum est q bonus angelus et si terreat in principio tamen statim cõsolatur et confortat sicut zachariam Luce. 1. Ne timeas zacharia. Et ad beatam virginem dixit. Ne timeas maria ꝛc. Malus autem angelus stupefacit et desolatũ dimittit. Et hoc ideo vt stupefactũ facilius decipiat t persuadeat sibi. Aliquando autẽ transfigurat se inuisibiliter et hoc quãdo ea que in se mala sunt facit apparẽ bona: peruertendo sensus hominis et inflammando concupiscentiam prouerb. 14. Est via que videtur homini recta ꝛc. Sic decepit monachum quendam cũ proposuisz

in animo suo nunq̃ exire cellam: suggessit ei dyabol⁹ q̃ bonum esset q̃ exiret ad ecclesiam et reciperet corp⁹ christi. Cui suggestiõi consentiens propositum mutauit vadens ad ecclesiam. Postmodum cognoscens eum fuisse dyabolum gloriatus est monachus q̃ non deceperat eũ quia ad bonum iuerat. et tamen iam remouit eum a proposito continue stãdi in cella. Postmodum vero iterũ suggessit ei q̃ pater suus esset mortuus et dimiserat sibi multas diuitias distribuẽdas inter pauperes: q̃ iret ad ciuitatem ad quã cum iret nunq̃ rediit ad cellam ꝛ mortuus est in peccato. Unde valde difficile est q̃ homo caueat sibi et ideo recurrendũ est ad adiutorium diuinum. Job. 41. Quis reuelabit faciẽ indumenti ei⁹ ꝛc. Quasi dicat Nullus nisi deus. ¶ Consequenter ponit ministrorum et malorum et bonorum differentiam que consistit in hoc q̃ finis illorum scilicet ministrorum christi et sathane erunt ſm opera eorum. Nam finis bonorum erit bonus et malorum erit malus. et boni inducuntur ad bonum et mali ad malum Philipen. 3. Quorum finis interitus ꝛc. Item boni recipient bõa. et mali mala. ſ. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi.

Lectio quarta.

Iterum dico ne quis me putet insipientem esse. Alioquin velut insipientem accipite me: vt et ego modicum quid glorier. Quod loquor: nõ loquor scõm deũ: sed quasi in insipiẽtia in hac substantia glorie. quoniã multi gloriantur ſm carnem: et ego gloriabor. Libenter eñ suffertis insipientes cũ sitis ipsi sapientes Sustinetis enim si quis vos in seruitutez redigit: si quis deuorat. si quis accipit: si q̃s extollitur: si quis in faciem vos cedit. Scõm ignobilitatem dico quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.

Supra apostolus induxit corinthios q̃ patienter sustinerent suam cõmendationez: ostendens q̃ hoc faciebat ex zelo quem habebat ad eos. ꝛ quia zelus ille erat rationabilis ꝛ ordinatus: hic autẽ consequenter ponit aliam rationem per quam ostendit q̃ dato q̃ insipienter agerz nihilominus tamen deberent eum supportare. Unde in ista ratiõe procedit ex suppositione stulticie In hac autẽ parte duo facit. Primo enim proponit suã petitionem. Secundo rationem dictorum assignat ibi. Quod loquor ꝛc. In petitione autẽ sua duo facit. Primo enim petit q̃ non reputent eum insipientẽ quod pertinet ad premissam rationem. Et ideo dicit. Iteruz dico q̃ exquo zelus meus est rationabilis et ego ratiõabiliter cõmẽdo me ne q̃s scilicet vestrum me reputet insipientem. Secundo petit q̃ dato q̃ insipienter agat tamen supportent eum ꝛ hoc pertinet ad rationem hanc. Et ideo dicit Alioquin id ẽ si non rationabiliter cõmendo me et penitus velitis me ex hoc insipientem reputare tamẽ accipite id est supportate me velut insipientẽ. Et dicit velut. Quia licet ipsi reputent eum insipientem in hoc tamẽ in rei veritate nõ ẽ insipiẽs Accipite me inq̃ velut insipientẽ vt ꝛ ego modicum quid glorier. Et dicit modicum. quia infra commendauit se de gloria que est ſm carnẽ que valde modica est. Job. 25. Homo putredo et fili⁹ hominis vermis. Ecclesiast. 10. Quid superbis terra et cinis. Rationem autem dictorum assignat dicens: Quod loquor ꝛc. Dixerat autem tria. Primo quia supposuit se insipienter cõmendasse seipsum. Secundo q̃ vult gloriari. Tertio q̃ sustineant eum. Et horum trium rationem assignat. Et primo de hoc q̃ supposuit se insipienter cõmendare se. Secundo quare vult gloriari ibi. Quoniam multi gloriantur ꝛc. Tertio q̃ debeant eũ supportare ibi. Libenter enim suffertis ꝛc. Dicit ergo primo. Ratio quare debetis insipientẽ accipere me. est. quia illõ quod loquor in hac substantia glorie id est in cõmendatione carnis. que a quibusdam appetitur ac si per eam debeant subsistere. non loquor scõm deũ sed quasi in insipientia. Et dicit ex ypostasi sicut illud quod supra dixit. velut insipientem. Unde ibi posuit Velut h̃ põit quasi. Ac si dicerz. Si nõ rationabiliter cõmendarem me tunc illud quod loquor in cõmendatione mea non est scõm deum id est scõm rationem diuine sapientie. Et tunc merito acciperetis me non scõm deũ loqui sed insipienter supra. 10. Non enim qui seipsum cõmendat ille probatus est ꝛc. prouer. 27. Laudet te alienus ꝛc. Rationem autẽ sue cõmendationis et glorie ostendit subdens: Quoniam multi gloriãtur ꝛc. Ubi sciendum est q̃ pseudo quia ex iudeis erant gloriabantur scõm carnẽ: dicentes se esse filios abrahe ꝛ ex hoc volebant haberi in reuerentia a corinthijs ꝛ auctoritate. Dicit ergo apostolus. dato q̃ sit insipientia q̃ glorier scõm carnem. tamen quoniam multi scilicet pseudo gloriantur scõm carnem et ego etiam gloriabor scõm carnem prouerb. 26. Responde stulto scõm stulticiã sua ne sibi sapiens videatur. Sed contra est quia seneca dicit Sũma malorũ est quod ad exemplum vnitur. Et exod. 23. Non sequaris turbã ad faciendũ malum. Non ergo apostolus debet gloriari scõm carnem eo q̃ pseudo gloriantur. Respondeo dicendũ est q̃ licz sit eadẽ materia gloriationis non tamen est eadem intentio et finis. quia pseudo cõmendabant se propter gloriam proprian ꝛ vt ipi haberentur in auctoritate et possent lucrari: apostolus autem gloriabatur vt verbum dei per eum predicatum esset maioris auctoritatis et penderis ꝛ fructum faceret christo. Rationem autem quare debeant eum supportare subdit dicens. Libenter enim suffertis ꝛc. Et primo ponit rationem hanc q̃ scilicet debeant eũ supportare. Possent eñ dicere Quare debemus te supportare si es insipiens. Et dicit apostolus q̃ ideo qz cum vosipsi sitis sapientes in oculis vestris ꝛ in vestra reputatione libenter suffertis id est estis consueti supportare insipientes pseudo. scilicet. Secundo ostẽdit in quo supportent insipientes. Et ponit quinq̃ grauia que sustinebant a pseudo. primum est iugum seruitutis. Et quantũ ad hoc dicit. Sustinetis enim si quis id est aliquis pseudo redigit vos in seruitutem. Quasi dicat per christum liberati fuistis a seruitute legis que est in timore: et reducti estis in libertatẽ filiorũ dei: que est in charitate. Gal. 4. Non sumus ancille filij sed libere. Et tamen vos sustinetis pseudo qui ex huiusmodi libertate redigũt vos ĩ seruitutẽ legis quia cogunt vos seruare legalia. Gal. 5. Nolite iugo seruitutis ꝛc. Multo ergo magis debetis sustinere me qui volo vos preseruare in libertatem christi q̃ pseudo qui volunt vos reducere in seruitutem legis. Secundũ est graue valde scilicet q̃ pseudo vsũt de bonis vestris laute: nos vero non. ſ. 8. Non vt alijs sit remissio ꝛc. Et iõo dicit. Si quis deuorat. Matth. 23. Ue qui comeditis domos viduarum ꝛc. Tertium graue est depredatio et expoliatio. quia isti ad litterã blandis verbis ꝛ pretextu pietatis accipiebant eis omnia. ꝛ quãtuz

ad hoc dicit Si quis accipit id est blande decipit subtrahendo vestra Romano.16. Per blandos sermones seducunt corda insipientium. Quartus graue est nimia iactantia super eos cum corinthios cõtemptu. Ideo dicit Si quis extollitur iactando se importune Ecclesiasti.6. Non te extollas in cogitatione ꝛc. Quintum graue est illatio opprobriorum. Mas pseudo non solũ tam grauia eis inferebant: sed super hoc addebant improperia dicentes eis iniurias: et maxime de ignobilitate. Nam qꝛ ipsi erant iudei ꝛ cultores vnius dei dicebant se nobiles esse et corinthios ignobiles. quia non erant de semine abrahe nec circumcisi et qꝛ de idolatris. Et quantũ ad hoc dicit. Si quis in faciem vos cedit id est coraꝫ vobis infert contumelias ꝛ dicit iniurias. Et huiusmodi iniurie sunt ꝑm ignobilitatem quã vobis obijciunt. Et tamen illos sustinetis et nos non quasi nos fuerimus infirmi in hac parte glorie quã attribuistis eis. preferẽdo eos nobis ꝑsertim cum pseudo dicant qꝛ ideo nos non dicim⁹ nec facimus vobis ista: quia nos sum⁹ infirmi in hac parte id ẽ quia sumus ignobiles. 1. corin. 4. Nos infirmi vos fortes: vos nobiles nos ignobiles.

Lectio quinta.

IN quo quis audet in insipientia dico audeo et ego. Hebrei sunt et ego. Israelite sunt et ego Semen abrae sunt et ego. Ministri christi sunt ꝛ ego. Ut minus sapiẽs dico plus ego. In laboribus plurimis. in carceribus abundãtius. in plagis supra modu3. in mortibus frequenter. a iudeis quinquies quadragenas vna minus accepi Ter virgis cesus sum. semel lapidatus sum. ter naufragium feci. nocte et die in profundo maris fui. In itineribu⁹ sepe. periculis fluminum. periculis latronuꝫ periculis ex genere. periculis ex gentib⁹. periculis in ciuitate. periculis in solitudie. periculis in mari. periculis in falsis fratribus.

Positis rationibus sue cõmendationis et causis quare supportandus est: hic consequenter incipit se cõmendare. Et circa hoc duo facit. Primo enim adequat se pseudo et alijs qui cõmendabant se. Secundo prefert se eis ibi. Ut minus sapiens ꝛc. Adequat autem se apostolus eis in gloria. Est autem gloria duplex. Una secũm carnẽ que modica est et contemnenda. Unde ipse dicit Phil. 3. Sed que mihi fuerunt lucra arbitratus ꝛc. Alia est ex christum quia magna gloria est sequi dominum Eccle. 23. Et hec est querenda. Hal. vltimo Mihi absit gloriari nisi in cruce ꝛc. Et ideo apostolus adequat se eis ꝗtũ ad vtramqꝫ gloriam. Et primo quãtũ ad primam. Secũdo quantũ ad secundam ibi. Ministri christi ꝛc. Et primo adequat se eis in generali dicens: Recipiatis me insipientem si tamen insipientia est. Ex ypothesi enim loquor quia si quis ausus est presumere de se et cõmendare se ꝛ ego possum bene audere ꝛ commendare me in eodem in quo ipse cõmendat se. qꝛ non subest eis maior causa sue cõmendationis ꝗ mihi. Et hoc dico in insipieetia id est dico qꝛ insipienter agam cum tamen ipse sapienter ageret cum hoc nõ faceret pro sui iactãtia sed vt pseudo humiliaret. supra eodem. Existio me non min⁹ fecisse a magnis apostolis ꝛc. Secundo cum dicit Hebrei sunt ꝛc. adequat se eis in speciali. ostendens per singula se parẽ eis esse in quibus pseudo gloriabãtur. Cõmendatio autem istoꝝ ꝛ gloria erat de tribus. Primo de natione ꝛ lingua quia dicebant se hebreos. Secundo de genere quia dicebant se esse de genere israel. Tertio de promissione quia dicebant se esse participes promissionis abrahe. cum essent de semine eius. Et quantũ ad hec tria adequat se eis. Primo quantũ ad nationẽ ꝛ linguã dicẽs: Hebrei sunt ꝛ ego scilicꝫ lingua ꝛ natione. Quasi dicat ita sicut ꝛ illi. Et notandũ est qꝛ ꝑm qꝛ quidã dicunt hebrei dicuntur ab abrahã quia ante eũ defacili non inuenitur illud nomen. Potest tamen dici ꝛ forte melius qꝛ dicuntur a quodaꝫ heber de quo habetur Heñ. 11. Uixit sale. 30. annis ꝛ genuit heber. Et sequitur Uixit heber 33. annis ꝛ genuit phalech. Et tempore eius fuerũt diuisi se lingue ꝛ lingua hebreoꝝ remansit in familia sua. Secũdo adequat se eis quantuꝫ ad genus dicens: Israelite sunt ꝛ ego. scilicet ꝑm ritus. Tertio quantũ ad tertiũ dicens Semẽ abrahe sunt ꝛ ego. Et de istis tribus simꝫ dicitur Phil. 3. Si quis ali⁹ sibi cõfidere videtur ego magis circũcisus octaua die. Quantum ad tertium ex genere israel de tribu beniamin. quãtum ad secunduꝫ hebreus ex hebreis. quantũ ad primum Romano. 11. Mas ego israelita sum ex semine abrahe ꝛc. Sic ergo patet qꝛ non sum minor eis quantũ ad gloriam que est ꝑm carnem Sed nec etiã quantũ ad gloriam que est ꝑm christũ quia ministri christi sunt id est dicunt se sic vt decipiant vos. ꝛ ego sum minister christi. 1. coꝝ. 4. Sic nos existimet homo vt ministros christi ꝛc. 3. 3. Qui ꝛ nos idoneos fecit ꝛc. ¶ Consequenter cum dicit. Ut minus sapiens ꝛc. Prefert se omnibus apostolis ꝛ pseudo. Et primo quantũ ad mala perpessa. Secundo quantũ ad beneficia recepta ꝛ hoc xij. capitulo ibi. Si gloriari oportet ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo prefert se quantuꝫ ad mala que pertulit. Secundo quantũ ad moduꝫ quo mala vitauit. ibi. Damasci prepositus. Circa primũ duo facit. Primo proponit se alijs preferendũ. Secundo ostẽdit in quo sit preferendus ibi. Quia in laborib⁹ ꝛc. Tertio confirmat quedam dictorum ibi. Si gloriari oportet ꝛc. Dicit ergo Si videor insipiens vobis. quia cõmendo me ꝛ adequo me alijs. quantomagis videbor vobis minus sapiens si preferam me eis. Et ideo dicit. Non solum sum minister christi sicut ꝛ illi. sed vt minus sapiẽs ꝑm vestrum iudicium dico qꝛ ego sũ plus minister christi ꝗ illi ꝛ quantũ ad hoc dicit preferendũ esse. Romañ. 11. Ministeriũ meum honorificabo prepondendo scilicet illud ministerio alioꝝ. In quo autẽ sit preferendus ostẽdit dicẽs: Quia in laborib⁹ ꝛc. Quasi dicat in hoc plus ego. quia sum magis ostensus minister christi. In hoc primo quantũ ad mala illata. Secundo quãtũ ad mala spõte assumpta ibi. In itineribus sepe. Mala autem illata: Primo ponit in generali dicens: Plus ego sum scilicꝫ ostensus minister in laboribus plurimis ꝗ illi ꝛ si aliqs labores pertulerint. 1. coꝝ. 15. Abundantius omnibus illis laboraui. Secundo enumerat ista mala in speciali. ꝛ hoc primo quantũ ad carceris squalores. Quia in carceribus abundantius scilicet ꝗ illi. Act. 16. Cum multas plagas illis intulissent scilicet paulo ꝛ socijs miserũt in carcerem. Secundo quantũ ad flagelloꝝ dolores. q̃a in plagis scilicet ostensus sum. s̃. modum alioꝝ scilicet modum humane virtutis vel supra modũ humane consuetudinis. s̃. 11. In plagis. in carceribus ꝛc Sed cõtra

1.cor.10. Fidelis deus qui non permittit vos temptari supra id ꝛc. Non ergo supra modū hūane virtutis. Respondeo dicendum est ꝙ deus non permittit nos tēptari sine adiutorio gratie diuine. Et ideo dicebat apostol⁹ 1.cor.15. Non autē ego sed gratia dei mecū. Et quantū ad mortis terrorem. Unde dicit In mortibus frequenē. id est in periculis ꝛ terrorib⁹ mortis. Unde dicebat ipe Roma.8. Mortificamur tota die.1.cor.15. Quottidie morior propter gloriam vestram. ¶ Sed consequenē cū dicit A iudeis quinquies ꝛc. Mānifestat duo vltima pericula que perpessus est. Et primo periculum plagarum Secundo periculum mortis. Plagarū autē periculum manifestat per ipsa perpessa a suis scilicet iudeis. Et isto dicit A iudeis quinquies ꝛc. ¶ Notandum est autē sicut dicitur Deuē.25. Pro mensura delicti erit plagaꝝ modus. Ita dumtaxat vt quadragenariū numerū nō excedat ꝛc. Ex quo habetur ꝙ homines pro minoribus peccatis debent flagellari. Ita tamen ꝙ flagellatus non reciperet vltra .40. plagas. Judei autē vt viderentur misericordes semper faciebant citra mandatū legis dantes pauciores ꝙ quadraginta ſm ꝙ eis videbatur. Quia ꝑ odio habebant paulum quando flagellabāt eū dimittebant sibi de numero predicto quātominus poterant scilicet vnam tantum minus dantes sibi trigintanouem. Et hoc est ꝙ quinqꝫ vicibus accepit id est recepit quadraginta plagas minus vna plaga id est trigintanouē. Secundo manifestat pericula perpessa ab extraneis scilicet a gentibus dicens Ter virgis cesus sum. Act.16. Magistratus scissis eoꝝ tunicis iussit eos virgis cedi. Item 22. Jussit eum tribunus duci in castra ꝛ flagellis cedi et torqueri eū ꝛc. Pericula vero mortis illata ꝛ primo pericula mortis illata ab hominibus ostendit dicens: Semel lapidatus sum: hoc fuit in ciuitate licaonia vbi obrutus lapidibus fuit quasi mortuus. Act.14. Lapidantes Paulum eiecerunt eum extra ciuitatem credētes eū mortuum. Secundo pericula mortis illata a periculi nature. ꝛ hec sunt specialiter maris ꝛ aggrauat ea. Primo ex numero. quia ter naufragium feci id est pertuli. Secundo ex continuitate. quia nocte ꝛ die in profundo maris fui quod est grauius. quia ad litteram dicit ꝙ cū pluries passus sit naufragium: tamē semel stetit sub aqua ꝙ diem ꝛ noctē: diuina eum virtute protegente. Unde poterat dicere illud Jone.2. Et proiecisti me in profundum ꝛc. Enumeratis autē malis illatis enumerat consequenter cū dicit In itineribus ꝛc. Etiā mala assumpta. Et primo exteriora. Secundo interiora ibi. Preter illa que extrinsecus ꝛc. Mala exteriora exprimit ꝛ quantū ad mala que contingunt in itineribus. Secundo quantum ad ea que eueniunt in domibus. Quantū ad primū. Primo ponit multiplicitatē itinerū dicens: In itineribus sepe scilicet ostensus sum minister christi sustinendo multa dura et grauia patienter. Romano.15. Ab hierusalez vsqꝫ in illiricū ꝛc. Et cum hoc multas alias vias fecit ꝛ romam ꝛ in hyspaniā vadens. pſ. Propter verba labioꝝ tuorū ꝛc. Secundo enumerat pericula itinerū. Et primo premittit minora Secūdo subdit grauius periculū quod est in falsis fratribus. Premittit autē tria ſm que multa pericula passus est. Primo pericula ſm causas. ꝛ hoc vel ex causa naturali. Et ideo dicit Periculis fluminū. Naturaliter eīm flumīa hyeme excrescūt ꝛ sunt rapida ꝛ valde periculosa ꝛc. Vl ex malitia violenta. ꝛ ꝙtū ad hoc dicit Periculi latronū ꝗs excitabat ei dyabol⁹ vt vl vestes ei auferrēt Job.19. Simlr venerī latrōes ꝛc. Secōo enumerat pericla metū iferētes. ꝛ hoc vl ex suis. Uñ dic̄ periculis ex genere id ē a iudeis ꝓcuratis, Vl ab extraneis. ꝛ ideo dicit Periculis ex gentibus propter vni⁹ del predicationē qui eū capere volebant. ꝛ sic in suis ꝛ in alis non habebat requiē. Jer.15. Ut quid me genuisti mater mea virū doloris ꝛc. Tertio enumerat pericula ꝙtū ad loca. ꝛ hoc Vl quantū ad ciuitates. vnde dicit. Periculis in ciuitate id est in cōmotionibus ciuitatū ꝓtra me Sicut fuit epheſi ꝛ apōs cozinthū vt patet Act.18. ꝛ.19. Vel quantū ad solitudines ꝛ quantū ad hoc dicit. Periculis in solitudine. que erāt vel a bestijs malis sic̄ quādo vipera momordit manū suā Act.vltimo. Quādo cōgregauit sarmenta. Vl ex penuria ciboꝝ vel ꝙtū ad maria. ꝛ ideo dic̄. Periculi in mari nō ex mari. sic̄ .s. Ecc. 43. Qui nauigant mare ꝛc. Sed grauius periculū subdit dicens: Periculis in falsis fratribus. id est in falsis christianis ꝛ hereticis ꝛ in pseudo. Jer.9. Unusquisqꝫ a fratre suo se custodiat.

Lectio sexta.

In labore ꝛ erūna. in vigilijs multis In fame ꝛ siti. in ieiunijs multis. In frigore ꝛ nuditate. preter illa q̄ extrinsecus sunt instātia mea quottidiana solicitudo omniū ecclesiarum. Quis infirmatur ꝛ ego non infirmor. Quis scādalizatur ꝛ ego non vror. Si gloriari oportet que infirmitatis mee sunt gloriabor. Deꝰ ꝛ pater domini nostri ieſu christi scit qui est benedictus in secula ꝙ non mentior. Damasci preꝓpositus gentis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenoꝝ vt me cōprehenderet ꝛ per fenestram in sporta dimissus sum per murum: ꝛ sic effugi manus eius.

Hic consequenter enumerat mala sponte assumpta que sustinentur in domibus. Et enumerat tria mala opposita tribus bonis que sunt necessaria ad vitā domesticam. Primum bonum est requies somni. Secundū est sustētatio cibi. Tertiuꝫ est fomentum vestis. Requiei ergo somni opponit laborem ꝛ vigilias. Quantū ad laborez dicit. In labore scilicet manuum. Actu.20°. Ad ea que mihi opus erant ꝛc. Et ideo dicit supra.6. In laboribꝰ quia ad litterā vt dictum est. s. manu sua victum querebat. Et 2.thessalo.3. Nocte ꝛ die laborātes ꝛc. Quantum ad laboris affectū dicit. Et erumna que est defectꝰ ꝛ languor cōsequens ex labore vel ex morbo naturali. pſ. Conuersus sum in erumna ꝛc. Quantū vero ad vigilias dicit. In vigilijs multis: Vel vacando predicationibus de nocte. Vl operi manuali. Actu.20. dicitur ꝙ protraxit sermonem vsqꝫ ad mediā noctem. Sustentationi vero cibi opponit duplicem subtractionē: cibi vnā. que est ex necessitate. Unde dicit. In fame ꝛ siti. quia scilicet ad litteram deficiebat sibi aliquando cibꝰ ꝛ potus. 1.corinth.4. Usqꝫ in hanc horam ꝛc. Aliā que est ex volūtate vnde dicit: In ieiunijs multis scilicet voluntarie assūptis. ꝛ propter exemplum bonū ꝛ propter macerationez carnis. 1. cozinthiozū. 9. Castigo corpus meum ꝛc. Et contra Matth. 6. Hec omnia adijcientur vobis. scilicet tēporalia. Quare ergo in fame ꝛ siti? Respondeo dicēdum est ꝙ quando expedit adijciuntur nobis scilicet tēporalia ꝛ propter vtilitatem nostram. sed aliquando expedit carere eis. Fomento vero vestis opponit vnuꝫ ex

parte nature. Unde dicit. In frigore. Aliud ex parte inopie. Unde dicit. Et nuditate scilicet ostensus sum: scilicet minister christi. prime Corinthio. 4. Nudi et instabiles ꝛc. supra sexto. In necessitatibus. ꝛ cetera. ¶Consequenter cum dicit. Preter illa. ꝛc. Enumerat mala assumpta interiora: que causant ex sollicitudie cordis pro pseudo. Bonus autē prelatus dupliciter affligitur pro subditis. Et ꝓmo sollicitudine conseruatōis subditoꝝ. Secundo pro defectu ipsorum. Et istam duplicez afflictionem passus est apostolus. Primum cum dicit: Preter illa que extrinsecꝰ ꝛc. Quasi dicat. Preter omnia que exterius patior ꝛ passus sum angit me grauius interior afflictio. s. sollicitudo subditoꝝ. Et iō dicit. Instantia omniū ecclesiarum magna est ꝛ multū grauat: qz multum sollicitat. Luc. 10. Martha martha sollicita es ꝛ turbaris erga plurima. ꝛc. Ro. 12. Qui preest ī sollicitudine. Secūdam afflictionē passus est pro defectu subditoꝝ: ꝛ hoc dupliciter. scz pro defectu spiritualium. Unde dicit. Quis infirmat scz in fide ꝛ bono: ꝛ ego nō infirmor ī n corde dolēs de eo sicut de me. 1. Cor. 9. Factus sum infirmis infirmus. ꝛc. Jere. 9. Quis dabit capiti meo aquā. ꝛc. Item pro defectu corporaliū. Ūñ dicit. Quis scandalizat malo pene. i. quis patit tribulationes ꝛ ego nō vror igne compassionis. Iste ē ignis quē dominus venit mittere in terram. Luc. 12. Et attende qꝫ congrue vtitur hoc verbo vror: quia cōpassio ꝓcedit ex amore dei ꝛ proximi qui ē ignis cōsumens: dum movet ad subleuandas miserias proximoꝝ ꝛ purgat ex affectu cōpassiōis: ꝛ per quē obis peccata relaxant. charitas autem illius cōpassionis operit multitudinem peccatorum. Uel aliter. Aliquādo enim labitur homo ī peccatum ex seipō: ꝛ tunc infirmat. Aliquādo autē ex malo exemplo aliorꝝ ꝛ tūc scandalizatur. Luc. 17. ꝛ Mat. 18 Ue homini illi per quem scandalus venit ꝛc. ¶Deinde cum dicit. Si gliari oportet ꝛc. confirmat quedā dictoꝝ superius. Uel dic qꝫ supra loquitur quantū ad mala que pertulit cōmendabiliter: hic autē quantū ad mala q̄ vitauit prudenter. Sed quia vitare pericula que surgunt ꝓpter fidem videt ꝑtinere ad infirmitatem. Ideo primo ꝓmittit qꝫ in illis q̄ infirmitatis sunt vult gloriari Secundo proponit iuramentū ad cōfirmationē dicendoz ibi. Deus ꝛ pater ꝛc. Tertio ostendit modū vitandi ibi Damasci. ꝛc. Proponit ergo primo de quibus gliatur si debet gloriari dicens. Si pro quia oportet gloriari q̄ sunt infirmitatis mee gliabor. Quasi dicat. Alij gliarī in genere ꝛ in alijs mundanis rebꝰ Phil. 3. Glia in cōfusione. ꝛc. Et ego etiā coactus gloriatꝰ sum in eis. Tñ si gloriari oportet gloriabor in infirmitatibꝰ meis. infra 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis ꝛc. Secundo subdit qꝫ non mentitur invocans testimoniū diuinum per modū iuramenti vt credatur sibi dicens. Deus ꝛ pater. ꝛc. Ubi tria ponit. Unum per quod inducit ad amorem. Unde dicit. Deus Jere. 9. Quis non timebit te. ꝛc. Aliud per quod excitavit ad amorem. Unde dicit Pater. Jac. ꝓmo. Omne datū optimū ꝛc. Mal. ꝓmo. Si ego pater vbi est amor meus? Uel ſm aliam litterā honor meus. Tertium per qō mouet ad reverentiam et laudem. Unde dicit. Qui est benedictus deus in secula supra. ꝓmo. Benedictus deꝰ ꝛ pater. ꝛc. Iste ergo tā reverendus tā diligendus tam timendus scit qꝫ nō mentior scz in his que dixi ꝛ dicturus sum supra ꝓmo. Non esñ est apud nos ē ꝛ nō ꝛc. ¶Consequenter cum dicit. Damasci prepositus. ꝛc. Ostendit quanta mala vitauit ꝛ hoc in quodam particulari periculo. Ubi sciendū ē qꝫ apostolus ꝓmo cepit predicare xp̄m in damasco, vbi duz pergeret xp̄ianos capere prostratus ē ꝛ ad fidem cōuersus. Et ideo iudei ad prepositum illius ciuitatis q̄ erat ibi pro aretha rege confugerunt vt paulum caperent et occiderent. Et ideo ille faciebat custodiri nocte et die portas ciuitatis vt dicitur Ac tuum. 9. Christiani autez qui erant ibi volentes seruare paulum: eum submiserunt in sporta per murum ꝛ sic euasit. Hunc ergo modum euadendi tangit apostolus dicens. Uere nō mentior de hoc quod dico etiam modo. Nam damasci. ꝛc. id est prepositus qui sub aretha rege genti damascenorum preerat custodiri faciebat inductus a iudeis ciuitatem damascenorum. ad hoc scilicet vt me comprehenderet ꝛ comphensum assignaret iudeis ne amplius predicarem: sed ego per fenestram submissus sum per muruz: ꝛ sic effugi manus eius scilicet prepositi. Et hoc fuit de mandato domini dicentis. Matthei. x. Si vos persecuti fuerint. ꝛc. Sic michol dauid posuit per fenestram: ne caperetur a saule primi Regꝫ. 19. Sic Raab explozatores dimisit cū fune per fenestram. Josue. 2. Sed hic objcitur contra apostolum primo quia videtur qꝫ non fuerit sufficienter confisus in domino sed fugit. Respondeo dicendum est qꝫ qdiu adest humanum auxilium homo non debet confugere ad auxilium diuinum: quia hoc esset temptare deum. sed debet vti illo auxilio quantum potest. Apostolo autem nondum deerat humanum auxilium. Secundo objcitur quia ioh. 10. dicitur. Mercennarius autem et qui non est pastor videt lupum venientem ꝛ fugit. Unō videtur qꝫ no.. fuerit bonus pastor. Respondeo dicēduz est qꝫ aliquando queritur persona prelati tantum. aliquādo cum prelato totus populus. Quando ergo queritur prelatus solus tunc debet committere curam alteri ꝛ absentare se. Et sic fecit hic paulus. Et ideo dicit glo. qꝫ licet fugeret tamen fuit ei cura de ouibus: bono pastori in celo sedenti eas cōmendando ꝛ vtilitati eorum se per fugam preseruando. Quādo vero queritur totus grex tūc debet preponere vtilitatem ꝛ salutem gregis saluti corporis sui. ¶Nota autem qꝫ est quedam fuga humilitatis quando quis fugit honores: sicut christus fugit. Jo. 6. Cum vidisset qꝫ vellent eum eligere in regem fugit. Sic Saul cum electus fuit in regem abscondit se domini primi Regū. 10. Quedam vero fuga est cautele: quando scilicet fugit pericula vt preseruetur ad maiora. Sic helyas fugit propter iezabel. tertij Regꝫ. 19. Et sic apostolus hic fugit manꝰ prepositi.

Capitulum duodecimum.

Si gloriari oportet: nō expedit q̄dem. Ueniam autem ad visiones ꝛ reuelationes domini. Scio hominē in xp̄o ante annos quatuor decim siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit: raptum huiusmodi vsq; ad tertium celum.

Posita sua cōmendatione quantū ad mala perpessa: hic consequenter apostolus cōmendans ostendit ꝑeminentiam sue dignitatis quantum ad bona diuinitus recepta. Prima autem gloriatio fuit de infirmitatibus. Ista vero est de bonis eius. Unde circa hoc duo facit. Primo commendat se de bonis susceptis diuinitꝰ. Secundo excusat se de hac cōmendatōe qꝫ hoc fecerit quasi co-

actus ibi. Factus sum insipiens. ꝛc. Circa primum duo facit. Primo extollit magnitudinem eorum que sūt sibi collata a deo. Secundo manifestat remedium infirmitatis sibi adhibitum contra periculum superbie. ibi. Et ne magnitudo. ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ponit bonum sibi diuinitus collatū. Secundo ostendit quomodo se habuit in gloriando de huiusmodi bono ibi. Pro huiusmodi gl̄iabor ꝛc. Circa primum duo facit. Primo ostēdit q̄ sit hoc sibi collatum diuinitus in generali. Scōdo vero in speciali. ibi. Scio hominē. ꝛc. Bonū autez apostolo collatū diuinitus sunt reuelationes sibi diuinit⁹ facte: ꝛ de istis vult hic gloriari. Unde dicit. Si gloriari oportet. i. quia gloriari oportet propter vos. tamen ꝼm se non expedit. quia qui gloziatur de bono recepto incidit in periculum amittendi q̄ habet. Eccl. 43. Aperti sunt thesauri. s. virtutū per gloziationez inanē ꝛ euanuerunt nebule sicut aues. Et hoc significat in ezechia Esa. 39. quādo ostendit thesauros domus domini nuncijs regis babylonis. Et licet simpliciter nō expediat gloriari tamen aliquādo ꝓpter aliquā specialē cām potest homo gloziari sicut ex p̄missis manifestū est. Et ideo dicit. Si gloziari oportet. ideo dimissis cōmendationib⁹ de infirmitatibus: veniam cōmendando me ad visiones ꝛ reuelationes domini. Ubi notandū est q̄ differentia est inter visionem ꝛ reuelationem. Nam reuelatio includit visionem ꝛ non econuerso. Nā aliquādo videnť aliqua quoꝝ intellectus ꝛ significatio ē occulta videnti: ꝛ tunc est visio soluz. Sicut fuit visio pharaonis ꝛ nabuchodonosoz Dañ. 2. ꝛ Heñ. 41. Sed quādo cum visione habetur significatio intellectus eoꝝ que vidēt̄ur: tūc est reuelatio Unde quātū ad pharaonem ꝛ nabuchodonosoz visio despicis ꝛ de statua fuit solum visio sed quantuz ad ioseph ꝛ danielem qui significationē visorum habuerunt fuit reuelatio ꝛ ꝓphetia. Utrunq̄ tamen scz visio ꝛ reuelatio quādoq̄ quidē fit a deo. Dañ. 2. Est deus in celo reuelans mysteria. Osee. 12. Ego visiones multiplicaui eis p̄s. Reuela oculos meos ꝛc. Quādoq̄z vero a malo spiritu. Jere. 23. Prophete ꝓphetabāt in baal. Apostolo autē facta est ꝛ visio ꝛ reuelatio q̄z secreta que vidit plene intellexit a domino non a malo spiritu. Uñ dicit domini. Est autem reuelatio ām̄otio velamenti. Pōt autē esse duplex velamen. Unū ex parte videntis: ꝛ hoc ē infidelitas vel peccatuz vel duricia cordis. ꝛ de hoc supza tertio. Usq̄ in hodiernum diem velamen. ꝛc. Aliud ex parte rei vise: quando scz res spiritualis proponitur alicui sub figuris rerum sensibiliū: ꝛ de hoc dicit Numeri 4. Ut sacerdotes tradebant leuitis vasa sanctuarij velata: quia scilicet debiliores nō possunt spiritualia capere ꝼm q̄ in seipis sunt. Et ideo dominus loquebať turbis ī parabolis. Mat. 13. Cōsequēter visiones ꝛ reuelationes huiusmodi manifestat apostolus in speciali loquens de se tanq̄ de alio. Unde dicit. Scio hominē in xp̄o. ꝛc. Et ponit duas visiones. Prima incipit hic. Secunda vero incipit ibi. Et scio huiusmodi hominē ī xp̄o ꝛc. Circa primā autem visionē vtitur apostolus quadaz distinctione. Dicit se enim circa huiusmodi reuelationē scire quedam ꝛ quedā nescire. Dicit autem se scire certa scz videntis conditionem. Unde scio hominē in christo. Uisionis tempus quia ante annos quatuordecim ꝛ visionis fastigium q̄z raptus vsq̄ ad tertium celū. Dicit autem se nescire videntis dispositionem: quia siue in corpore siue extra corpus nescio. Uideamus ergo ea que scivit vt per nota ad ignota facilius peruenire possimus. Et primo videntis conditionē que est laudabilis: quia ī xp̄o id est cōformē xp̄o. Sed ꝑtra. Jn xp̄o nullus est nisi qui habet charitatez q̄z prīe Jo. 4. dr Qui manet ī charitate in deo manet. Ergo scivit se habere charitatez q̄ō est contra illud Nescit homo vtrū odio vel amore dign⁹ sit. ꝛc. Respondeo q̄ esse in xp̄o pōt intelligi dupliciter Uno modo ꝙ fidem ꝛ fidei sacramentū ꝼm illud apostoli Gal. 3. Quotquot baptizati estis: xp̄um induistis. s. ꝙ fidem ꝛ fidei sacramentū. Et hoc modo scivit se apostol⁹ in xp̄o esse. Alio modo dicit aliquis esse in xp̄o per charitatē: ꝛ hoc modo nullus scit se esse in xp̄o certitudinali ter: nisi per quedā experimenta ꝛ signa: inquantū sentit se dispositum ꝛ cōiunctū in xp̄o. ita ꝙ nullo modo etiam propter mortē ꝑmitteret se separari ab eo. Et hoc de se expertus erat apostolus cuz dicebat Ro. 8. Certus sum ꝙ neq̄ mors neq̄ vita ꝛc. separabit nos a charitate Unde potuit habere huiusmodi signa ꝙ eēt in charitate xp̄i. Secūdo visionis tēpus q̄ō fuit cōueniens q̄z ante annos quatuordecim: q̄z quatuordecim anni transacti erant ab eo tēpore quo viderat visionē vsq̄ ad tempus quo scripsit hanc epistolam. Quando eñ hanc epistolā scripsit nōdum apostolus erat positus in carcerez. Et sic videť ꝙ fuit circa principiū imperij neronis a quo post multuz tempus occisus fuit. Unde si cōputemus annos descendentes a principio imperij neronis vsq̄ ad quatuordecim annos manifeste apparet ꝙ apostolus habuit has visiones in principio sue cōuersionis. Ipe eñ conuersus fuit ad xp̄m anno quo xp̄s passus est. Xp̄s autem passus est circa finē tiberij cesaris: quo mortuo successit ei gayus imperator qui vixit quatuoz annis. post quem nero factus est imperator. Et sic inter tiberium ꝛ neronem fluxerunt quatuordecim anni. Et sic additis duobus annis de tempore tiberij quia nōdū mortu⁹ erat q̄n paulus fuit cōuersus de tempore neronis q̄ō fluxerat vsq̄z ad tempus quādo scripsit hanc epl̄am relinquit ꝙ a tēpore sue cōuersionis vsq̄z ad tempus quo hāc epistolā scripsit fuerunt anni quatuordecim. Et ideo quidam dicunt satis probabiliter ꝙ apostolus has visiones habuit in illo triduo quo post prostrationē suā a domino stetit neq̄z videns neq̄z manducans neq̄z bibens. Act. 9. Cōmemorat autē tempus sue cōuersionis apl's vt ostendat ꝙ si a tēpore sue cōuersiōis tm̄ erat gratus xp̄o vt talia sibi ostenderet quātomagis post quatuordecim ānos cū profecerit ꝛ in auctoritate apud deū ꝛ in virtutibus ꝛ gratia. Tertio videam⁹ fastigiū visionis q̄ō quidē excellens: quia raptus vsq̄z ad tertium celum. Sz sciendū ꝙ aliud est furari ꝛ aliud rapi. Furari quidem ꝓprie ē cuz res alicui latenter auferťur. Unde Heñ. 41. dicebat Joseph. Furtim sublatus sum. Sed rapi ꝓprie dicit quod subito ꝛ ꝙ violentiā auferť. Job. 6. Sicut torrēs raptim id ē subito ꝛ rapide transit ī cōuallib⁹ Inde ē q̄ pdones qui violenter expoliant dicunť raptores. Sz attende q̄ aliq̄s hō dicit rapi ab hoīb⁹ sicut enoch. Sap. 4. Raptus ē ne malicia ꝛc. Aliq̄n rapit aīa a corpe. Luc. 12. Stulte hac nocte aīam tuā ꝛc. Aliq̄n aliq̄s dr rapi a seipso q̄n ꝓpter aliq̄d homo efficitur extra seip̄m ꝛ hoc est idē q̄ extasis. Sz ꝛ extra seip̄m efficit homo ꝛ ꝙ appetitiuam virtutē ꝛ ꝙ cognitiuā. Ip̄er appetitiuā eñ virtutē hō ē solū in seipo q̄n curat q̄ sunt sua tm̄. Efficit vero extra seip̄m q̄n nō curat que sūt sua sed q̄ pueniūt ad bona alioꝝ ꝛ hoc facit charitas. 1. Coꝝ. 13. Charitas non querit q̄ sua sunt. Et de hac extasi dicit Diony. 4. cap. de dīnis noīb⁹. Est aūt extasim faciēs diuin⁹ amor nō sinens amatorē suiipius esse sed amatoꝝ scz rei amatarū. Secundum cognitiuā vero aliquis efficit extra se quando aliquis extra naturalē modū hoīs eleuatur ad aliq̄d videndum: ꝛ de isto raptu loquit hic aplus. Sed scien-

dum q̃ modus naturalis humane cognitionis est vt eo gnoscat simul per vim mentalẽ que est intellectus t corporalem que est sensus. Et inde est q̃ homo nõ habet in cognoscendo liberũ iudicium intellectus nisi quãdo sensus fuerit in suo vigore bene dispositi absq; aliquo ligationis impedimento: alis cum impediunt etiã iudicium intellectus impedit: sicut in dormientibus patet. Tunc ergo homo efficitur extra se fm cognitiuã quando remouetur ab hac naturali dispositione cognitionis que ẽ vt intellectus ab vsu sensuum t sensibiliũ rerũ abstract9 ad aliqua videnda moueat. Qõ quidem contingit duplici ter. Uno modo per defectum virtutis vndecunq; talis defectus contingat: sicut accidit in freneticis t alijs mẽte captis. t hec quidẽ abstractio a sensibus nõ est eleuatio hominis sed potius depressio: quia virtus eor debilitatur. Alio vero modo per virtutem diuinam t tũc proprie dicit eleuatio q̃ cum agens assimilet sibi patiens abstractio que fit virtute diuina t est supra hominẽ: ẽ aliquid altius q̃ sit hominis natura. Et ideo raptus sic acceptus diffinitur sic. Raptus est ab eo qõ est fm naturã in id qõ est supra naturã in vi superioris nature eleuatio In qua quidem diffinitione tangitur eius genus dũ dicitur eleuatio. Causa efficiens quia vi superioris nature Et duo termini mot9. s. a quo t in quẽ cũ dicit ab eo qõ ẽ fm naturã in id quod est supra naturã. Sic ergo patet de raptu. ¶ Sequitur de termino raptus. s. ad quem cũ dicitur. Usq; in tertium celum. Notandum est autẽ q̃ tertium celum tripliciter accipit. Uno modo fm ea que sunt infra animam. Alio modo fm ea que sunt in anima Tertio modo fm ea que sunt supra animã. Infra animã sunt omnia corpora vt dicit Aug9. in libro de vera religione. Et sic possumus accipere triplex celum corporeũ scz arreũ sydereum t empyrreum. Et hoc modo dicit q̃ apls erat raptus vsq; ad tertium celum. i. vsq; ad videndum ea que sunt in celo empyrreo: non vt exisseret ibi: quia sic sciret si fuisset siue in corpore siue extra corpus. Uel fm damascenum qui nõ ponit celum empyrreũ possumus dicere q̃ tertiũ celum ad qõ raptus ẽ apostolus est supra octauã speram vt. s. euidenter videret ea q̃ sunt supra totam naturã corporalem. Si autem accipiam9 celum fm ea que sunt in ipa anima: sic celũ debem9 dicere aliquam altitudinem cognitionis que excedit naturalez cognitionẽ humanã. ¶ Est aũt triplex visio. s. corporalis per quã videmus t cognoscimus corpora spiritualia siue imaginaria qua videmus similitudines corporum. t intellectualis qua cognoscimus naturas rerum in seipis. Nam proprie obiectum intellectus est quod q̃d est Huiusmodi autem visiones si fiant fm naturalem modũ puta si video aliquid sensibile si imaginor aliquid prius visum si intelligo per fantasmata nõ possunt dici celum. Sed tunc quelibet istorum dicitur celum quando est supra naturalem facultatem humane cognitionis: puta si aliquid vides oculis corporalibus supra facultatem nature: sic es raptus ad primũ celum. Sicut balthasar raptus est videns manum scribentis in pariete. vt dicitur Dañ. 5. Si vero eleueris per imaginationem vel p spiritum ad aliquid supernaturaliter cognoscendum: sic es raptus ad secundũ celum. Sic raptus fuit petrus qñ vidit lintheum ẽmissum de celo. vt dicitur Act. 10. Sz si aliqs videret ipa intelligibilia t naturas ipor nõ per sensibilia nec per fantasmata sic esset raptus vsq; ad tertium celum. Sed sciendum est rapi ad primum celũ est alienari a sensibus corporalibus. Unde cum nullus possit abstrahi totaliter a sensibus corporeis: manifestum ẽ q̃ nullus põt dici simpliciter raptus in primũ celũ sz fz quid. Inquantũ contingit aliquãdo aliquẽ sic esse intentum ad vnum sensum q̃ abstrahitur ab actu alioꝝ. Rapi ad secundũ celũ ẽ quãdo aliquis alienat a sensu ad videndum quedam imaginabilia. vnde tales semper consueuerunt fieri in extasi. Et iõ Act. 10. Quãdo petr9 vidit lintheũ dicitur q̃ factus fuit in extasi. Paulus vero dicitur raptus ad tertium celum qz sic fuit alienat9 a sensibus t sublimatus ab omnibus corporalibus vt videret intelligibilia nuda t pura eo modo quo vident angeli et anima separata: t quod plus est etiã ipsuz deũ per essentiam vt Augustin9 expresse dicit. 12. super Gen. ad litteram t in glo. t ad paulinam in libro de videndo deum. Nec etiam est probabile: vt moyses minister veteris testamenti ad iudeos viderit deum t minister noui testamenti ad gentes t doctor gentium hoc dono fuerit ptuatus. Unde dicit ipse supra. 3. Si ministratio dãnationis fuit in gloria ꝛc. De moyse autẽ q̃ viderit deũ p essentiam patet. Nam ipse a domino petiuit. Exo. 33. Ostẽde mihi faciem tuam. Et licet tunc negatũ fuerit sibi nõ tñ dicitur q̃ dominus finaliter negauerit ei. Unde dic Augustinus q̃ concessum fuit ei per hoc qõ dicitur Numeri. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini. ꝛc. At vero non talis seruus meus moyses ꝛc. palam enĩ t nõ per enigmata videt deum. Sed nunquid fieri potuisset paulo vt nõ raptus videret deum. Dicendu; q̃ nõ. Nã impossibile est q̃ deus videatur in vita ista ab homĩe nõ alienato a sensibus: quia nulla imago nullũ fantasma est sufficiens mediũ ad dei essentiã ostendendã: ideo oportet q̃ abstrahat t alienet a sensibus. Tertio modo accipiendo celum fm ea que sunt supra animam: sic triplex celum est triplex hierarchia angelorum: t fm hoc apostolus raptus fuit vsq; ad tertium celum. id est ad hoc vt videret essentiam dei: ita clare sicut vident eum angeli superioris t prime hierarchie qui sic vident deũ q̃ immediate in ipo deo recipiunt illuminationes t cognoscunt diuina mysteria. Et sic vidit paul9. Si ergo sic vidit dei essentiam sicut angeli superioris hierarchie. ergo bñ videtur q̃ apls fuerit beatus t p cõsequẽs fuerit imortal. Rñdeo q̃ licet viderit deũ per essentiã nõ tamẽ fuit beatus simpliciter sed solũ fm quid. Sciendũ ẽ autẽ q̃ visio dei p eẽntiã fit per lumen aliquod. s. p lumẽ glorie: ꝺ quo dr in ps. In lumine tuo videbimus lumen. Sz aliqñ lumẽ cõicatur alicui per modũ passionis: alicui vero per modũ forme inherentis: sicut lumẽ solis inuenitur ẽ carbunculo t in stellis vt forma inherens. i. connaturalẽ effecta: sed in aere inuenit vt forma transiens t non permanẽs qz transit abeunte sole. Similiter t lumẽ glorie duplicit mẽti infũdit. Uno modo p modũ forme cõnaturalẽ facte t pmanentis: t sic facit mentẽ simpliciter beatam. Et hoc modo infundit beatis in patria: t ideo dicuntur cõphensores: t vt ita dicã visores. Alio mõ cõtingit lumen glie mentẽ hũanã sicut q̃dam passio transiens: t sic mens pauli fuit in raptu lumine glie illustrata. vñ etiam ipsum nomen raptus ostendit transeundo hoc eẽ factum t ideo nõ fuit simpliciter glificatus nec habuit dotẽ glie cum illa claritas non fuerit effecta proprietas. Et propt hoc non fuit deriuata ab anima in corpus: nec in hoc statu perpetuo permansit. Unde soluz actum beati habuit in ipso raptu sed nõ fuit beatus. Sic p hoc patet quid apostolus sciuit in suo raptu. scilicet videntis conditionem visionis tempus: et visionis fastigium. ¶ Sequitur quid nesciuit scilicz vtrum esset in corpore vl extra corpus: quod tamen dicit deũ scire. Unde dicit. Sine in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. qõ quidam intelligere voluerũt vt raptus referat ad corpus:

dicẽtes apostolũ dixisse se nescire nõ quidẽ an anima eẽt cõiuncta corpori in illo raptu an nõ: sed esset raptus ſm animã ⁊ corpus simul: vt simul corporaliter portaret in celũ sicut abachuc portatus fuit Dañ. vltio. an ſm animã tm̃ esset in visionibus dei: vt dicit Ezech. 8. In visione adduxit me in terrã isrl̃. Et iste fuit intellectus cuiusdam iudei quẽ exprimit hieronym⁹ in plogo sup Dañ. vbi dicit denicꝫ ⁊ apostolũ nostrũ dicit non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore sed dixisse siue in corpe. ⁊c̃. Sed hunc intellectum Aug⁹ maxime improbat. 12. sup gen̄. ad litterã: qz nõ cõueniũt cũ alijs verbis apostoli. Apostolus enim dicit se raptum vsꝫ in tertiũ celum. Unde sciuit pro certo illud fuisse verũ celum. Sciuit ergo an illud celum esset corporeũ an incorporeum. i. res incorporea. Sed si fuit incorporeum sciuit ꝙ corporaliter ibi rapi nõ potuit quia in re incorporea nõ potest esse corpus. Si vero corporeũ fuerat sciuit ꝙ nõ fuit ibi anima sine corpore quia anima coniuncta corpori nõ potest esse in loco vbi nõ est corpus: nisi celum corporeum dicatur similitudo celi corporei. Sed si sic apostolus non dixisset se scire ꝙ esset raptus in tertiuꝫ celum. id ẽ in similitudinem celi: quia pari ratione dicere potuisset ꝙ fuisset raptus in corpore. id est in similitudine corporis. Dicendum est ergo ſm Augu. ꝙ diuinã essentiã nullus in hac vita positus ⁊ hac mortali vita viuens videri potest Unde dixit dominus Exo. 33. Non videbit me homo et viuet. id est non videbit me homo nisi totaliter separetur a corpore. ita scꝫ ꝙ anima eius nõ insit corpori vt forma: vel si inest vt forma tamen mens eius oĩno in huiusmodi visione totaliter alienetur a sensibus. Et tõ dicendum est ꝙ hoc qđ apostolus dicit se nescire vtrũ scꝫ in illa visione anima eius fuerit totaliter separata a corpore Unde dicit siue extra corpus vel vtrum anima eius exiterit in corpore vt forma tamen mens eius fuerit a sensibus corporeis alienata. Unde dicit. Siue in corpore. Et hoc etiam alij concedunt.

Lectio secunda.

Et scio huiusmodi hominꝫ siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. qm̃ raptus ẽ in paradisuꝫ: ⁊ audiuit archana verba que non licet homini loqui. ℘ro huiusmodi gloriabor. ꝑ me autem nihil nisi in infirmitatibus meis M̃a ⁊ si voluero gloriari non ero insipiens: veritatem enim dicam. ℘arco autez ne quis me existimet supra id quod videt ĩ me. aut audit aliquid ex me.

℘posito primo raptu. ponitur consequenter secnndus raptus. Et duo facit. ℘primo ponit raptus. Secundo raptus excellentia. ibi. Et audiuit archana. ⁊c̃. Sed notãdum ꝙ glo. dicit istum raptum esse alium a primo. Et si bene consideretur bis legitur aliquid de apostolo ad qđ possunt isti duo raptus referri. Nam Act̃. 9. legit de eo ꝙ stetit tribus diebus nõ videns ⁊ nihil mãducans nec bibens: ⁊ ad hoc potest referri primus raptus: vt scꝫ tunc fuerit raptus vsꝫ ad tertium celum. Sed Act̃. 22 legitur ꝙ factus est in tẽplo in stupore mentis: ⁊ ad hoc refertur iste secũdus rapt⁹. Sed hoc nõ videtur verisile quia quãdo in stupore mentis factus fuit missus iã fuerat incarcerẽ apostolus. sed hanc epistolã scripsit aplus diu ante vnde prius scripta fuit hec epistola ꝙ apostolus fuisset in stupore Et ideo dicendũ est ꝙ differt iste rapt⁹ a primo quantum ad id ĩ qđ raptus est. Nam in primo raptus est in tertium celum. In secundo vero in paradisuꝫ dei. Si vero aliquis tertiũ celum acciperet corporaliter ſm primam acceptionem celorum superius positam vel si fuerit visio imaginaria posset similiter dicere paradisũ corporalem vt diceretur ꝙ fuerit raptus in paradisũ terrestrem. sed hoc est contra intentionẽ Augustini ſm quẽ dicimus ꝙ fuit raptus in tertiũ celum. i. visionẽ intelligibiliũ ſm ꝙ in seipis ⁊ ĩ proprijs naturis videnť vt supra dictũ ẽ. Unde ſm hoc oportet nos nõ aliud intellige re per celũ ⁊ aliud ꝑ paradisuꝫ: sed vnũ ⁊ idẽ per vtrũqꝫ scꝫ gloriã sanctorũ sed ſm aliud. Celũ enĩ dicit altitudinem quandã cũ claritate: paradisus vero quãdã iocũdã suauitatem. In sanctis aũt beatis ⁊ angelis deũ videntibus sunt excellenter hec duo. qz est in eis excellentissima claritas qua deũ videnť: ⁊ sũma suauitas qua deo fruuntur. Et ideo dicitnť esse in celo ꝙtũ ad claritatẽ ⁊ ĩ paradiso quantũ ad suauitatẽ. Esa. 66. Uidebitis ⁊ gaudebitis ⁊c̃. Fuit ergo vtrũqꝫ collatũ apl̃o. vt. s. sublimaretur ad illam altissimã claritatẽ cognitionis: ⁊ hoc significat cum dicit. Ad tertiũ celum ⁊ vt sentiret suauitatem diuine dulcedinis. vnde dicit ĩ paradisum. ℘s. Magna multitudo dulcedinis tue ⁊c̃. Apoc̃. 2. Uincenti dabo manna absconditũ ⁊c̃. Et ista dulcedo ẽ gaudiũ de diuina fruitione. de qua Mat. 25. dicitur. Intra in gaudiuꝫ domini tui. Sic ergo patet termin⁹ raptus quia in paradisum id est in eam dulcedinem qua indeficienter reficiuntur illi qui sunt in celesti hierusalem. ¶Sequit consequenter ipius raptus excellentia quia audiuit archana que nõ licet homini loqui. Et hoc potest dupliciť exponi. Uno mõ vt li homini cõstruat cũ licet ⁊ loq ⁊ sensus ẽ. Audiuit archana verba. id ẽ percepit intima cognitione de secreta dei essentia quasi per verba que. s. verba nõ est licitum vt homini dicanť. Alio mõ vt li homini construatur solum cũ nõ licet: ⁊ tunc est sensus. Audiuit verba. ⁊c̃. que verba nõ licet homini loqui homi. s. imperfecto. Sciendum autem ꝙ ſm augustinũ paulus est raptus ad videndum diuinam essentiam. que quidez non potest videri per aliquã similitudinẽ creatam. Unde manifestum est ꝙ illud qđ paulus vidit de essentia diuina nulla lingua humana potest dici: alꝫ deus nõ eẽt incomprehensibilis. Et ideo ſm primã expositionẽ dicẽdũ est. audiuit. i. cõsiderauit archana verba. i. magnificentiam diuinitatis quã nullus homo potest loqui. Dicit autem audiuit pro vidit. quia illa consideratio fuit ſm interiorem actum aĩe in quo idẽ ẽ auditus ⁊ visus ſm ꝙ ðr Numeri. 12. Ore ad vos loquit̃ ei ⁊ palã. ⁊c̃. dicit autez illa consideratio visio inq̃tum deus videt in hoc ⁊ locutio inquantũ homo in ipsa instruit de diuinis. Et qz huiusmodi spũalia nõ sunt pãdenda simplicib⁹ ⁊ impfectis sed perfectis ſm qđ dicitur ꝑmo Cor̃. 2. Sapientiã loquimur inter pfectos. iõ. Scõo modo exponit ꝙ secreta que ibi audiuit nõ licet mihi loqui hoi̇. i. impfectis scꝫ spũalib⁹ inter quos loq̃mur sapiam. ℘prouerb. 25. Gloria dei est celare verbũ. i. hocꝑm ꝙ necesse ẽ celare magnalia dei ptinet ad gliam dei. ℘s. ſm translationẽ ieronymi. Tibi silet laus de⁹. i. ꝙ incõprehensibilis est verbis nr̃is. ¶Deinde cũ dicit ℘ro huiusmõi gliabor ⁊c̃. ostendit qõ se habet ad gloriã. Et circa hoc tria facit. ℘mo ostendit se nõ gliari de hmõi revelationib⁹ Scõo insinuat se hre aliq̃d ꝑter illud vnde gliari posit ibi. M̃a si voluero ⁊c̃. Tertio assignat cãz ꝙre non gliať de oĩb⁹. ibi. ℘arco aũt ne quis ⁊c̃. Circa primũ sciendum est ꝙ hoc qđ dicit. ℘ro huiusmodi autem gloriabor. ⁊c̃. potest dupliciter legi Uno modo vt apostolus oñdat se eẽ ipm

ꝓ quo gloziatur vt scz ipe sit qui vidit has v isiones. Alio modo vt ostendat q alius sit qui vidit has visiões ¶Sciendũ est ẽm q in homine duo possunt cõsiderari scz donum dei ⁊ humana conditio. Si ergo aliquis gloziatur in aliquo dono dei vt a deo accepto illa est bona gloria: quia sic in domino gloziaꝫ vt dictũ ẽ supza. x. Sz si gloziatur de illo dono sicut a se habito tunc mala ẽ gloriatio huiusmodi. ꝓie. Cor. 4. Quid habes quod nõ accepisti. Si autẽ accepisti quid gloriaris quasi nõ acceperis. Dicit ergo apostolus ꝑm hoc ꝙ hmõi scz visionibus ⁊ donis dei mihi collatis gloziabor. Pro me autez nõ id ẽ non gloziabor inde quasi a me acceperim: quia a deo habui. Sed si pro me oportet gloriari nihil gloziabor nisi in infirmitatibus meis id est nõ habeo vnde possim gloriari nisi de infirma conditione mea. Si autez exponaꝫ vt ostendat aliũ esse qui nõ vidit ⁊ si ipe sit: tunc ẽ sensus vt quasi loquaꝫ de quodã alio dicẽs. Pro huiusmodi gloziabor. id est pro illo homine qui hoc vidit ⁊ q hec dona recepit gloziabor: sed pro me quasi velim manifestare me esse talem nihil gloziabor nisi in infirmitatibus meis. id est de tribulationibus quas patior. Sz qz isti possent sibi dicere. O apostole nõ est mirũ si non gloriaris quia nõ habes vnde glozieris. ideo apls ostendit q etiam preter illas visiones habet aliquid vnde possit gloriari dicens. Licet pro huiusmodi hoie glorier ⁊ nõ pro me tamẽ etiã bene pro me possum gloriari. nã si voluero gloriari ꝛc. vel pro hmõi tribulationibus vel pro alijs mihi a deo collatis vel etiã pro infirmitatibus non ero insipiens. id est nõ insipienter agam. Et quare Veritatẽ enim dicam de alijs de quibus ꝑter dictas visiones gloriari possũ. ¶Dicit aũt Nõ ero insipiens: quia gliabaꝫ de his que habebat. Quãdo enĩ gloriaꝫ quis de bis que nõ habet stulte gloriaꝫ. Apoc. 3. Dicis qz diues sũ ⁊ nullius egeo ⁊ nescis ꝛc. Et quia gloriabatur ex causa sufficienti vt ex predictis est manifestũ. ¶Consequenter aũt cũ dicit. Parco aũt ꝛc. Ostendit rationẽ quare non gloziatur de oib⁹ si põt gloriari que quidem rõ est vt eis parcat. Unde dicit parco autẽ. ꝛc. Quasi dicat. Possez de pluribus alijs gloriari: sed parco. i. parce glorioz vel parco vobis cõmẽdando me: nolens esse oneros⁹ vobis. Nam talia mihi deus concessit que si sciretis reputaretis me multo maiorem: ⁊ hec sũt dona gratuita multa que habebat apostolus. Ex quib⁹ homines hui⁹ mundi cõsueuerunt plus cõmendare homies ⁊ maiores eos reputare q̃ ex gratũ facientib⁹. Et iõ dicit. Molo ex gratuitis cõmendari. Et iõ Parco. i. nõ glorioz. Et quare? Ne quis existimet me cõmendare vel gloriari: supra id qõ videt. ꝛc. Vel aliter homo dupliciter cognoscitur p̃ conuersationẽ ⁊ doctrinã suã. Apostolus aũt nolebat aliqua de se dicere: licet posset que excedebãt ⁊ vitam ⁊ doctrinam suam. Et ideo parco autẽ ne quis existimet me esse supra id quod videt de conuersatione mea exteriori aut audit aliquid ex me. id est ex doctrina p̃dicationis ⁊ exhortationis ⁊ instructiõis mee: qz forte crederẽt eum esse vel imortalem vel angelũ. Prouer. 11. Vir prudẽs tacebit. Prouer. 29. Totum spiritũ suum ꝓfert stultus. sapiens differt. ꝛc. Vel dicit Parco autẽ ꝛc. ꝓ detractoribus scz pseudo qui dicebant eum gloriari ex elatiõe ⁊ nõ ex cã necz de his q̃ i ipo erãt. Et iõ dicit Parco aũt id est parce glorioꝛ: ne quis pseudo extimet me excedere elationis spũ. supza id. id est in aliquid quod videt i me vel audit ex me. id est supza posse meritorium. ꝑs. Domine non est exaltatum cor meũ. ꝛc. Eccl. 3. Quãto magnus es. ꝛc.

Lectio tertia.

Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane q̃ me colaphizet. Propter qõ ter dñm rogaui: vt discederet a me et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nã virtus in infirmitate pficit Libenter igitur gloziabor in infirmitatib⁹ meis: vt inhabitet in me virtus xpi. Propt̃ qõ placeo mihi in infirmitatibus meis: i cõ tumelijs: in necessitatibus: in psecutionib⁹: et in angustijs ꝓ xpo. Cũ enim infirmor tũc potens sum.

Hic agit de remedio adhibito contra supbiam. Et circa hoc tria facit. Primo enĩ ponit remediũ adhibitũ. Secũdo manifestat suã oꝛoem de remedio remouendo. ibi. Propter qõ ter dominũ ꝛc. Tertio insinuat dñi responsionẽ assignantis rõnẽ de adhibito remedio ibi. Et dixit mihi dñs ꝛc. Circa primũ sciendũ ẽ q̃ plerũq̃ sapiens medicus ꝓcurat ⁊ permittit supuenire infirmo minorẽ morbũ vt maiorẽ curet vel vitet: sicut vt curet spasmum procurat febrẽ. hoc euidenter in se beat⁹ apostolus a me dico animaꝫ dño nro iesu xpo factũ ostendit. Xps enim velut medic⁹ aiaꝫ sumus ad curandũ graues amie mos hos pmittit plurimos electos suos ⁊ magnos i morbis coꝛporũ grauiter affligi. ⁊ qõ plus ẽ ad curandũ maioꝛa crimina pmittit incidere in minoꝛa etiã mortalia. Inter omnia vero pcta grauius peccatũ est supbia. Nam sicut charitas ẽ radix ⁊ initium virtutũ: sic supbia ẽ radix ⁊ initium oĩm vitioꝛ. Eccl. 10. Initiũ omnis peccati supbia Quod sic patet. Charitas enĩ ideo dicitur radix omniũ virtutũ: qz cõiungit deo qui ẽ vltimus finis. Unde sicut finis ẽ pricipiũ omniũ opabiliũ: ita charitas ẽ pincipiũ omniũ virtutũ. Supbia aũt auertit a deo. Supbia enim est appetitus inordinat⁹ excellẽtie. Si enĩ aliquis appetit aliquã excellentiã sub deo si moderate quidem appetit ⁊ ꝓpter bonũ sustineri potest. Si vero nõ debito ordine põt quidẽ alia vitia incurrere scz ambitionis: auaritie seu inanis glorie ⁊ huiusmodi: tamẽ nõ est proprie supbia nisi quãdo quis apperit excellentiã nõ ordinãdo illã ad deũ. Et ideo supbia ꝓprie dicta sepat a deo ⁊ est radix omniũ vicioꝛ ⁊ pessimũ omniũ: ꝓpter qõ deus resistit superbis. vt dicit Jac. 4. Quia ergo i bonis ẽ maxime materia huius vicij scz supbie: qz eius materia est bonũ: pmittit aliquãdo electos suos impediri ex aliqua sui pte vt ꝙ infirmitatẽ vel ꝙ aliquẽ defectũ: ⁊ aliqñ etiã ꝙ pctũ mortale ab hmõi bono: vt sic ex hac pte humiliẽtur q̃ ex illa nõ supbiãt. ⁊ hõ sic hũiliat⁹ recognoscat se suis viribus stare nõ posse. Eũ oꝛ Ro. 8. Diligentibus deũ ꝛc. Nõ quidẽ ex eoꝛ pctõ sed ex ordinatiõe dei. Qz igit apls magnã habebat supbiendi materiã ⁊ q̃tuz ad specialẽ electionẽ qua a dño elect⁹ ẽ. Eccl. 9. Uas electionis ꝛc. ⁊ q̃tũ ad secretoꝛ dei cognitionẽ: qz hic dicit se raptũ in tertiũ celum ⁊ i paradisum vbi audiuit archana verba que nõ licet homini loqui ⁊ quantũ ad maloꝛ per pessionẽ: qz supza. xj. In carceribus⁹ plurimis in infirmitatibus. ter virgis ꝛc. ⁊ q̃tũ ad virginalẽ integritatẽ qz volo oẽs eẽ sicut ⁊ ego. 1. Cor. 7. ⁊ q̃tum ad bonorũ operationẽ qz supza plus omnibus laboraui ⁊ spãliter q̃tuz ad maximam scientiam qua emicuit que specialiter inflat: ideo dominus adhibuit ei remedium ne in superbiam extolleretur. Et hoc ẽ quod dicit. Et ne magnitu-

ad perfectionem ꝛc. Non est autem hoc quod hic dicitur preceptum sed q̄ homo sit perfectus: sed hoc q̄ semper tendat ad perfectionem: ꝛ hoc ē necessarium: qz qui non studet ad proficiendum ē in periculo deficiendi. Videmus enim q̄ nisi remiges conentur ascendere: nauis semper descendit. Et ideo dicebat dominus. Marci. 6. Estote perfecti. ꝛc. Proximis autem ē impendenda exhortatio ad bona. Et quantum ad hoc dicit. Exhortamini. ꝛc. Eccl. 17. Unicuiq; mandauit de ꝓximo. ꝛc. Ro. 12. Qui exhortatur in exhortando. Apoc. vlt. Qui audit dicat veni. Communia autem omnibus debent esse duo scilicet vt idem sapiant. Et ideo dicit. Idem sapite: ꝛ vt pacem habeant. Et ideo dicit. Pacem habete. Et hec duo ita se habent q̄ vnum est exterius: aliud interi9 Constat enim q̄ corpora non possunt seruari ꝛ ordinari nisi membra ordinentur ad inuicem. Similiter nec ecclesia nec ecclesie membra nisi ordinentur ꝛ vniantur ad inuicem. Est autem duplex vnio necessaria ad membra ecclesie vnienda. Una ē interior vt scilicet idem sapiant p fidem quantum ad intellectum idem credendo: ꝛ p amorem quantum ad affectum idem diligendo. Et ideo dicit. Idē sapite. i. idem sentiatis de fide ꝛ idem diligatis affectu charitatis: quia tunc ē vera sapientia quādo operatio intellectus perficitur ꝛ consumatur per quietatōez ꝛ delectationem affectus. Unde sapientia dicitur quasi sapida scientia. Roma. 15. Ut sic vnanimes vno ore honorificetis deum. ꝛc. ꝓlo Cor. ꝑmo. Idipsum dicatis ꝛc. Phil. 2. Idem sapiatis ꝛc. Alia ē exterior scilz pax. Et ideo dicit. Pacem habete inter vos. Heb. 12. Pacem sequimini ꝛc. ps. Inquire pacem. 2. Thes. 3. Ipse deus pacis det vobis pacem sempiternam in oīi loco. ¶ Consequenter cum dicit. Et deus pacis ꝛ dilectionis erit vobiscū ponit premium quod redditur implentibus monitionem predictam. Qui dicat. Si seruabitis pacem inter vos: deus pacis ꝛ dilectionis erit vobiscum. ¶ Circa quod notandum ē q̄ apud gentiles cōsuetum erat q̄ aliqui ex donis denominabant deos quia licet esset vnus deus tantū tamē singula dona sua denoīabāt deos ex illis donis sicut ex dono pacis denoīabant deum pacis, ꝛ ex dono salutis deū salutis. Huic vocabulo alludens apostolus dicit Deus pacis. ꝛc. nō q̄ pax sit vnus deus, sicut illi dicebant. sed ideo xp̄us dicitur deus pacis quia ē dator pacis ꝛ amator. Joh. 14. Pacem meā do vobis ꝛc. ꝑmo Cor. 14. Non ē deus dissensionis sz pacis. Roma. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris ꝛc. Ipse etiam ē auctor pacis. Joh. 16. In me pacem habebitis ꝛc. Ipse in pace habitat. ps. In pace factus ē locus eius. ꝛc. Item non solum ē deus pacis sed etiam dilectionis. Et ideo dicit. Deus pacis ꝛ dilectionis erit vobiscum. ꝛ hoc ideo est quia qui ē in vera pace cordis ꝛ corporis ē in charitate ꝛ qui manet in charitate in deo manet ꝛ deus in eo. vt dicitur ꝑme Jo. 4. ꝛ quia homo nō meret nisi per pacem ꝛ dilectionem. Joh. 14. Si quis diligit me. ꝛc. ¶ Consequenter cum dicit. Salutate inuicem in osculo ꝛc. ponit salutationem ꝛ circa hoc primo indicit eis mutuā salutationem. Secundo salutat eos ex parte aliorum. ibi. Salutat vos ꝛc. Tertio salutat eos ex parte sua ibi. Gratia dei ꝛc. Mutuam salutationem indicit faciendā per osculum. Unde dicit. Salutate inuicem vosipos in osculo sancto. Ubi notandum est q̄ osculum ē signum pacis Nam per os in quo datur osculum homo respirat. Et ideo quādo homines dant sibi mutua oscula signum ē q̄ vniunt spiritus suum ad pacem. Est autem pax simulata ꝛ hec ē eorum qui loquuntur pacem cū proximo suo mala autem. ꝛc. vt dicitur in ps. Que quidem fit per osculi fraudulentiā Prouerb. 27. Meliora sunt verbera diligentis ꝛc. Est ꝛ pax mala ꝛ turpis quando sz conueniunt ad malum faciendum. Sap. 14. In magno viuentes in sciētie bello ꝛc. Et hec fit per osculum libidinosum. Prouer. 7. dicitur de mala muliere q̄ apprehensum deosculatur iuuenē. ꝛc. Est et pax sancta quā facit deus. Phil. vltimo. Et pax dei q̄ exūperat ꝛc. ꝛ hec fit per osculum sanctum quia vnit spiritum ad sanctitatem. Et de hoc osculo dicitur hic. In osculo sancto. Et ex hoc inoleuit consuetudo q̄ fideles ꝛ sancti viri in signum charitatis ꝛ vnionis se osculātur Et datur pax in ecclesijs in osculo sancto. Ex parte autē aliorum salutat eos dicens: Salutant vos sancti omnes quia omnes sancti ꝛ fideles sperant ꝛ desiderant ac orationibus procurant salutem nostram. Unde omnes fideles christi ad inuicem sperant ꝛ desiderant sibi salutem ps. Participem me fac deus. ꝛc. Ex parte autem sua salutat eos apostolus dicens. Gratia domini nostri. ꝛc. Ubi sciendum est q̄ duplex est modus appropriandi aliquid diuinis personis. Unus est essentialiter: alius causaliter. Essentialiter autem appropriatur diuinis personis sicut patri potentia. quia ipse est potentia essencialiter inquantum est principium. Filio sapientia inquantuz ē verbum. Spiritui sancto amor inquantum est bonitas. Ubi vero apostolus nō appropriat ista hoc modo scilicet per essentiam: qz sic omnia appropriarentur spiritui sancto: sed appropriat per causaz. Et ideo cum gratia sit donum quo dimittuntur nobis peccata. Roma. 3. Justificati gratis ꝛc. Et remissio peccatoruz sit nobis facta per filium qui carnem nostram accipiens pro peccatis nostris satisfecit. Joh. ꝑmo. Gratia ꝛ veritas ꝛc. Propter hoc apostolus attribuit gratiam christo. Unde dic Gratia domini nostri. ꝛc. Charitas autez ē nobis necessaria quia oportet nos vniri deo. prime Joh. 4. Qui manet in charitate in deo manet. ꝛc. Et quia hoc est a deo patre inquantum ipe sic dilexit mundum vt filium suū vnigenitum daret. vt dicitur Joh. 3. Roma. 5. Commēdat autem deus suam charitatem. Ideo sibi vt principio istius charitatis attribuit charitatem cum dicit. Et charitas dei scilicet patris. Cōmunicatio vero diuinorum fit per spiritum sanctum quia est distributor donorum spiritualium prime Cor. 12. Hec omnia operatur vnus atq̄ idem spiritus. Et ideo spiritui sancto attribuit communicationem cum dicit. Et communicatio spirit9 sancti. Uel attribuit sibi hoc. qz ipse est cōmunis alijs duabus personis. Sic ergo apostolus in salutatione sua optat omnia necessaria cum dicit. Gratia domini nostri iesu christi ꝛ charitas dei ꝛ communicatio spiritus sancti sit semper cum omnibus vobis Amen ¶ Gratia xp̄i qua iustificamur ꝛ saluamur charitas dei patris qua sibi vnimur: ꝛ communicatio spiritus sancti diuina nobis dona distribuentis. Amen

¶ Explicit aurea expositio super secunda epistola ad corinthios angelici doctoris sancti Thome de aquino ordinis predicatorum.

Explanatio sancti Thome

Incipit mirabilis explanatio sanctissimi doctoris Thome de aquino ordinis predicatorum super epistolam ad Galathas.

Prologus

VEtera nouis superuenientibus proijcietis. Leuitici. 26. Hec verba competūt presenti epistole. In qua apostolus redarguit galathas qui intantū seducti fuerunt a pseudo vt simul seruarent legalia ⁊ euangelū qō apl's ꝛ properat eis in verbis ꝑmissis dicens: Vetera nouis superuenientib⁹ proijcietis. In quib⁹ verbis innuit dñs quadruplicem vetustatē. Prima vetustas ē erroris: de qua Esa. 26. Vetus error abijt. ⁊ hec remota ē ꝙ nouitatē doctrine xpi. Mar. ꝑmo. Que est hec noua doctrina. Secūda vetustas ē figure. de qua Heb. 8. Cōsummabo super domū dauid ⁊ sup iuda testamentū nouū nō secūdū testm̄ qō feci patribus eor. Vbi primo ostendit ꝑmū testamentū esse vetustū ⁊ hoc renouari ꝙ nouitatem gratie seu veritatis ꝑsentie xpi. Jere. 31. Nouū faciet dominus super terrā ⁊c. Tertia est vetustas culpe. de qua ps. Quoniā tacui cōfitendo. s. peccata mea inueteraverunt ⁊c. ⁊ hec renouat ꝙ nouitatē iusticie. Ro. 6. In nouitate vite ambulemus ⁊c. Quarta est vetustas pene. Treñ. 3. Vetustam fecit pellem meā: ⁊ hec renouabitur per nouitatē glozie. de qua nouitate Esa. vltimo. Ecce ego creo celū nouum ⁊c. Apoc. 21. Dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia.

Capitulum primū.

PAulus apostolus nō ab hominib⁹ neq; ꝙ hominē: sed per iesum xp̄m ⁊ deū patrem qui suscitauit eum a mortuis: ⁊ qui mecū sunt omnes fratres ecclesijs galathie. Gr̄a vobis ⁊ pax a deo patre nostro ⁊ dño iesu xp̄o. qui dedit semetipsū pro peccatis nostris vt eriperet nos de presenti seculo neq; scōm voluntatez dei et p̄fis: nr̄i cui ē glozia ī secula seculoz Amen

Scribit ergo apostolus galatbis hanc epistolam in qua ostendit ꝙ veniente gratia noui testamēti debet proijci vetus testamentum: ⁊ impleta veritate deseratur figura quibus duabus scz gratia ⁊ veritate adeptis perueniat ad veritatem iusticie ⁊ glozie. Acquirunt autez illa duo si obseruantia legaliuz dimissa: obseruantie euāgelij xpi ferueuter insistamus. Ordo autem huius epistole congruus ē vt post duas epl'as ad Cozinthios in quarū prima agitur de sacramentis ecclesie: in secūda de ministris horum sacramentoruz necessarie sequatur epistola ad galatha s: in qua agitur de cessatione sacramentoz veteris testamenti. Diuiditur autem hec epistola in duas ptes. in salutationē ⁊ epl'arem narrationem. ibi. Miror ꝙ ⁊c. In salutatione autem primo ponitur persona salutantis Secūdo ponūt persone salutate ibi Ecclijs galathie ⁊c. Tertio bonum optatum. ibi. Gratia vobis ⁊c. Circa primum primo ponitur persona salutans principaliter que describitur ex nomine ⁊ ex auctoritate. Ex nomine quidem cum dicit. Paulus quod congruit humilitati sue: quia interpretatur humilis. Unde dicitur prime Coz. 15. Ego sum minimus apostoloz. ⁊c. Item congruit officio suo. quia ꝓm alium modum interpretatur os tube. in quo specialiter est officium predicationis significatuz Esa. 58. Quasi tuba exalta vocem tuam. ⁊c. Ex auctozitate autem describitur cum dicitur apostolus. Ubi duo ponuntur. scz eius auctoritas ⁊ auctoritatis origo. Auctoritas quia apostolus qui missus. ¶ Sciendum ē autem ꝙ apostolus in quibusdam epistolis scribit se seruū ostendens nomē humilitatis vt in epistola ad romanos Jn quibusdam vero scribit se apostolum: ostendens auctoritatem suam. Cuius ratio est. quia romani superbi erant. ⁊ ideo apostolus vt inducat eos ad humilitatem scribit se seruum in exemplū humilitatis. Galathis vero quia stulti erant ⁊ superbi vt frāgat eos nominat se apostolum: ⁊ ideo hic ponit auctozitatem suam. Originē autem auctozitatis sue describit cum dicit: Non ab hominibus ⁊c. Et primo remouet originem extimatā. Secūdo assignat veram ibi. Sed per iesum christum ⁊c. Origo autem extimata erat quia intātū galathe seducti erāt a pseudo ꝙ crederent apostolum non esse eiusdem auctoritatis: qua alij apostoli erant: quia nō fuit doct⁹ a christo vel conuersatus cum eo sed esset missus ab eis quasi minister eorum. Opinionem ergo istam remouet cum dicit. Non ab hominibus ⁊c. Quidam enim mittebantur a toto collegio apostolorum ⁊ discipuloruz. Et ideo ostendens se nō esse ab eis missum dicit. Non ab hominibus Quidam enim mittebantur ab aliquo apostolorum speciali: sicut paulus aliquando mittebat lucam ⁊ titum. Et ideo ostendens ꝙ nec sic missus sit dicit. Neq; ꝙ hominem id est per aliquem apostolorum in special: scz per spiritum sanctuz qui dicit Act. 13. Segregate mihi ⁊c. Causa autem originis huius veritatis vera est christus iesus. Et ideo dicit. Sed per iesum christum ⁊ deuz patrem. Hec autem distinctio cuz dicit Per iesum christū ⁊ deum patrem potest accipi vel quantum ad personam patris et personam filij. Et tunc alius est in persona deus pater ⁊ alius iesus christus. Ab vtroq; autem missus est beatus paulus ad predicandum ⁊ a tota trinitate quia inseparabilia sunt opera trinitatis. Non fit autem mentio de persona spiritus sancti. quia cum sit vnio ⁊ nexus duorum: positis personis duabus scilicet patris ⁊ filij: intelligitur etiam spiritus sanctus. Uel potest sumi distinctio predicta quantum ad naturam assumptam scz humanam: quia secūdū naturam diuinā non est distinctio inter deum patrem ⁊ iesum christum. Et tunc missus est paulus per deum patrem sicut per auctorez ⁊ per iesum christum sicut per ministrum. Roman. 15. Dico iesum christum ministrum fuisse. ⁊c. Quia vero galathe derogabant apostolo ꝙ non fuisset conuersatus cum christo sicut alij: nec missus ab eo. Jdeo in hoc specialiter magnificat se: quia illi fuerunt missi per christum adhuc vt uentem in carne mortali. Ipse vero a christo iam glorificato missus est. Jdeo dicit. Qui scilicet deus pater suscitault eum scilicet ihesum christum inquantum hominem a mortuis. Quasi dicat. Apostolus sum nō ab hominibus scilicet collegio apostolorum nec per hominem scilicet christum in mortali carne viuentem: sed sum apostolus per xp̄m iam suscitatū ⁊ glorificatum. Roma. 6. Xp̄s resurgens a mortuis ⁊c. Et quia presens vita significatur per sinistram: futura vero per dexteram: inquantum ista est celestis ⁊ spiritualis. illa vero temporalis. ꝺ̄o petr⁹ qui vocatus fuit a xp̄o adhuc ī carne mortali positus ponit ī bulla pape ī sinistra pte. paulus vero qui vocatus fuit a xp̄o iam glorificato ponitur in parte dextra. ¶ Consequenter cum dicit. Et qui mecum sunt ⁊c. Ꝺ̄nuntur persone adiuncte salutātes quas describit a dul

ci familiaritate: quia mecum sunt scz ad solatium ꝛ adiutorium. Prouerb. 18. Frater qui iuuatur a fratre. ꝛc. ps Ecce q̄ bonū. ꝛc. Item ab inseparabili charitate cum dicit. Fratres. Jo. 13. In hoc cognoscent omnes. ꝛc. Item ab vniuersalitate cum dicit. Oēs quod ideo addit: quia isti forte erant intantū seducti q̄ dictum paulū nō reputarent. Et ideo dicit. Omnes qui mecum sunt: vt ostendat eos testes esse veritatis sue: ꝛ facile intelligant se errare dum ab omnibus reprehenduntur. 2. Cor. 2. Sufficit enim q̄ eiusmodi est obiurgatio hec que fit a plibus. ꝛc. Personas autē salutatas ponit cum dicit. Ecclesie galathie. ꝛc. Ubi sciendū q̄ sicut in glo. tāgit. Brēnus dux senonum olim congregato exercitu intrauit italiam qua pertransita venit in greciam ante tempus alexandri magni: vbi cum essent aliqui de gente sua remanētes in vna parte grecie miscuerunt se grecis: vnde illa prouincia gallogrecia dicta ē. Deinde illi galathe sunt appellati quasi albi. Et licet greci sint acuti ingenij: tamē illi galathe stulti erant ꝛ instabiles ꝛ ad intelligēdū tardiores sicut ꝛ indociles galli vnde originē traxerunt. Et ideo ita dicit eis. O insensati galathe. ꝛc. Istis ergo scribit epistolam hanc. ꝛ isti sunt persone salutate. ¶ Cōsequēter cum dicit. Gratia vobis. ꝛc. Ponit bona que eis optat. Et primo ponit ipsa bona optata. Secundo ipsorum bonorum auctorem. ibi. A deo patre. ꝛc. Bona autem que eis optat sunt duo in quibus omnia bona spiritualia includuntur. Primū est gratia: que ē principiū vite spiritualis cui in glo. ascribit remissio peccatorum que ē primū in vita spirituali. Nullus enim pōt esse in vera vita spirituali: nisi prius moriatur peccato. Secundum ē pax que ē quietatio mentis in fine que in glo. dicitur eē reconciliatio ad deum: ꝛ sic dum optat principium ꝛ finē omnium bonorū spiritualium includit apostolus tanq̄ inter duo extrema desiderium omnis boni eis proueniē dum. ps. Gratiam ꝛ gloriam dabit dominus. 2. Cor. vlti. Gratia domini nostri. ꝛc. Bonorū autem ipsorum auctor est deus pater. ꝛ ideo dicit. A deo patre ꝛc. Ubi primo ponitur bonorum causa. Secundo causandi modus ibi. Qui dedit. Tertio gratiarūactio p ipsis bonis ibi. Cui est honor ꝛc. Causa autem ꝛ auctoritas bonorū ē deus pater tanq̄ actor inquantum deus: ꝛ tota trinitas que dicitur deus omnium per creationem. Sap. 14. Tu autem pater gubernas. ꝛc. Et ideo dicit. A deo patre. Item actor est dominus iesus christus sicut minister. Et hoc inquantum homo. Roma. 15. Dico iesum xp̄m ministrum. ꝛc. Et q̄ per xp̄m sit nobis gratia patet Jo. primo. Gratia ꝛ veritas p ies̄um xp̄m facta est. Et Ro. 5. Justificati gratis ꝛc. Pax etiā ē nobis p ip̄m. Joh. 14. Pacem meā do vobis. ꝛc. Modus aūt causandi hmōi bona ponit cū dicit. Qui tradidit. ꝛc. Ubi primo ponit cā efficiens q̄ ē mors xp̄i. Et quātū ad hoc dicit. Qui dedit semetip̄m ꝛc. Quasi dicat. Jō xp̄s ē auctor gr̄e ꝛ patris qz ipe mori dedit se ꝛ sustinuit crucē. vnde ipa mors xp̄i est causa efficiens gratie. Roma. 5. Justificati gratis ꝛc. Et Col. primo. Pacificans que in celis ꝛc. Et dicit primo. Qui dedit ꝛc. i. sponte se obtulit. Ephe. 5. Dilexit nos christus ꝛ tradidit ꝛc. Heb. 2. Pro omnib⁹ nobis gustaret mortem. Tyt. 2. Qui dedit semetip̄m. ꝛc. Ex quo manifeste apostolus arguit cōtra eos q̄ si mors xp̄i est sufficiens causa salutis nostre: ꝛ in sacramētis noui testamenti que efficaciam habent ex passione christi conferr gr̄a q̄ supfluum ē simul cū nouo testamento seruari legalia in quib⁹ gratia non confertur nec salus acq̄ritur: quia neminē ad pfectū adduxit lex vt dicit Heb. 7 Secundo ponit finis ꝛ vtilitas ipsorum bonor que ē cā finalis: ꝛ est duplex. Unus ē vt liberemur a peccatis p̄teritis: ꝛ quantū ad hoc dicit. Pro peccatis nr̄is scz preteritis delendis ꝛ expiandis quod est initium nr̄e salutionis. Apoc. p̄mo. Dilexit nos ꝛc. Alius finis ē vt liberaret nos a ptāte mortis: ꝛ quantū ad hoc dicit. Ut eriperet nos de p̄senti ꝛc. Col. p̄mo. Eripuit nos a ptāte. ꝛc. Et ponit tria scz vt eriperet inquit de presenti ꝛ seculo: ꝛ neq̄. Ut eriperet trahēdo nos ad eterna per desiderium ꝛ spem. De seculo id est de conformitate hui⁹ mundi qui nos alli cit vt non ei conformemur. Ro. 12. Nolite conformari huic seculo ꝛc. Me reducens nos ad veritatem iusticie. Et dicitur seculuz nequā nō propter sui naturam: cū bonum sit creatum a deo: sed propter mala que in eo fiunt. sicut illud Ephe. 5. Dies mali sunt. ꝛc. Et Heñ. 47. dixit iacob. Dies peregrinatiōis vite mee 130. annozum sunt parui ꝛ mali ꝛc. Et licet hec sint nobis per christum: non tamen excluditur deus pater. Et ideo ponitur tertio acceptatio diuine voluntatis. Unde dicit s̄m voluntatem dei ꝛ patris. Patris inq̄ christi p naturam qua ab eterno procedit vt verbum. ps. Ego hodie genui te. Joh. p̄mo. In principio erat verbum. ꝛc. Item patris nr̄i per adoptionez. Jo. p̄mo. Dedit eis potestatem ꝛc. Primo mō li de⁹ pater accipit pro sola persona patris. Secundo modo pro tota trinitate. Et quia a deo patre nostro scz a tota trinitate: hec omnia prouenium nobis per xp̄m. Ideo ipsi scz toti trinitati gloria in se: honor alijs sit vel est in secula seculorum. id est semper. Amen est nota confirmationis. Habes ergo i summa in salutatione predicta auctoritatem apostoli qua eorum superbiam frangit. Uirtutem gratie qua eos ad obseruantiam euangelij prouocat: ꝛ insufficientiam legalium vt ab eis eos reuocet.

Lectio secunda.

Miror q̄ sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiā xp̄i in aliud euāgeliū q̄ nō est aliud nisi sunt aliqui qui vos conturbāt ꝛ volūt conuertere euangelium xp̄i. Sed licet nos aut angelus de celo euāgelizet vobis p̄terq̄ q̄ euangelizauimus vobis anathema sit. Sicut predixim⁹ ꝛ nunc iterū dico si q̄s vobis euangelizauerit preter id q̄ accepistis anathema sit. Modo enim hominibus suadeo an deo: An quero hominibus placere: si adhuc hominibus placerem: christi seruus non essem.

In supiozib⁹ p̄cessit salutatio: sequit in sequētib⁹ eplar narratio. In qua arguit apostolus eoz errorem. Secundo monet eos ad correctionem. 5. cap̄. ibi. State ergo. ꝛc. Errozem autem eozum arguit dupliciter: ꝛ per auctoritatem euangelici documenti: ꝛ per rationē veteris testamenti. 3. cap̄. ibi. O insensati. ꝛc. Arguit autem errozem ipozum ostendendo auctoritatem euangelice doctrine. Primo ostendendo ipozum leuitatem quantum ad leuem dimissionem euangelice doctrine. Scōo commendando auctoritatē ipius doctrine euangelice: vt sic quāto dignius est q̄ dimittunt: tanto eozum error appareat maior ibi. Notum enim vobis facio ꝛc. Circa p̄mū duo facit. Prio esn exaggerat culpā. Scōo infligit penam ibi. Sed licet nos. ꝛc. Culpā autē exaggerat ꝛ seductozum ꝛ seducentium. ibi. Nisi sint. ꝛc. Circa p̄muz tria facit. Primo enim aggrauat culpam seductozum ex

animi leuitate. Uñ dic̃ miror. Quasi dicat cũ sciatis tot bona que dicta sunt prouenire vobis per christum et q̃ cum fueritis ita bene instructi per me: tamẽ sic. id est in tantum ꝛ tam vehementer vt videamini iam obliti tam cito id est in tam breui tempore transferimini vt alludat nos. Galathia enim translatio dicitur quasi dicat. Vos estis galathe q̃ tã cito transferimini. Ecclesia. 19. Qui cito credit leuis ẽ corde. Secũdo aggrauat eoꝝ culpã exeo qõ dimiserunt. Si enĩ ratio recedit ꝛ transferr̃ a malo commendabilis est ꝛ bene facit: sed quando recedit a bono tunc est culpabilis. Et sic isti a bono translati erãt ꝛ ideo dicit eis. Et si mirandũ sit q̃ tam cito ꝛ sic transferimini: addit tamẽ materiam admirationis q̃ transferimini ab eo scz a deo ꝛ a fide eius qui vos vocauit ĩ gratiam xp̃i id ẽ in participationẽ eterni boni quã habemus per xp̃m. 1. Pet. 2. Gratias agentes deo qui vos vocauit in ammirabile lumen suum. Itẽ. 2. Pet. 2. Melius erat eis viam veritatis nõ agnoscere q̃. ꝛc. Secũdo aggrauat eoꝝ culpã ex eo ad qõ conuersi sunt: qz non sũt cõuersi ad bonũ sed ad malum. Unde dicit. In aliud euangelium. i. est veteris legis que annũciatio bona ẽ inq̃tum annũciat quedã bona scz tẽporalia ꝛ carnalia. Esa. p̃mo. Si volueritis ꝛ audieritis me ꝛc. Sed tamẽ nõ ẽ perfecta ꝛ simpliciter sicut euangeliũ qz nõ annunciat p fecta ꝛ maxima bona: sed parua ꝛ minima. Sed lex nouа ẽ perfecte ꝛ simpliciter euangeliũ id ẽ bona annũciatio quia annũciat maxima bona scz celestia spũalia ꝛ eterna. Et licet sit aliud euangeliũ secundũ traditionẽ pseudo: tamen fm meã predicationẽ non. Est eñ aliud in p missis sed nõ est aliud in figura: quia idẽ continet in veteri testamento ꝛ in nouo. In veteri quidẽ vt in figura: in nouo vero vt in re ꝛ expresse. Et sic ẽ aliud euangelium quantũ ad ea que exterius apparent: sed quantũ ad ea q̃ interius sunt ꝛ continent nõ est aliud: licet aũt nõ sit aliud in se tamẽ potest eẽ aliud ex culpa aliorum scz seducẽtium. Et ideo eoꝝ culpam exaggerãs dicit. Nisi sint aliqui scz seductores qui vos cõturbant. i. puritatẽ sensus vestri: qua imbuti fuistis per fidei veritatẽ obfuscant qz licet idem cõtineatur q̃tum ad interiora ẽ intellectũ p vetus ꝛ nouũ testamentũ vt dictum ẽ: tamẽ si post susceptionem noui testamenti reiterat vetus. videtur ostendi q̃ nouũ nõ sit perfectũ ꝛ q̃ illud sit aliud ab isto. Et iõ dicit Qõ nõ est aliud nisi sunt ꝛc. qz isti pseudo post fidei eũ gelice susceptionẽ cogebãt eos circũcidi. ostendentes p hoc q̃ circũcisio est aliquid aliud q̃ baptismus ꝛ efficit aliquid qõ baptismus nõ põt efficere. ꝛ ideo isti conturbant vos infra. 5. Utinã abscindant̃ qui vos conturbãt. ꝛc. Et vere cõturbant qꝛ volunt cõuertere euangeliũ xp̃i id est veritatem euangelice doctrine in figurã legis qõ ẽ absurdum ꝛ turbatio maxima. In illud enim debet aliquid conuerti ad qõ ordinat̃. Nouũ autem testamentuz ꝛ euangelium xp̃i non ordinatur ad vet⁹ sed potius ecõuerso lex vetus ordinat̃ ad legẽ nouam sicut figura adveritatem. Et ideo figura cõuerti debet ad veritatẽ: ꝛ lex vetus in euangeliũ xp̃i: non autem veritas in figurã neq̃ euangelium xp̃i in legez veterem: qõ patet ex ipõ vsu loquendi. Nõ enim dicimus q̃ homo sit similis imagini hominis. sed potius ecõuerso imago ẽ similis homini. Jere. 15. Jp̃i cõuertent̃ ad te nõ tu. ꝛ Leuit. 26. Nouis superuenientibus. ꝛc. ¶ Consequenter post exaggeratiõz culpe ponitur inflictio pene cuz dicit. Sed licet. ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo p̃mulgat sententiã. Secundo rõnem sententie assignat ibi. Modꝰ enim hominiꝫ ꝛc. Circa primum duo facit. Primo ostendit auctoritatem sue sentẽtie. Scõo profert eã ibi. Sicut predixi ꝛc. Ostendit autẽ auctoritatem sue sentẽtie multã eẽ q̃ nõ solũ in peruersores ꝛ in seductores subditos: sed etiã impares: sicut sunt alij apostoli ꝛ etiam in superiores sicut sunt angeli si huius criminis. s. cõuersionis euangelij ĩ veterem legẽ rei essent efficaciã haberet. Et ideo dicit. Quia nostre sentẽtie auctoritas quã ego p̃mulgo que est excõmunicatio nõ solum in illos qui talia intendunt efficaciam habet sz licet nos scz apostoli aut angelus bonus vel malus de celo veniens euangelizet preter q̃ qõ euangelizatũ est a nobis: anathema sit. i. reus erit huius sententie quã p̃mulgamus. ¶ Ad euidentiam autẽ dictorum tria inquirere oportet. Primo quid significat hoc nomen anathema. Circa quod sciendũ est q̃ anathema est nomen grecũ ꝛ componitur ab ana qõ est sursũ ꝛ thesis positio quasi sursũ positio. Et est ortum ex quadã antiqua consuetudine. Antiqui enim quãdo pugnabant capiebant aliquando aliquam predam ab hostibus quã nolebant cõuertere in vsum p̃priũ sed suspendebãt illam ĩ templis vel in aliquo publico loco ciuitatis: quasi separatam a cõmuni vsu hominum ꝛ omne tale sic suspensuz nominabant greci anathema: ꝛ ex hoc inoleuit consuetudo q̃ omne illud quod excludebatur ab vsu communi diceretur anathematizatum. Unde dicitur Josue. 6. de Jericho ꝛ omnia que in ea sunt. Q̃ Josue mox anathematizauit ea. Et ideo etiam hoc in ecclesia inoleuit vt illi qui excluduntur a communi societate ecclesie: ꝛ a participatione sacramentorum ecclesie dicantur anathematizati. ¶ Secundo inquirenda est ratio eorũz que dicit. Licet nos aut angelus. ꝛc. Ubi sciendum est q̃ est triplex doctrina. Prima est philosophorum: qui ex ductu rationis p̃prie in cognitionem sue doctrine deuenerunt. Quedam alia doctrina est que est tradita p angelos sicut lex vetus. Lex enim non est allata voluntate humana sic dicitur ad Gala. 3. Sed per angelos ĩ manu mediatoris vt dicitur infra. 3. Quedam vero doctrina tradita est a deo immediate sicut doctrina euangelij Joh. primo. Deum nemo vidit vnq̃. ꝛc. Heb. primo. Nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio. Et post. Que cum initium accepisset. ꝛc. doctrina ergo que traditur per hominem potest mutari ꝛ reuocari p aliũ hominem qui melius nouit sicut vnus philosophus reprobat dicta alterius. Item per angelum qui perspicatius videt veritatem. Doctrina etiam que traditur p angelum posset forte remoueri per alium angelum superiorem seu per deum. Sed doctrina que immediate a deo traditur non potest neq̃ per hominem neq̃ per angelum irritari. Et ideo si contingat q̃ homo vel angelus doceret contrarium illi que per deum tradita est dictum suũ non est cõtra doctrinam vt per hoc irritetur ꝛ repellatur sed potius doctrina est contra euz quia ipse qui dicit debet excludi ꝛ repelli a communione illius doctrine. Et ideo dicit apostolus q̃ dignitas doctrine euãgelice que est immediate a deo tradita est tante dignitatis q̃ siue homo siue angelus euangelizet aliud p̃ter id quod in ea euangelizatum est ẽ anathema. id est abijciendus et repellendus est. ¶ Tertio soluere oportet obiectiones q̃ circa hoc occurrunt. Quorum vna est cum par in parez non habeat imperium. ꝛ multomagis non habeat in superiorem: videtur q̃ apostolus nõ potuit excõicare apostolos qui erant sibi pares ꝛ angelos qui sunt superiores Mat. 11. Qui minor est in regno celorum maior est illo Non est ergo anathema per hoc. Ad hoc dicendum ẽ q̃ apostolus p̃tulit hanc sentẽtiaz non p̃prie auctoritate sed auctoritate euangelice doctrine cuius minister erat: cuius doctrine auctoritas habet vt quicunq̃ contra illam dicunt excludendi ꝛ repellendi sint. Joh. 10. Sermo quẽ locut⁹ sum ille iudicabit eũ in nouissimo die. ꝛc.

¶ Alia questio est qz ipse dicit preterq̄ quod euangelizatum est. Ergo non debet aliquis docere neq̄ predicare nisi quod scribitur in epistolis ⁊ in euangelio. Sz hoc est falsum. quia primo Thes. 3. dicitur. Ut compleam⁹ ea que desunt fidei nostre ⁊c. Respondeo dicendum ē q̄ nihil aliud euangelizandum est q̄ illud qđ continetur in euangelijs ⁊ in epistolis ⁊ in sacra scriptura implicite vel explicite. Nam sacra scriptura et euangelium euangelizat esse credendum christo explicite. Unde quicquid continet in eis implicite que faciunt ad doctrinā eius ⁊ ad fidem christi euangelizari ⁊ doceri potest. Et ideo cū dicit. Preter id ⁊c. id est oīno alienum addendo. Apoc. vltimo. Si quis apposuerit ad hec aut addiderit omnīo alienū apponat de⁹ sup illū plagas scriptas in libro isto Et Deut. 4. Nō addetis quicq̄ ⁊c. scz contrarium seu alienū nec minuetis ⁊c. ¶ Consequenter cum dicit. Sicut predixi ⁊c. Sententiā suam pfert in malo dicēs Sicut predixi de angelis ⁊ apostolis: idem dico de seductoribus: si quis seductor euangelizauerit preter id qđ accepistis a me: anathema sit id est excōicatus. Et hec ē sententia quā profert. Sed nunquid ex hoc sunt excōmunicati omnes heretici videtur q̄ non: quia dicitur Tyt. 3. Hereticum hominē post primā ⁊ secundā correctionem deuita. ⁊c. Respondeo dicendum est q̄ hereticus potest dici aliquis vel quia simpliciter errat ex ignorantia: ⁊ ex hoc nō est excōmunicatus. Vel quia errat ex pertinacia ⁊ alios nititur peruertere: ⁊ tunc incurrit in canonē late sententie. Utrū autē ex tunc his verbis sniam in hereticos protulerit dubium est. Cum tamē sententia iam lata sit contra hereticos in concilijs. Potest tamen dici q̄ forte hic ostendunt excōmunicatione digni. ¶ Cōsequēter cum dicit. Non enim hominibus ⁊c. ostendit rōnem sententie. Ubi primo ponit rōnem ipius sentētie. Secūdo manifestat hic ppositū ibi. An quero ⁊c. Posset eīm aliquis dicere. Quare sic excōmunicas. Forte aliq̄ sūt amici vel alicuius auctoritatis. Non ergo sic faciendum est: Ideo respondēs apostolus dicit. Immo sic faciēdum est: quia ea que modo dico non sunt ad fauorem hominū sed vt placeam deo: ⁊ hoc est quod dicit. Non enī. id est post conuersionē. Vel in ista epla. Suadeo hominibus id est tendit ad hoc appetitus meus vt placeā hominibus an deo? Quasi dicat. Hec que facio ideo facio vt cōplaceam soli deo. 1. Thes. 2. Loquimur nō quasi hominibus placentes sed deo ⁊c. Nec etiam loquimur auctoritate hominū sed diuina. Q̄ aūt nō intendā placere hominibus pz ex intentione ⁊ ex ppōsito meo. Nā ego nō quero hominibus placere id est non est intentionis mee homines conuertere vt placeam hominibus tm̄: sed pter honorem dei. Et hoc patet: quia si adhuc intēderē placere hominibus vt olim placui: n ō essez seruus christi. Cuius ratio est quia hec sunt contraria. Ita dūtaxat vt scz velim placere hominibus propter homines nō referendo illud in deum. Si enim ideo intendam aliquā do placere hominibus vt eos trahā ad deum nō pecco Sed si primo modo non sum seruus christi. Esa. 28. Coangustatum est stratum ita vt alter decidat. ⁊c. Mat. 6 Nemo potest duob⁹ dominis seruire ⁊c. ps. Confusi sūt qui hoibus placent.

Lectio tertia.

Notum enī vobis facio fratres euāgeliū quod euangelizatuz est a me: quia nō est scōm hominē. Neq̄ eīm ego ab homine accepi illud neq̄ didici sed per reuelationem iesu christi. Audistis enī conuersationē meam aliquādo in iudaismo quoniā supra modum persequebar eccliam dei ⁊ expugnabam illā ⁊ proficiebā in iudaismo supra multos coetaneos meos ī genere meo: abundantius emulator existens paternarum mearū traditionū.

Supra apostolus redarguit galathas de leuitate animi eo q̄ sic cito dimiserant doctrinam euangelij: hic vero ipius euangelice doctrine dignitatem ostendit. Et circa hoc duo facit. Quia primo cōmendat auctoritatē doctrine euangelice ẽm seipsam. Secundo ex parte aliorū apostolorum ⁊ sua simul scdo cap. ibi. Deinde post annos q̄tuordecim ⁊c. Iterum prima pars diuiditur in duas. qz primo proponit intentū. Secūdo manifestat propositum ibi. Audistis enim ⁊c. Circa primū duo facit. Primo p̄ponit qđ intendit. Secundo probat qđ ꝓponit ibi. Neq̄ enim ⁊c. Intendens ergo commendare veritatē euāgelice doctrine dicit. Notuz vobis ⁊c. Quasi dicat Ita sum certus de auctoritate euangelij q̄ non solū hominibus immo etiam angelis contrarium nō crederē sed eos si contrarij essent anathematizarem. Quā quidē certitudinem ex hoc habeo quia magis credendū est deo q̄ hominibus seu angelis. Et ideo cum ego habuerim illud euangelium a deo maximam certitudinez habere debeo ⁊ habeo. Et ideo dicit. Notum enim vobis facio fratres euangeliū qđ euangelizatum est a me vobis ⁊ alijs ecclesijs qz nō ẽm hominē. id est ẽm humanā naturā discordantem a regula seu reuelatione diuina. Et sic li ẽm hominē sonat in vitium. prime Cor. 3. Cum enim sit inter vos zelus ⁊ contentio ⁊c. Et sic accipit hic apostol⁹. Et iō dicit. Non ẽm hominē docentem me vel mittentem. Quasi dicat. Nullo modo potest hoc euangeliū haberi ab homine sed a deo. Et ideo subdit. Neq̄ enim ego ab homine ⁊c. Ubi duplicem modum acceptionis excludit Primo q̄ non habuit ab homine auctoritatem euangelizandi: ⁊ quantū ad hoc dicit. Neq̄ ab homine. s. puro accepi illud id est auctoritatem euangelizandi euāgeliū sed a xp̄o. Ro. 10. Quomodo p̄dicabūt nisi mittantur. Esa. 42. Dedi te in lucem gentium ⁊c. Act. 9. Vas electiōis ē mihi iste ⁊c. Scdo q̄ nō accepit sciam euāgelizādi ab homine. Et iō dicit. Neq̄ didici. s. euāgeliū q̄ hominem purū sed per reuelationē iesu christi. i. p̄ iesū christum oīa clare ostendentē. 1. Cor. 2. Nobis autē reuelauit deus ⁊c. Esa. 50. Dñs deus aperuit mihi aurē. ⁊c. Et ibidē. Dñs dedit mihi linguā eruditā vt sciam. ⁊c. Hec autem reuelatio facta fuit apostolo cum raptus fuit in paradisum vbi audiuit archana verba que nō licz homini loqui. 2. Cor. 12. ¶ Consequenter cum dicit. Audistis enim ⁊c. Probat propositum scz q̄ non accepit ab homine euangelium neqz ante conuersionem neqz post conuersionem ad christum ibi. Cuz enim placuit ⁊c. Q̄ aūt non acceperit ab homine ante conuersionem suam. ostendit ⁊ per odium qđ habebat ad fidez xp̄i ⁊ ad xp̄ianos ⁊ per feruorem quem habebat ad iudaismū. ibi. Et proficiebam ⁊c. Dicit ergo. Dico q̄ nō accepi ab homine ⁊ hoc ante conuersionem meam: quod patet ex factis illius temporis ⁊ ex odio quod habebam ad fidem. Nam vosipsi audistis. infra eodem. Tantum autem auditum habebant ⁊c. Conuersationem meam aliquādo dum infidelis eram in iudaismo quo iudaice viuebam. Et dicit meam quia hoc qđ male facimus ex nobis est: ex deo autem quicquid boni facimus. Osee. 13. Ex te perditio

tua israel: ex me auxilium tuum. Istud scz audistis quoniam supra modum scilicet aliorum quia nō solum per se sed prouocabat prīcipes ad hoc. Alij enim forte a prīcipibus inducti persequebantur sed iste eos inducebat Act. 9. Saulus adhuc spirans minarū. rc. accessit. rc. Et quia non solum in hierusalem sed etiā per totā regionem. Unde accepit litteras in damascū rc. Unde de eo potest intelligi illud qō dicit Geñ. 49. Beniamin lupus rapax. rc. Persecutus sū ecclīam dei scz inquirēdo xpianos ꝛ fugando. 1. Cor. 15. Non sum dignus vocari apostolus rc. Et expugnabā illā nō quidē spūaliter qz corda fidelium nō poterā a fide auertere: sed corporaliter affligendo eos penis corporalibus ꝛ ponēdo in carcere. Act. 9. Nonne hic est qui rc. ps. Sepe expugnauerūt me rc. Sic ergo patet per odiū qō habebat ad fidem xpi qz ante cōuersionē scz non accepit euangeliū ab homīe. Patet hoc etiam per amorē ꝛ feruorem zeli quem habuit ad iudaismū: ꝛ hoc quantū ad pfectū exteriorē. Unde dicit Et pficiebam rc. Ubi tria ponit que exprimūt pfectus magnitudinē: quia supra multos nō paucos pficiebat: nō supra senes ineptos ad pfectū scīe sz coetaneos adolescentes acutos ꝛ aptos ad pfectū. Treñ. 3. Bonū est viro cū portauerit iugum ab adolescentia sua. Item nō supra coetaneos extraneos quasi ignote lingue sed illos qui sunt in genere meo. s. iudeorum. Act. 22. Ego sum vir iudeus secus pedes gamalielis eruditus rc. Itē qz tum ad zelū interiorē quē habebat ad legē. Et ideo dicit Abundantius p alijs emulator existens nō solū legis sz paternaz mearum traditionū scz quas habent iudei licitas quas boni patres addiderūt: vt dicitur in glo. quas quidē traditiones vocat suas quia ita reputabat eas ac si sue fuissent. Philip. 3. Secūdū legē phariseus fm emulationē persequens rc. Sed quēstio est sup hoc qō dicit glo. Boni patres addiderunt. Uidetur qz nō fuerīt boni: quia Deut. 4. dicit. Nō addetis ad verbū qō ego loquor volis rc. Ergo fecerūt contra mandatū domini: addentes traditiones ꝛ sic nō fuerūt boni. Dicendum ē qz verbū illud dñi intelligendū est non addetis aliquid cōtrarium seu extraneū verbis que ego loquor rc. Addere autem aliqua que non sunt contraria licuit eis. scz aliqs dies solēnes ꝛ alia similia sicut factū est tempore mardochei ꝛ tēpore iudith in memoriam beneficiorz que a deo recipiebāt. Contra Mat. 15. Dominus reprehendit eos dicens. Irritū fecistis mandatū domini pter traditiones hoīm. Nō ergo sūt licite traditiones. Rndeo dicendū ē qz nō arguunt qz tenent traditiones hominū sed quia pter traditiones hominū dimittunt mandata dei.

Lectio quarta.

Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee ꝛ vocauit per gratiam suam vt reuelaret filiū suum in me vt euangelizarem illum in gentibus: continuo nō acquieui carni ꝛ sanguini. Neqz enim veni hierosolymā ad antecessores meos apostolos: sed abij in arabiam ꝛ iterū reuersus sum damascū.

Postqz autē apls oñdit qz ipe nō accepit ab hoīe euangelium ante suā cōuersionē: nūc hic probat qz non accepit ipm ab homine post cōuersionē suā. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit qz nō recepit euangeliū ab homine. tēpore cōuersionis sue. Scōo qz nec etiā post cōuersionē suā ibi. Deinde post annos tres rc. Circa primū duo facit. Quia prio oñdit qz nō accepit euāgeliū ab apls nec qz didicit. Secūdo qz nō ab alijs fidelibus ibi Sz abij in arabiā rc. Circa primū duo facit. Primo ostendit cām efficientem sue conuersionis. Scōo finē ibi. Ut reuelaret rc. Tertio modū ibi. Cōtinuo nō acquieui rc. Circa primū notat cām sue cōuersionis que duplex ē. s. bnplacitum dei: qō est diuina electio ꝛ conuertentis vocatio. Quantū ad primū dicit. Cū aūt placuit. s. deo nō quando volui ego sed quando placitum fuit sibi: quia non est volentis neqz currentis rc. vt dicit Roma. 9. ps. Benefacit me nasci ex ventre matris mee. Et vere dicit deus placitum est domino. rc. Philī. 2. Deus est qui operat in nobis rc. Qui scz deus me. s. rebellem. prio. Cor. 15 Ego sum minimus aplorum rc. quoniā persecutus sum. rc. segregare ex vtero licet sit opus nature q ē quasi instrm Act. 9. Saulus adhuc spirans minarū rc. Persecutorem. Act. 9. Saule saule quid me psequeris rc. Blasphemū prio Thi. 1. Qui fui blasphemus rc. Me tale inq segregauit de vtero matris mee. Uel ad litterā. Qui dei: qz opa etiā nra attribuunt deo sicut pncipali auctori. Esa. 26. Omnia enim opa nostra operatus es in nobis rc. Sicut ꝛ effectus principali agenti attribuuntur. Ideo dicit Job. 10. Pelle ꝛ carnib⁹ vestisti me rc. Et ab hoc vtero segregatus ē ad iustificationē qz eiusdē est iustificare cuius est condere. ps. De ventre matris mee rc. Uel ex vtero matris mee scz synagoge: cui⁹ vterus ē collegiū phariseorum qui nutriebāt alios in iudaismo. Mat. 23. Circuitis mare ꝛ aridā vt faciatis rc. Sic ergo mater sua fuit synagoga Lanc. 1. Filij matris mee pugnauerunt contra me rc. Uterus eius sunt pharisei. Et hoc ergo vtero est segregat⁹ per ipm sanctū ad fidē euāgeli j. Ro. 1. Segregatus i euāgeliū dei. Uel mater sua est ecclesia xpi. Uterus eius collegium aplorū. Segregauit ergo deus ipm ab vtero ecclesie id ē a collegio apostolorum in officiū aplatus ꝛ predicationis ad gentes quādo dixit apostolus Act. 13. Segregate mihi barnabā et paulum rc. Uocat autē synagogā matrē suā qz phariseus erat quasi magnus in ea dum dicit phariseus ꝛ ex phariseis qz zelator legis erat. supra. Abundantius aūt emulator rc. Quantū autē ad aliā cām dicit Et vocauit rc. Est autē duplex vocatio. Una ē exterior ꝛ sic dicit vocauit me ex celesti voce. Act. 9. Saule saule quid me persequeris rc. Unde in ciuitatē rc. sic etiā alios apostolos vocauit. Alia est interior: ꝛ sic vocauit per quendā intīm ētum interiorem quo deus per gr̄am tangit cor vt conuertatur ad ipm: ꝛ sic vocauit a mala via in bonā: ꝛ hoc per gr̄am suam non nostris meritis Ro. 8. Quos pdestinauit hos ꝛ vocauit rc. Esa. 45. Suscitauit eū ad iustitiā rc. Amos. 5. Qui vocat aquas maris rc. Finis autē conuersionis ponit cum dicit vt reuelaret filiū rc. Qui quidē finis ē xps. Ordinat autē conuersio sua ad xpm dupliciter scz facto et sic dicit. Ut reuelaret filiū suū id est in eo qō circa me fecit conuertēdo me ꝛ dimittēdo pctā mihi reuelaret q̄ta sit mihi fctā misericordia. prie Thi. 1. Xps iesus venit in hūc mūdū peccatores saluos facere rc. Sed ideo misericordiā dei cōsecutus sū qz ignorans rc. Sic ergo reuelauit in eius conuersione filiū suū: et hoc inquantū filius dicit gr̄a dei. Item reuelauit eum in eius opatiōe. Unde dicebat ipe. Ro. 15. Nō enim audeo aliquid loqui eorum que per me non effecit xps In obedientiam gentium: in verbo factis et virtute. rc. Et hoc inquantum filius virtus est dei. Item reuelauit eum in eius predicatione. Unde ipe. 1. Cor. 1. dicebat. Nos predicamus rc. Usqz Et dei sapientiam. Et hoc inquantum filius eius dicit dei sapia. Itē ordinat ad ch̄m istum sua conuersio verbo. Et sic dicit. Ut euangelizarez

illis in gentibus. qz alijs apostolis euāgelizantibus xp̃m iudeis: paulus de mādato dñi iuit ad gentes puertendas Esa.49. Parū enim est mihi vt sis mihi seruus ꝛc. dedi te in lucē ꝛc. Act.13. Sic eñ precepit ꝛc. infra Esa.55. Ecce testē populis dedi eū. ducem ac preceptorē gentib⁹ ¶Modus autē sue puersionis est perfectus ꝛ quantū ad effectū. Unde dicit Continuo nō acquieui carni ꝛ sanguini. id est statim ita perfecte fui cōuersus ꝙ oīs carnalis affectus recessit a me. Eccl.11°. Facile est eñ in oculis dñi subito honestare pauperē. Et accipit hic caro et sanguis p vitijs carnalibus.1ª.cozint.15. Caro ꝛ sanguis regnū dei nō possidebūt ꝛc. infra.5. Caro cōcupiscit ꝛc. Uel p affectu ꝛ amoze ad carnaliter sibi coniūctos. Mat.16. Caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi ꝛc. Sic aplūs vitia superauit ꝛ suos iudeos cōtempsit. ¶Item ꝝtum ad intellectū quia ita fuit instructus a xp̃o ꝙ non fuit ei necesse instrui ab aplis. Et ideo dicit Nec veni hierosolimā vt. s. ab eis instruerer ¶Item nō fuit necesse instrui ab alijs fidelib⁹ Et ideo dicit. Sed abij in arabiaz ꝛc. Quasi dicat. Non iui ad loca vbi erāt alij fideles vt me instruerēt. sed iui in arabiā vbi non erant edocti in fide: sed infideles. ꝛ reuersus sum damascū scz ad parentes. Job.38°. Quis dedit vehemētissimo hymbri cursum ꝛc. Sed cōtra dicit. Act. 9. ꝙ dimiserūt eum de muro per sportā ꝛc. Cum autē venisset hierusalē temptabat se iūgere discipulis. Uenit ergo hierlem. Dicendū est ꝙ venit. sz nō vt instrueret. Uel melius dicendū est ꝙ non statim venit sed post aliqō tempus. Et ideo sequit. Deinde post annos tres ꝛc.

Lectio quinta.

Deinde post annos tres veni hierosolymā videre petrum: ꝛ mansi apud eū diebus quindeci. Aliū autez apostoloz vidi neminē nisi iacobum fratrem domini. Que autē scribo vobis ecce cozaz deo quia non mentioz. Deinde veni in partes syrie ꝛ cilicie. Eram autē ignotus facie ecclesiis iudee que erant in xp̃o. Tantū autē audiebant habebāt: quoniaz qui persequebaꝫ nos aliquādo: nunc euāgelizat fidem quā aliquādo expugnabat. ꝛ in me clarificabant deum.

Postꝙ superius aplūs ostendit se nō accepisse euangeliū ab homīe ante conuersionē suā. nec tempe sue puersionis hic probat ꝙ nec etiā post conuersionē accepit ip̃m ab homine. sed potius hic ostendit quomō doctrina sua fuit ab homībus approbata. Et circa hoc duo facit. Primo enim manifestat quomodo doctrina sua fuit ab apostolis approbata. Secundo ostendit qualiter fuit approbata ab alijs fidelibus. ibi. Deinde veni in partes ꝛc. Et primo narrat factū. Sc̄o confirmat veritatē dicti. ibi. Ecce coram deo ꝛc. Dicit ergo. licet nō iuerim ad aplos vt instruerer ab eis circa principiū mee cōuersionis. quia iaz crā instructus a xp̃o. tamē ex affectu caritatis cōpulsus post annos tres scz cōuersionis mee veni hierosolymā quoniaz iādiu desideraui videre petrū. non vt discerē ab eo sed vt visitarem eū Job.5. Uisitans speciē tuā ꝛc. Et mansi apud euz diebus quindecim repertus ab eo vt verax aplūs. Et dicit diebus quīdecim qz numerus iste cōponit ex octo ꝛ septē. Octonarius autē est numerus noui testamēti in quo expectaꝫ octaua resurgentiū. Septenarius aūt est numerus veteris testamēti. quia celebrat certum diem. Mansit autem apud petrum diebus quīdecim conferens cum eo de mysterijs veteris testamēti ꝛ noui. Et ne credaꝫ ꝙ licet sit instructus a petro esset tamē etiā instructus ab alijs subdit ꝙ nec ab alijs fuit instructus. Unde dicit. Aliū autē apostoloz a quo instruerer vidi neminē. id est nullū nisi iacobū fratrem dñi. Illum eñ vidit in hierusalē. Circa istum iacobū sciendū est ꝙ iste fuit episcopus hierosolymoz et fuit vocatus iacobus minoz eo ꝙ vocat⁹ fuerat post iacobum alium. Dicunt autē multa de isto. Act.15. Ipse etiā fecit epistolā canonicā. Quare aūt dicaꝫ frater dñi. a diuersis diuersimode dicit. Eluidius enim dicit ꝙ ideo dicit frater dñi quia fuit filius beate virginis. Dicit eñ ꝙ beata virgo xp̃m concepit ꝛ peperit. ꝛ post partum xp̃i concepit de ioseph ꝛ peperit alios filios. Sed hic error est damnatus ꝛ reprobatus. Itē patet esse falsuz. quia iacobus nō fuit fili⁹ ioseph sed alphei Alij vero dicunt ꝙ ioseph ante btāz virginē habuit aliā vxorē. de qua habuit filiū iacobuz ꝛ alios. qua mortua accepit in vxorē beatam virginē de qua natus est xp̃s: non tamē cognita a ioseph sed per spiritū sanctū vt in euangelio dicit. Quia ergo ex patre nominātur cognatiōes ꝛ ioseph putabaꝫ pater xp̃i. ideo iste iacobus licet nō fuit filius virginis tamē vocabatur frater dñi. Sed hoc est falsum. quia si dñs matrē virginē noluit nisi virgini cōmēdare custodiendā quomodo sustinuisset sponsum eius virginē non fuisse ꝛ sic perstitisse. Ideo alij dicūt ꝛ in glo. tangit ꝙ iacobus iste fuit filius cleophe que fuit sozor virginis. Dicūt eñ ꝙ anna mater beate virgis nupsit primo ioachim ex quo peperit mariam matrē domini. quo mortuo nupsit cleophe fratri ioachim ex quo peperit mariā cleophe. ꝛ ex hac natus est iacobus minoz iudas ꝛ symon. quo mortuo dicit ꝙ nupsit adhuc cuidā tercio qui vocatus est salome. ex quo ꝓcepit ꝛ peperit aliam mariā que dicta est salome. ꝛ de hoc nat⁹ est iacobus maioz ꝛ ioannes frater eius. Sed huic opinioni dupliciter cōtradicit. Jeroñ. Primo qz salome nō est nomen viri vt etiaz in greco appa[illegible] sed est nomen mulieris que fuit sozor beate virginis ꝛ ex zebedeo genuit iacobuz minorē ꝛ iohannē. sicut maria cleophe ex alpheo genuit iacobū minorē iudam ꝛ symonē. Dicit autē frater domini iste iacobus specialiter inter alios suos consobrinos. ꝛ hoc ppter duo. Primo ppter similitudinē effigiei. quia similis erat xp̃o in facie. Et ppter similitudinē vite quia imitabaꝫ xp̃m in moribus. Uel quia alpheus pater ei⁹ fuit de cognatiōe ioseph. Et ideo quia iudei cognatiōis lineam texere solēt a maribus et xp̃s putabaꝫ filius ioseph vt dicit Luce.3. Jdeo specialiter dictus est frater dñi. ꝛ nō alij qui solū ex matre coniūcti erant ei. Accipit autem hic frater cognatiōe. Nam in scriptura fratres aliquādo dicunt natura. Mat.1°. Jacob autē genuit iudam ꝛ fratres eius. Cognatiōe. sicut omnes cōsanguinei sunt fratres. Gen.13. Ne queso sit iurgiū inter te ꝛ me. fratres eñ sumus Gēte. ꝛ sic oñes vnius lingue dicunt fratres. Deutrono.17. Non poteris alterius gentis hominē regem facere qui nō sit frater tuus. Affectiōe ꝛ sic omnes amici et qui habent eūdem affectū dicunt fratres. 3. cozinth. 2°. Si viuit benadab frater meus ꝛc. Religiōe. ꝛ sic omnes xp̃iani qui habēt vnam regulā vite dicunt fratres. Mat. 23. Fratres estis ꝛc. p̃s. Ecce ꝙ bonum ꝛ ꝙ iocundū habitare fratres in vnū ꝛc. Cōmuniter autē omnes homīes dicunt fratres quia ab vno deo gubernati ꝛ educati. Malach.2. Nūquid nō vnus est pater oīm nostrū ꝛc. ¶Consequēter cū dicit. Que autē dico vobis ꝛc. cōfirmat per iuramentū quod dixerat. Quasi dicat. Ea que nūc scribo vobis de me ecce in manifesto sunt. ꝙ nō mētioz. Et hoc dico cozā deo. id est teste deo. Jurat aūt hic apostolus nō ex leuitate sed ex necessitate istoz quibus necessariū erat vt crederent. Nisi eñ hoc faceret nō crederent ei. 2ª.cozinth.2°. Cozam deo in xp̃o loquimur. Rom.1°. Testis

est mihi deus ꝛc. Quid ergo dicit dñs. Sit sermo vester est est. nō non: quod amplius est a malo est. Dicendū est q̄ est a malo eius qui nō credit vel a malo pene quo cogi tur quis iurare. ¶ Consequēter cū dicit Deinde veni ꝛc. ostendit quomō fuit approbatus ab alijs ecclesijs iudee. Vbi tria facit. Primo ostendit vbi fuit ꝓuersatus quia in cilicia. Vnde dicit. Deinde veni in partes syrie ꝛ ciliciē. scz patrie vnde etiā fuit natus. quia dicit Act. 22°. Erat autē paulus a tharso cilicie ꝛc. Scōo quomō fuit cognitus ab eis quia nō facie sed auditu tantū ꝛ fama. Vnde dicit. Eraz eī ignotus facie ecclesijs iudee que erāt in xp̄o id est in fide xp̄i. 2°. corinth. 6. Sicut qui ignoti ꝛ cogniti Vnde patet q̄ ecclesie iudee nō docuerūt me. Tantū eī auditū habebāt scz de me per famā: quoniā qui persequebat nos ꝛc. Tercio quomō approbatus est ab eis quia in me glorificabāt deum. id est in mea cōuersione magnificū ꝓbabant qui gratia sua me cōuertit Esa. 43. Glorificabit me bestia ꝛc.

Capitulum secundum.

DEinde post annos quattuordeciz iterū ascendi hierosolymā cū barnaba assumpto et thyto. Ascendi autem scōm reuelationē et contuli cum illis euangeliū quod predico in gentibus. Seorsum autem his qui videbantur aliquid esse: ne forte inuacuuz currerem aut cucurrissem. Sed neq̄ thytus qui mecum erat cuz esset gentilis compulsus est circumcidi. sed propter subintroductos falsos fratres: qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in xp̄o iesu: vt nos in seruitutē redigerent. quibus neq̄ ad horam cessimus subiectiōi: vt veritas euangelij permaneat apud vos.

Post q̄ apostolus in precedēti capitulo cōmendauit auctoritatē euangelice doctrine scōm seipam. nūc in isto capitulo cōmendat ipam ex parte aliorū apostoloꝝ et sua simul. Et circa hoc duo facit. Primo cōmendat auctoritatem sue doctrine ex approbatiōe alioꝝ apostoloꝝ. Scōo ex exemplo sui ꝛ aliorū apostoloꝝ. ibi. Nos natura iudei non ex gētibus ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ostendit q̄ alij ap̄li approbauerūt suam doctrinā. Secūdo ostēdit q̄ libere reꝓhendit alios ap̄los in his que ꝓtrariū sue doctrine dicebāt. ibi. Cum venisset petrus ꝛc. Circa primū duo facit. Primo agit de collatiōe quā habuit cū apostolis. Secūdo insinuat quid inde secutū sit ibi Sed neq̄ tytus ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ponit circūstantias ipius collatiōis. Secūdo ponit ipam collationē. ibi. Et contuli cū illis ꝛc. Quantū ad primū tangit quattuor circūstantias scz tempus locū testes ꝛ motiuū ipius Describit autē tempus cū dicit. Deinde post annos quattuordecim. Sed cōtra est quia aplus fuit conuersus primo anno post passionē xp̄i. Et post tres iuit in hierlim ꝛ sic sunt quatuor ꝛ hic dicit post annos quattuordeci iterū iuit in hierusalē: ꝛ sic fiūt decē ꝛ octo. Et tūc iuenit petrū in hierlim Et hoc nō potest esse quia petrus sedit in antiochia septē ānis. in roma vero vigintiquiq̄ annis. Et sic decē ꝛ octo ꝛ septem sunt vi gintiquiq̄ anni anteq̄ iret romā. ꝛ rome morat us est vigintiquiq̄ annis Ergo virisset petrus post passionē xp̄i quī quaginta annis qō est falsum. quia quadragesimo anno a passione xp̄i passus est petrus rome: vt in historia habet quod fuit tempe neronis. Respōdeo dicendū q̄ cuz dicit deinde ꝛc. non est intelligendū q̄ post tres annos iterū elapsi sint quattuordeci anni anteq̄ iret in hierusalē sed q̄ anno quartodecimo sue conuersionis iterū ascendit nec sunt addēdi supra istos quattuordecim septē anni quib⁹ petrus rexit ecclesiā antiochenā quia ante istos annos incepit regere: cū antiochia sit ꝓpe hierusalem potuit esse vt aliquādo petrus iuisset in hierusalē ꝛ tunc paulus inuenerit eū ibi. Et sic colligit ex hystoria q̄ post annos quattuordeci petrus venit romā: tempe claudij impatoris et existens ibi vigintiquiq̄ annis cōpleuit numerū trigintanonē annoꝝ ꝛ mortu⁹ est quadragesimo anno post passionē dñi. Dicit autē signāter quattuordeci vt ostendat q̄ nō indigebat apostoloꝝ instructiōe si quattuordeci annis fuit sine eis. ¶ Locū vero describit cū dicit hierosolymā. ꝛ dicit ascendi quia in alto posita est. Ascendit autē hierosolymā vt ostenderet se cōcordare cū ꝓphetis que dicit Esaie. 2°. De syon exibit lex ꝛc. ¶ Testes describit cū dicit. Cū barnaba assumpto tyto. Barnabas iudeus erat tytus vero gentilis. Cū eis ergo ascendit. vt haberet testes sue doctrine. Et vt in nullā partem siue iudeoꝝ siue gentiliū ostendat se declinare Deut. 17. In ore duoꝝ vel triū stat omne verbū. ¶ Motiuū autem describit cū dicit. Scōm reuelationē dei id est deo reuelāte ꝛ preciplēte sibi q̄ ascenderet in hierusalē. Ex quo colligi potest q̄ oīs actus apostoloꝝ ꝛ motus fuerūt scōm instinctū spiritussancti. Job. 37°. Nubes spargūt lumen sūū ꝛc. ¶ Consequēter cū dicit. Et cōtuli ꝛc. Agit de ipsa collatiōe vbi tria facit. Primo manifestat materiā super quā contulit. Secūdo personas cū quibus cōtulit. Et tercio causam ꝓpter quā contulit. Materia de qua contulit fuit euangeliū. Et ideo dicit. Contuli cū illis euangeliuz dei ꝛc. Persone cū quibus cōtulit: sunt maiores et excelentiores inter aplos dicens. Seorsum autē cum his ꝛc. Sed causa vtilis ꝛ necessaria. ne scz inuacuū ꝛc. Quantū ad primū dicit. Ascendi hierosolymā vbi contuli cū illis tanquā cum amicis ꝛ paribus euangeliū quod predicaui in gentibus. nō vt addiscerē quia iam doctus eram a xp̄o non vt certificarer quia sic certus ſum q̄ si angelus diceret contrariū non crederē vt patet supra primo capi. Sed contuli ꝓpter duo. scilicz ad insinuandā vnitatē doctrine mee cū doctrina alioꝝ apostoloꝝ. 1°. corinthio. 1°. Idipm dicatis omnes ꝛc. Contulit ergo cū eis quasi idem verbū cum eis sed nō partes habuit. Itez ad vitandū calumpniam alioꝝ. Apostolus eī quia nō fuerat conuersatus cuz xp̄o nec edoctus ab apostolis. sed statim post cōuersionez suam incepit p̄dicare ꝛ que erant odiosa iudeis ꝛ specialiter de vocatiōe gentiū: ꝛ q̄ non debebāt seruari legalia. Sic ergo cōtulit euangeliū. Sed cum quibus hoc fecerit ostendit subdēs. Seorsum autē his ꝛc. Quasi dicat. Nō cum oīnibus sed cū his qui erant inter alios alicuius auctoritatis ꝛ momēti scz cum petro iacobo ꝛ iohāne ꝛ alijs magnis. Eccl. 9°. Cum sapiētibus ꝛ prudentibus tracta ꝛc. Sed seorsum ꝛc. non q̄ turpia vel falsa cū eis tractaret ac cōferret sicuti heretici faciūt. sed quia sciebat ibi esse iudeos calūpniantes ꝓpterea quia de legalib⁹ docuerat. Et ideo ne veritas pateret calūnie cum illis seorsum contulit qui nō calūniarent. Prouerb. 25. Causam tuā tracta cū amico tuo. ꝛ secretū extraneo ne reueles ꝛc. Eccl. 8. Coram extraneo ne facias consiliū ꝛc. Sic ergo patet ꝛ materia collatiōis ꝛ persone. ¶ Sequit causa que fuit scz ne inuacuū currerem aut cucurrissem. id est ne reputarer predicasse inutiliter. Vocat autē predicationē suā cursū ꝓpter velocitatē sue doctrine. quia in modico tempore a hierusalē vsq̄ in yliricuz ꝛ vsq̄ in hyspaniā predicauit euāgeliū. Unde posset dici de eo illud. ps. Velociter curra

lit sermō eius. ꝛ. 2ᵉ. Thessal. 3°. Fratres orate ꝓ nobis vt sermo dñi currat ꝛc. Sed nūquid dubitabat ꝙ inuacuz curreret. Dicendū est ꝙ sibi nō dubitabat sed illis quibus predicauerat quia nisi ab illis firmiter tenerēt sua doctrina quantū ad illos inuacuū cucurrisset. et ideo noluit cōferre cū eis. vt dum scirent auditores ꝙ doctrina sua ꝓcordaret cū doctrina alioꝝ apostoloꝝ et approbāt ab eis firmius eius doctrinā tenerēt. ꝛ quantū ad eos non inuanū curreret. 1ᵉ. cozinth. 9. Ego sic curro nō quasi in incertum. ¶ Consequēter cū dicit. Sed neq; tytus ꝛc. Ostendit quid secutū sit ex collatōe cum aplis habita. Et ponit tria que inde secuta sunt. scz ꝙ a sua sentētia non recessit ꝛ ꝙ sue doctrine nihil superadditū fuit. ibi. Ab his autē q̄ videbant ꝛc. Tercio ꝙ sua doctrina approbata est. ibi. Sed ecōtra cū vidissent ꝛc. Circa primuz duo facit. ꝑimo ōndit ꝙ nō recessit a sua sentētia in quodaz priculari. Secōo ostendit ꝙ etiā in nullo alio recessit ab ea ibi. Sed ꝓpter introductos ꝛc. Dicit ergo. Dico ꝙ ita cōtuli cum eis de doctrina euangelij ꝙ ex hoc secutū est ꝙ doctrina mea ꝛ sentētia firma permansit scz de legalibus nō observandis scz ꝙ gentiles non cogerenē ad seruandū legalia in tantū ꝙ neq; tytus qui mecū erat cū esset etiā gentilis cōpulsus est ratiōibus eoꝝ circūcidi. sed susceptus est ab apostolis in societatē incircūcisus. Unde tūc data est sententia ab apostolis de legalibus nō obseruandis: sicut habet Act. 15. Ratio aūt quare post passionē xꝑi non debēt seruari legalia assignat a chrysostomo talis. Manifestuz est enī ꝙ instrumentū quod fit de aliqua ꝓmissione seu federe tenet tantū quousq; compleat fedus ꝛ ꝓmissio: quibus cōpletis instrumentū predictū in hoc nō tenet. Circūcisio aūt est quoddā instrumentū ꝓmissionis et federis inter deū ꝛ fideles homines. vnde ꝛ abrahā accepit circūcisionem in signū promissionis. vt dicit Gen. 17°. Et quia xꝑi peracta passione soluta fuit ꝓmissio ꝛ cōpletū fedus. ideo post passionē non tenet nec valet circūcisio. Sic ergo patet ꝙ nō recessit a sentētia sua in hoc ꝙ permitteret circūcidi tytū. ¶ Consequēter ostendit ꝙ in nullo alio etiā recessit ab ea cū dicit. Sed ꝓpter subintroductos ꝛc. Littera autem ista est diuersa in diuersis ꝛ obscura. ꝛ legit sic. Tu dicis ꝙ nō permisisti circūcidi tytū: sed quare nō permisisti? Nōne alibi permisisti tymotheū sicut legit Act. 16. Ad hoc potest sic respondere aplus. quia tūc temporis quādo tymotheus fuit circūcisus. indifferēs erat circūcisio. Utrū scz seruarē vel nō: sed modo cū ageret de tyto erat specialis questio de circūcisione quā ego dicebā non debere seruari Unde si permisissē eū circūcidi egomet diminuissem questionē ꝛ fuisset tractatū in contrariū vtpote iam determinatā. Et ideo dicit. Dico ꝙ nō solum nō permisi ipm circūcidi ab illis quibus neq; ad horaz cessimus subiectiōi scz vt gentes subderenē legi. Et hoc ꝓpter subintroductos a dyabolo vel a phariseis falsos fratres. qui se fingūt amicos. 2ᵉ. cozinth. 12. Periculū in falsis fratribus. Qui scz fratres falsi subintroierūt in locū vbi erant apli: latenter explorare. i. ad explorandū libertatē nostrā a peccato ꝛ lege. 2ᵉ. cozint. 3°. Ubi spiritus dñi: ibi libertas. Ro. 8. Non enī accepistis spiritū seruitutis ꝛc. infra 4. Ut eos qui sub lege erāt redimeret. Quā. s. libertatē habemus in xꝑo iesu. i. per fidem xꝑi. infra. 4. Non estis ancille filij sed libere. Et ad hoc subintroierūt vt in seruitutē legis ꝛ carnaliū obseruantiarū redigerent sicut ante passionē xꝑi quod nō est faciendū. quia fundamētū aliud nemo potest ponere ꝛc. 1ᵉ. cozin. 3. Et hoc vt veritas euāgelij permaneat apud vos. Quasi dicat. In nullo cessimꝰ eis ꝓpter hoc ne scz occasionē daremus eis qui sine circūcisione dicebāt vos nō posse saluari. qō est contra veritatē euangelij qō predicaui vobis. Ambro. autē aliter legit Scōm premissa enī habeē ꝙ ideo ad horā non cessit ꝓpter subintroductos. Ex quo sequit ꝙ nisi fuissent subintroducti falsi fratres cessisset eis de legaliū obseruatione. Et ideo ꝓpter hoc nō fuit quia ꝓpter hoc nō cessisset eis sed ꝓpter ipam veritatē. Ideo dicit Ambro. ꝙ littera est falsa ꝛ superfluit ibi neq;. Unde vult ꝙ nō sit ibi neq;. Et tūc est sensus. Non permisi circūcidi tytū sed tymotheuz permisi circūcidi ꝓpter subintroductos falsos fratres in loco vbi eraz cū tymotheo ꝛ alijs qui subintroierūt ꝛc. Qō cū facere nequiuissent populū in seditionē contra nos incitare moliebanē. Quibꝰ scz falsis fratribus ꝓpter hoc cessimus ad horā subiectiōi in facto circūcisionis: circūciden do tymotheū vt veritas euangelij permaneat ꝛc. que habet ꝙ nec circūcisio aliquid ꝓfert neq; ꝓpuciū: sed fides Fuit autē specialis causa quare tymotheus circūcisus fuit ꝛ nō tytus. quia tymotheus fuit ex patre gentili ꝛ matre iudea. tytus vero ex vtroq; parēte gentili. Et sententia apli erat ꝙ qui ex aliquo parēte iudeo nati fuerant circumciderenē. qui vero totaliter ex gentilibꝰ parentibꝰ nati essent nullo mndo debeāt circumcidi.

Lectio secunda.

AB his autem qui videbanē esse aliquid quales aliquādo fuerint nihil mea interest. Deus enī personaz hominis non accipit. Mihi enim qui videbantur esse aliquid nihil contulerūt: sed econtra cum vidissent ꝙ creditū est mihi euangeliuz ꝓpucij sicut ꝛ petro circūcisionis qui enim operatus est petro in apostolatuz circūcisionis operatus est ꝛ mihi inter gentes: ꝛ cū cognouissent gratiā que data est mihi: iacobus ꝛ cephas ꝛ iohānes qui videbanē columne esse. dextras dederunt mihi ꝛ barnabe societatis: vt nos in gentes: ipi autem in circūcisionē tantū: vt pauperū memores essemus Qō etiam sollicitus fui hocipm facere.

Ostenso ꝙ aplus in nullo recessit a sentētia sua in collatione ꝑdicta. hic ꝓsequēter ostendit ꝙ nihil sue doctrine per alios aplos superadditū fuit. Et circa hoc duo facit. ꝑimo enī describit conditionē aplox: nihil ei addere valentiū. Secōo ꝓsequit ꝓpositū ibi. Mihi enī qui ꝛc. Conditionē aūt illoꝝ describit ex tribus. ꝑimo ex auctozitate quā habebāt in ecclesia que est magna. Et ꝗtū ad hoc dicit. Ab his aūt ꝛc. littera defectiua est Unde debet suppleri sic. Ab his aūt scz petro ꝛ iohāne. Quasi dicat. Licet ad horā cesserim eis. nihil tū accepi ab eis potestatis vel doctrine. Et si ab his nihil accepit: multo minus ab alijs. Sed notandū est ꝙ hoc ꝙ dicit. Qui videbanē aliquid esse. si hoc intelligāt fm gratiā dei que in ipis erat. sic verū est ꝙ fm hāc magni erāt. qz quos iustificauit hos ꝛ magnificauit. vt dicit Ro. 8°. Si vero intelligāt aliqd esse fm seipos. sic falsuz est qz fm hoc nihil erant. Nam si fm se aliquid esse viderenē semper fuissent magni. qz qō per se ineſt semp ineſt. Unde cū non fuerint semp magni nō fm se videbanē aliquid esse. Secōo describit eoꝝ cōditionē ex statu eoꝝ ante cōuersionē quā habuerūt in synagoga. Et hūc statū caute ostendit fuisse abiectū ꝛ vilem. Unde dicit quales aliqñ fuerāt qz rustici pauperes ydeote ꝛ sine litteris erāt. 1ᵉ. cozint. 1. Non multi sapiētes fm carnē ꝛc. Sed quales fuerint. nihil. i. nō mea interest scz referre. Et hoc forte introducit vt cōsiderantes statū quē

illi habuerūt in synagoga q̄ nullus fuit. et statū pauli qui magnus fuit: manifeste cognoscāt q̄ paulus in sententia q̄tum ad legalia sit eis preferendus. ⁊ p̄sertim cū paulus in statu eccleste xp̄i eis equareť. ita q̄ paulus eos in statu synagoge ante conuersionem precedebat in statu: post conuersionem eis equalis erat. Unde cum agebať de synagoga magis erat standū sententie pauli q̄ aliorum. sed cum de euangelio ageretur standum erat sententie sue sicut sententie alioꝝ. Et sicut alij nō erant magni per legalia sed per xp̄m: sic ⁊ aplūs per xp̄m magnus erat in fide ⁊ nō per legalia. Tercio describit eoꝝ cōditionē ex diuina electiōe. ⁊ q̄tuz ad hoc dicit. Deus eñ personā ⁊c. Quasi dicat. Ideo magni sunt q⁊ deus eos magnificauit nō attendēs ad merita vel demerita eoꝝ. sed ad ip̄m qō facere intendit. Et ideo dicit. Deus personā hominis nō accipit. i. non cōsiderat magnā vel paruā. Sap. 6. Pusillū ⁊ magnū ipse fecit ⁊c. Sed sine personaꝝ acceptiōe ad salutem omnes vocat. non imputans illis delicta eoꝝ. ⁊ hoc quia transierūt. 2ª. corinth. 5°. Vetera transierūt ⁊c. p̄s. Nec memor ero noīm eoꝝ ⁊c. Et ideo dicit petrus. Act. 10. In veritate comperi q̄ nō est personarū acceptio ⁊c. ¶ Circa hoc sciendū est q̄ accipere personā proprie est in aliquo negocio attēdere quasi regulā ip̄ius negocij: cōditionē persone nihil facientē ad negociū. puta. cū ideo do beneficiū alicui q⁊ est nobilis siue pulcher. Nobilitas eñ seu pulchritudo nil facit ad hoc q⁊ habeat beneficiuz. Si vero cōditio persone facit ad negociū sic considerādo illaz conditionē in facto illo nō accipio personā sicut si ideo do beneficiū alicui quia bonus est ⁊ bene deseruiet ecclesie. quia bene litteratus ⁊ honestus. nō sum acceptor persone Nil ergo est p̄prie accipere personā q̄ considerare conditionē persone nil facientē ad negociū. Cum ergo deus in operibus suis ⁊ beneficijs nihil preexistēs ex parte creature respiciat. q⁊ ip̄m qō est creature est effectus sue electionis. sed respiciat solū quasi p̄ regula beneplacitū voluntatis sue scōm quā omnia operať ⁊ non scōm aliquā conditionē persone. vt dicit Ephe. 4. Manifestū est q̄ non accipit personā hominis. ¶ Consequēter descripta cōditione illoꝝ ostendit propositū scz q̄ nil ei addere potuerunt Et ideo dicit. Mihi autē qui videbanť aliquid esse nihil contulerūt. Quasi dicat. licet essent magne auctoritatis. tamē nil addiderūt doctrine mee nec potestati. quia sicut supra dictū est neq̄ ab homine accepi euangelū neq̄ per hominē didici. Glo. autez aliter legit. Quales aliquādo fuerūt ⁊c. Quasi dicat. Non pertinet ad me referre statū eoꝝ ante conuersionē quales scz fuerūt quia et hoc nihil refert cū ⁊ ego fuerim ip̄ius ecclesie etiā persecutor et tamen deus elegit me ⁊ magnificauit. ⁊ hoc quia dñs personā hominis nō ⁊c. ¶ Consequēter cū dicit. Sed ecōtra cū vidissent ⁊c. ostendit quomō eius sententia sit approbata ab ap̄lis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit causam approbatiōis. Scōo insinuat ip̄am approbationē. ibi. Jacobus ⁊ cephas ⁊c. Tercio addit quandā conditionē approbatiōi interpositā. ibi. Tantū vt pauperes ⁊c. Causā aūt approbatiōis ponit duplicē que mouit apostolos approbare sententiā apostoli scz predicatiōis officiū apostolo iniunctū a xp̄o: ⁊ effectum iniūcti officij. ibi. Et cum cognouissent ⁊c. Circa primū p̄mo ponit officiū iniunctū q̄ mouit eos ad approbandū. Scōo officij manifestationez. ibi. Qui eñ operatus est ⁊c. Dicit ergo. Dico q⁊ illi qui videbanť aliquid esse nihil mihi cōtulerūt. sed potius cōtra opinionē aduersarioꝝ qui ascenderant ⁊tra me in hierusalē ad apostolos pro ip̄a questione. me ip̄i apostoli approbauerūt ⁊ hoc cū vidissent q⁊ creditū est mihi euangelū id est officiū predicatiōis p̄pucij. i. iunctū in circūcisis. scz gentilibus. Jere. 9. Omnes gentes habēt p̄pucū. omnis autē domus ⁊c. Sicut ⁊ petro cōmissa est auctoritas vt predicaret iudeis tantū ⁊ paulus gētibus. sed postmodū ⁊ petrus predicauit gētibus ⁊ paulus iudeis. Sed quia aliquis posset dicere. vnde cōstat nobis q⁊ tibi sit cōmissum euangeliū in gentibus. ideo interponēs dicit q⁊ per operatōes xp̄i. Sicut eñ patet q⁊ petrus accepit euangeliū a xp̄o propter mirabilia que xp̄us fecit per eū. ita patet q⁊ ego ab ip̄o accepi. p̄pter miracula que xp̄us operaťꝰ est ⁊ operať in me. Et ideo dicit. Qui operatus est petro ⁊c. id est qui petrū fecit apostolū in iudea scz xp̄us ip̄e me fecit apostolū in gentibꝰ. Et hec est causa que mouet eos Sed quia nō sufficit iniūctio ⁊ auctoritas predicandi nisi homo per bonā scientiā ⁊ discretam eloquentiā ip̄am exequať ⁊ per bonā vitam cōmendet. ideo addit vsuz sue auctoritatis seu officij effectū dicens. Et cū cognouissēt gratiā dei ⁊c. ⁊ est littera suspensiua. id est cū vidissent q⁊ gratiosa ⁊ fructuosa esset predicatio mea tūc iacobꝰ ⁊ cephas ⁊ iohānes ⁊c. In quo notať approbatio seu societas facta cū eis ⁊ paulo. Et primo ponunť persone inter quas facta est societas que sunt iacobus ⁊ cephas. id est petrus ⁊ iohannes. Et premittiť iacobus quia erat episcopus hierosolymoꝝ vbi hec facta sunt. Johānes autē iste fuit iohannes euāgelista qui nō deseruit iudeā vsq̄ ad t̄pus vespasiani qui videbāť colūne esse. Verbaphorice dicit hoc id est sustētatio totius ecclesie. Sicut eñ totū edificiū sustentaťper colūnas: ita per istos tota ecclesia iudeoꝝ sustentabať ⁊ regebať. Et de istis colūnis dicit in p̄s. Ego confirmaui colūnas eius. id est apostolos ecclesie. Cantico. 5. Crura illius colūne marmoree que fundate sunt super bases aureas. Isti scz ex vna parte vederūt dexteras societatis. id est consenserūt in societatē mihi ⁊ barnabe. In quo designanť persone ex alia parte. per hoc aūt q⁊ vederūt sibi dexteras significaťꝰ q⁊ per manꝰ se acceperūt in signū cōiunctiōis ⁊ vnitatē opinionis. Scōo ostendit societatis tenor seu cōditio cū dicit. Ut nos in gentes: ip̄i autem in circumcisionē scz predicarēt. Quasi dicat. Facta fuit inter nos coniūctio ⁊ vnio: ita tamē q⁊ sicut omnes fideles obediūt petro in circūcisione. id est in ecclesia iudeoꝝ fidelīū: ita omnes gentes qui cōuersi fuerūt ad xp̄m obedirēt barnabe ⁊ paulo. hoc tamen apposito vt nos essemus memores pauperū xp̄i qui scz vendiderāt omnia bona sua et preciū eorum ad pedes apostolorū posuerant. p̄pt̄a xp̄m pauper effecti. Quod quidē sollicitus fui hoc idē facere nō minus affectus q̄ ipsi q̄ ordinauerūt sicut apparet Ro. 15. ⁊. 1ª. coꝝ. 6. ⁊. 2ª. coꝝ. 8. ⁊. 9. Ratio aūt quare cōsuetudo primitiue ecclesie de venditiōe possessionū seruabaťꝰ in ecclesia ex circūcisione ⁊ nō in ecclesia ex gentibus hec est: quia fideles iudei cōgregati erant in hierusalē ⁊ in iudea que destruenda in breui a romanis erat vt postmodū rei p̄buit euētus. Et ideo voluit dñs vt ibi possessiones nō reseruarenť vbi permāsuri non erāt. Ecclesia vero gētiū firmanda erat ⁊ augēda. Et ideo cōsilio spiritussancti factū est vt in ea possessiones nō venderentť.

Lectio tercia.

Cum autem venisset petrus antiochiam in faciem ei restiti: quia reprehensibilis erat. Prius enim q̄ venirent quidam a iacobo cum gentibus edebat Cum autem venissent subtrahebat et segregabat se: timens eos qui ex circūcisione erāt ⁊ simulationi eius consenserunt ceteri iudei ita vt ⁊ barnabas duceretur ab eis in illaz simulationem. sed cum vidissem q⁊ non recte

ambularent ad veritatem euangelij. dixi cephe coram omnibus. Si tu cum iudeus sis: gentiliter viuis ⁊ non iudaice: quomodo gentes cogis iudaizare.

Supra apostolus ostendit q̄ ipse nil vtilitatis accepit ex collatiõe habita cũ dictis apostolis: hic vero ostendit q̄ ipe alijs profuit. Et primo ostendit quomodo ꝓ fuit petro in corrigendo eũ. Secũdo manifestat ea que dixit ibi. ℣ltius enim q̄ veniret ⁊c. Dicit ergo. Vere ipi mihi nihil contulerũt sed ego potius contuli eis: et ſpecialiter petro quia cũ venissẽt petrus antiochiã vbi erat ecclesia gentiũ ego restiti ei in faciem. id est manifeste. Eccl. 4°. Ne reuereaˢ proximũ in casu suo: ne retineas verbum ⁊c. Vel in faciem. id est nõ in occulto tanquã detrahens et timẽs. sed publice ⁊ vt par ei. Leuit. 19. Non oderis fratrẽ tuum in corde tuo: sed publice argue eum ⁊c. Et hoc ideo quia reprehensibilis erat Sed cõtra quia hoc fuit post acceptam gratiã spiritus sancti. sed post gratiam spiritussancti nullo modo peccauerũt apostoli. Respondeo: dicendũ est q̄ post gratiaz spiritussancti nullo modo peccauerunt mortaliter apostoli. ⁊ hoc donũ habuerunt per potentiã diuinam que eos confirmauerat. ꝑs. Ego confirmaui columnas eius ⁊c. ℙeccauerũt tamẽ venialiter ⁊ hoc fuit eis ex fragilitate humana. 1ᵉ. Joh. 1°. Si dixerimus quia peccatũ non habemus scilicet veniale. ipi nos seducimus ⁊c. Q̄ vero dicitur in glo. Restiti ei tanquã par. Dicendũ est q̄ apostolus fuit par petro in executione auctoritatis non in auctoritate regiminis. Ex predictis ergo habemus exemplum prelati quidem humilitatis: vt non dedignentur a minoribus ⁊ subditis corrigi: subditi vero exemplũ zeli et libertatis vt non vereantur prelatos corrigere presertim si crimen est publicũ ⁊ in periculuz multitudinis vergat. ¶ Consequẽter aũt cũ dicit. ℙriusq̄ veniret ⁊c. manifestat ea que dixit. Et primo hoc quod dixit eum reprehensibilẽ esse. Secundo vero hoc quod dixit petrum reprehendisse. ibi. Sed cum vidissem ⁊c. Circa primũ tria facit. ℙrimo ostendit quid petrus sentiebat. Secundo quid faciebat ibi. Cum autez venissẽt ⁊c. Tercio quid inde sequebatur. ibi. Et simulationi eius ⁊c. Dicit ergo circa primũ. q̄ petrus sentiebat legalia non esse seruanda. Et hoc facto ostendebat quia priusq̄ venirent quidam iudei scilicz zelantes pro legalibus a iacobo hierosolymitane ecclesie episcopo. edebat scilicz petrus cum gentibus. id est indifferenter vtebatur cibis gẽtilium. ⁊ hoc faciebat ex instinctu spiritussancti qui dixerat ei. Quod deus sanctificauit tu ne cõmune dixeris vt habetur Actu. 10. Ut ipe ibidez dixit iudeis, qui contra eum insurrexerunt quia cum incircumcisis comedisset quasi rationem reddens. Quid autem faciebat ostendit dicens: q̄ cum erat cum iudeis subtrahebat se a consortio fidelium qui fuerant ex gentibus: adherens iudeis tantum. ⁊ congregans se cum eis. Et ideo dicit. Cum autem venissent scilicz a iudea subtrahebat se ℙetrus a gentibus conuersis. et segregabat se ab eis. Et hoc ideo: quia erat timens eos qui ex circumcisione erant. id est iudeos. non quidem timore humano siue mundano sed timore charitatis ne scilicet scandalizarentur sicut dicitur in glo. Et ideo factus est iudeis tanquã iudeus: simulans se cum infirmis idẽ sentire sed tamen inordinate timebat quia veritas nunquã dimittenda est propter timorem scãdali. Quid autem ex hac simulatione sequebatur subdit dicens: q̄ simulationi eius scilicz petri consenserũt ceteri iudei qui erant antiochie discernentes cibos et segregantes se a gentibus cum tamen ante simulatiõem huiusmodi hoc non fecissent. Et non solum illi consenserunt petro: sed ita fuit illa simulatio in cordibus fidelium. vt etiam barnabas qui mecum erat doctor gentium ⁊ contrarium secerat ⁊ docuerat duceretur ab eis in simulationem subtrahens se ab eis scilicet gentibus. Et hoc ideo. quia scõm quod dicitur Eccleſ. 10. Qualis est rector ciuitatis ⁊c. ⁊ ibidem. Scõm iudicem populi ⁊c. ¶ Consequenter cum dicit. Sed cum vidissem ⁊c. manifestat ea que dixerat de reprehensione pauli qua petrum reprehendit. Et circa hoc tria facit. ℙrimo ponit causam reprehensionis. Secundo reprehendendi modum. Tercio reprehensionis verba. Occasio autem reprehensionis est non leuis sed iusta ⁊ vtilis scilicz periculum euãgelice veritatis. Et ideo dicit. Sic petrus reprehensibilis erat. sed ego solus cum vidissem q̄ non recte ambularent illi qui sic faciebant ad veritatem euangelij. quia per hoc peribat veritas si cogerẽtur gentes seruare legalia vt infra patebit. Q̄ autem recte non ambularent ideo est. quia veritas maxime vbi periculum immi net debet publice predicari: nec fieri contrarium propter scandalum aliquorum. Mathei. 10. Quod dico vobis in tenebris dicite in luuine. Esaie. 26°. Semita iusti recta est rectus callis iusti ad ambulandũ. Modus autem reprehendendi fuit conueniens quia publicus ⁊ manifestus. Unde dicit. Dixi cephe. id est petro coram omnibus quia simulatio illa in periculum omniũ erat. 1ᵉ. Thymo. 5. ℙeccatum coram omnibus argue Quod intelligendum est de peccatis manifestis ⁊ non de occultis: in quibus debet seruari ordo fraterne correctionis. Cuiusmodi autem verba apostolus dixerit petro cum eum reprehenderet subdit dicens. Si tu iudeus cum sis ⁊c. Quasi dicat. O petre: si tu cum iudeus sis natione et genete gentiliter ⁊ non iudaice viuis. id est gentium ⁊ non iudeorum ritum seruas cum scias et sentias discretionem ciborum nihil conferre. quomodo cogis gentes non quidem imperio sed tue conuersationis exemplo iudaizare. Et dicit cogis. quia scõm q̄ leo papa dicit. Validiora sunt exempla q̄ verba. Jn hoc ergo paulus reprehẽdit petrum q̄ cum ipe esset instructus a deo cum iudaice non viueret ne cibos discerneret. Actuũ. 10. Quod deus sanctificauit tu ne cõmune dixeris. Ipse contrarium simulabat. Sciendum est autem q̄ occasione istorum verborũ non parua controuersia est orta inter hieronymũ ⁊ augustinũ. Et scõm q̄ ex eorum verbis aperte colligitur. in quattuor discordare videntur. Et primo in tempore eorum quando scilicet seruari debuerunt. Nam hieronymus duo tempora distinguit. vnũ ante passionez christi: aliud post passionẽ Ault ergo hieronymus q̄ legalia ante passionem christi viua erant. id est habentia virtutem suam. inquantũ scilicz per circumcisionem tollebatur peccatum originale ⁊ per sacrificia ⁊ hostias placabatur deus. Sed post passionem non solum dicit ea non fuisse viua vel mortua sed quod plus est ea fuisse mortifera. et q̄ quicunq̄ post passionem xp̄i ea seruauit peccauit mortaliter. Augustinus vero distinguit tria tempora. Unum tempus ante passionem xp̄i ⁊ concordans cum hieronymo dicit isto tempore legalia viua fuisse. Aliud tempus est post passionem xp̄i immediate ante gratiam diuulgatã

sicut tempus apostolorum in principio: in quo tempore dicit augustinus legalia mortua fuisse: sed tamen non mortifera iudeis conuersis: dummodo ipsa seruantes spem in eis non ponerent. ita q̄ etiam xp̄i iudei ea seruantes tunc non peccarent. Si vero in eis spem posuissent quicunq̄ conuersi ea seruantes peccassent mortaliter. quia si posuissent in eis spem quasi essent necessaria ad salutem quantū in eis erat euacuassent gratiam xp̄i. Aliud tempus dicit esse post veritatem et gratiam xp̄i diuulgatam. ⁊ in isto tempore dicit ea mortua ⁊ mortifera omnibus ea seruantibus. Ratio autem dictorum est quia si iudei statim post conuersionem fuissent prohibiti ab obseruantijs legalium: visum fuisset eos pari passu ambulare cum ydolatris: qui statim ab ydolorū cultura prohibebant ⁊ legalia nō fuisse bona sicut nec ydolatriā. Et ideo instinctu spiritussancti permissum est vt legalia modico tempore seruarentur ea intentione que dicta est. vt per hoc ostenderetur legalia tūc bona fuisse. Unde dicit Augustinus q̄ per hoc ostendebatur q̄ mater synagoga cum honore deducenda ad tumulum erat. dum non statim post passionem xp̄i legalia prohibita sunt. Quicūq̄ vero non eo modo ipa seruaret nō honorare matrem synagogam: sed eam extumularet. Secūdo discordant predicti hieronimus ⁊ augustinus de obseruatione legalium quantuz ad ipos apostolos. Hieronymus enim dicit q̄ apostoli nunq̄ seruabant legalia sed simulauerunt se seruare vt vitarent scandaluz fidelium: qui fuerant ex circumcisione. Et hoc quidem modo dicit simulasse paulum: quando persoluit votum in templo hierosolymitano. vt habetur Act. 21°. quādo circumcidit tymotheū. vt habetur Actu. 16. Et quādo a iacobo monitus quedam legalia suscepit. vt habetur Act. 15°. Et hoc quidem facientes non deludebant alios. quia faciebāt hoc non intendentes legalia seruare sed propter aliquas causas sicut q̄ quiescebāt in sabbato non propter obseruantiam legis sed propter quietem. Item abstinebant ab immūdis scōm legem non propter obseruantiam legis sed propter alias causas vtpote propter abominationez ⁊ aliquid huiusmodi. Augustinus vero dicit q̄ apostoli seruabāt ipsa legalia ⁊ hoc intendentes sed tamen non ponentes in eis spem quasi essent necessaria ad salutem. Et hoc quidem licebat eis quia fuerunt ex iudeis. Ita tamen q̄ hec seruarent ante gratiam diuulgatam. vnde sicut eo tempore alij iudei conuersi sine periculo seruare poterant absq̄ eo q̄ in eis spem ponerent ita ⁊ ipi. Tercio discordāt de peccato petri. Nam hieronymus dicit in simulatione predicta petrum non peccasse. quia hoc ex charitate fecit ⁊ non ex aliquo timore mundano vt dictum est. Augustinus vero dicit eum peccasse venialiter: tamen hoc propter indiscretionem quam habuit nimis inherendo huic parti scilicz iudeorū ad vitandum eorum scandalum. Et validius argumētum augustini contra hieronymū est quia hieronymus adducit pro se septē doctores quorum quattuor scilicz laudicensem. alexandrum. origenem. ⁊ didimū excludit augustinus vtpote de hereſi infames. Alijs vero tribus opponit tres quos pro se ⁊ p sua oppinione habet scilicz. ambrosium. cyprianum. et ipm paulum qui manifeste dicit q̄ reprehensibilis erat petrus. Si ergo nephas est dicere in scriptura sacra aliquod falsum contineri non erit phas dicere petrum reprehensibilem non fuisse. Et propter hoc verior est opinio ⁊ sententia augustini quia cū dictis apostoli magis concordat. Quarto discordant in reprehensione pauli. Nam hieronymus dicit q̄ paulus vere non reprehendit petrum: sed simulatorie sicut et petrus simulatorie legalia seruabat. vt scilicet petrus nolens scandalizare iudeos simulabat se legalia seruare: ita paulus vt non scandalizaret gētes ostenderet sibi displicere quod petrus faciebat ⁊ simulatorie eum reprehendit: facientes hoc quasi ex condicto vt vtrisq̄ fidelibus sibi subditis prouiderent. Augustinus vero dicit sicut petrum vere seruasse legalia: ita dicit paulum eum vere reprehendisse ⁊ non simulatorie. Sed ⁊ petrus quidem seruando peccauit. quia inde erat scandalum apud gentiles a quibus se subtrahebat. Paulus vero non peccauit reprehendendo: quia ex eius reprehensione nullum scandalum sequebatur.

Lectio quarta.

Nos natura iudei ⁊ non ex gentibō peccatores. Scientes autez q̄ non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem iesu christi ⁊ nos in christo ihesu credimus vt iustificemur ex fide christi et non ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis nō iustificatur omnis caro.

Supra ostendit veritatem doctrine apostolice predicate per eum ex auctoritate aliorū apostolorum: hic ostendit idem ex eorum conuersatione et exemplo. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum per apostolorum conuersationem. Secundo aduersantium obiectionem. ibi. Si querentes iustificare ⁊c. Circa primuz tria facit. Primo premittit apostolorum conditionem. Secundo insinuat eorum conuersationem. ibi. Scientes autem q̄ non iustificatur ⁊c. Tercio infert intentam conclusionem. ibi. Propter quod ex operibus legis ⁊c. Conditio autem apostolorum et etiam ipsius Pauli hec est: q̄ scōm naturalem originem ex iudeis processerunt. Et hoc est quod dicit. Nos scilicet ego et apostoli alij sumus natura. id est naturali origine iudei non proseliti. 2°. cozinthioz. 11. Hebrei sunt ⁊ ego ⁊c. Et hec est magna laus quia vt dicitur Johan. 4°. Saluz ex iudeis est. Et non ex gentibus peccatores. id est non sumus peccatores vt gentes ydolatre ⁊ immunde. Sed contra est quod dicitur. 1°. Johānis. 1°. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ⁊c. ergo iudei sunt peccatores. Respondeo. dicendum est q̄ aliud est peccantem esse aliud peccatorem. Nam primum denominat actum scōm vero promptitudinem siue habitum ad peccandum. Unde scriptura iniquos et grauibus peccatorum sarcinis oneratos peccatores appellare cōsueuit. Judei ergo propter legem superbientes: quasi per eam coherciti a peccatis: gentes que sine freno legis erant ⁊ ad peccandum prone peccatores vocabant. Epheſioz. 4. Non circumferamur omni vento doctrine ⁊c. Cum ergo dicat apostolus: non ex gentibus peccatorum exponitur. id est non sumus de numero peccatorum qui sunt inter gentiles ⁊c. Consequenter cum dicit. Scientes autem q̄ non iustificat homo ⁊c. Pos-

nit apostolorum conuersationem. que quidem non est in legalibus sed in fide christi. Et circa hoc duo facit. Primo exprimit rationem apostolice conuersationis. Secundo ponit ipsam apostolicam conuersationē ibi. Et nos in christo ꝛc. Erat ergo apostolica conuersatio in fide et non in legalibus. Cuius ratio est: quia licet fuerimus iudei natura et in legalibus nutriti: tamen scientes pro certo q non iustificatur homo ex operib⁹ legis id est per opera legalia nisi per fidem iesu christi. ideo deserentes illam: conuersamur in preceptis fidei Ro. 3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidez sine operibus legis Act. 4. Non est aliud nomen. ꝛc. Sed contra enim Ro. 2. dicitur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum. sed factores legis iustificabuntur ꝛc. Videt ergo q ex operib⁹ legis iustificet homo. Respondeo. dicendum est q iustificari potest dupliciter accipi scilicet iusticiā exequi ⁊ iustū fieri. Primo autem mō homo iustificat qui opera iusticie facit. Non autem iustus fit aliquis nisi a deo per gratiam. Sciendum est ergo q opera legis quedam erant mozalia: quedam vero cerimonialia. Mozalia autē licet cōtinerentur in lege: nō tamen poterunt proprie dici opera legis cum ex naturali instinctu ⁊ ex lege naturali homo inducatur ad illa. Sed cerimonialia dicuntur proprie opera legis. Quantūcūq; ergo homo quo ad executionē iusticie ex mozalibus iustificetur ⁊ etiam ex cerimonialibus inquantū seruare ea est opus obedientie et ad mala pertineat. et sic accipitur scōm dictum apostoli ad Ro. 2. Quantum vero ad iustuz fieri ex operibus legis non iustificari homo p hec. videtur quia sacramenta vetris legis non conferebant gratiam. infra 4. Conuersi estis ad egena elementa id est gratiam nō conferentia. neq; gratiam in se continentia. Sacramēta vero noue legis licet sint elementa materialia: non tamen sunt elementa egena. quia in se gratiam continent. Unde et iustificare possunt. Si qui autē in veteri lege iusti erant nō erant iusti ex operibus legis. sed solum ex fide christi. quē deus ꝓposuit propiciatorē p fidem. vt dicitur Ro. 3. Unde ⁊ ipsa sacramenta veteris legis non fuerunt nisi quedā protestationes fidei christi sicut ⁊ nostra sacramenta: sed, differenter. qz illa sacramenta gratiam christi configurabant quasi futuraz. nostra autem sacramenta protestanē quasi continentia gratiam presentem. Et ideo signanter dicit. q ex operibus legis non iustificatur homo nisi per fidē iesu christi. quia et si olim aliqui seruātes opera legis iustificarentur. non tamen hoc erat nisi per fidem iesu christi. Ex hac autem scientia apostolorum quaz habebant q iustificatio non est per operationem legis: sed per fidez christi. concludit conuersationem apostolorum eligentium fidem christi: ⁊ dimittentium opera legis. Unde sequitur. Et nos in christo iesu credimus. quia vt dicitur Act. 4. Non est aliud nomen datum ꝛc. Unde sequitur. Ut iustificemur ex fide christi Ro. 5. Justificati ergo ex fide ꝛc. Et ne aliquis credat q simul cum lege christi opera legis iustificent. subiungit. Et non ex operibus legis. Roma. 3. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem ꝛc. Et ex hoc concludit principale intentum dicens q si apostoli qui sunt naturaliter iudei non querunt iustificari per opera legis: sed per fidem. quia non iustificatur omnis caro ex operib⁹ legis. nec homo potest iustificari per opera legis. Sumitur etiā hic caro pro homine scilicet pars pro toto. sicut Esa. 40. Videbit omnis caro salutare dei nostri. Dicens autem. Propter quod. ꝛc. Concludit quasi a maiori. Magis enim videtur naturale q iudei per opera legis q̄ per fidem iustificarentur. sed hoc nō est. Quare ꝛc.

Lectio quinta.

Quod si querentes iustificari. in christo inuenti sumus et ipsi peccatores: nunquid christus peccati minister est? Absit. Si enim que destruxi iterum reedifico: preuaricatorem me constituo.

Postq̄ ap̄lus ostendit per cōuersationē apostolorū legalia non esse obseruanda quod ipse dicebat: hic mouet questionem in contrarium. Et circa hoc tria facit. Primo mouet questionem. Secundo soluit eam ibi. Absit. ꝛc. Tertio solutionez eius manifestat ibi. Ego enim per legem ꝛc. Primum dupliciter potest exponi scēdum glosam. Primo sic. Posset enim aliquis dicere q apostoli deserentes legem: viuendo ad fidem christi peccassent. Sed ex hoc apostolus introducit quasi quoddam inconueniens scilicet christum esse auctorem peccati. q homines ad suam fidem vocat. Et hoc est quod dicit. Q id est sed si nos apostoli querentes iustificari in ipso id est per ipsum scilicet christum: inuenti sumus id est manifeste cōprobamur et ipsi apostoli peccatores propter legis dimissionem: nunquid christus est ministrer peccati id est introducens nos ad peccandum qui nos a statu legis ad suam fidem vocauit. infra. 4. Factum sub lege vt eos qui sub lege erāt redimeret scilicet ab onere legis. Respondet apostolus. Absit. quia magis est minister iusticie. Roma. 5. Per vnius obedientiam iusti constituuntur multi. 1. Pe. 2. Qui peccatum non fecit ꝛc. Et q christus nō sit minister peccati abstrahēs a lege veteri patet. q uia si egoipse que destruxi scilicet superbiam gloziantem de lege iterum reedifico volens redire ad gloziandum de lege preuaricatorem meipsum constituo: resūmens que destruxi. 2. Pe. 2. Canis reuersus ad vomitū ꝛc. Josue. 6. Maledictus homo q̄ reedificauerit iericho. Dicit autem que destruxi non ipsam legē vt manichei volunt. qz lex sancta est. Ro. 7. Sed superbiam de lege qua dicitur Ro. 10. Querentes suam iusticiam statuere ꝛc. Siquis autem obijciat q cum ipse olim destruxerit fidem christi preuaricatorem se faciebat eam edificans. patet responsio. quia fidem christi conatus fuit quidem destruere. sed non preualuit propter veritatem Act. 9. Quid me persequeris. durū est tibi ꝛc. Sed superbia legis vana erat: et ideo destrui poterat: ⁊ reedificanda non erat. Secundo modo potest exponi vt qō dicit. Inuenti sumus ⁊ ipsi peccatores vt referatur non ad dimissionem legis sicut nunc expositum est. sed magis ad ipsam legis obseruantiam. Manifestum enim est q quicumq; querit iustificari profitetur se non esse iustuz sed peccatorem. Est ergo sensus. Si nos querentes iustificari in christo ex hocipso q queri mus iustificari inuenti sumus id est ratione comprobamur et ipsi peccatores fuisse propter hoc q legem

obseruabam⁹ nunquid iesus christus minister peccati est vt scilicet mandauerit homines post suam passionē legalia obseruare quod sine peccato fieri non potest. Et attendendus est q̄ hec expositio procedit scōm opinionem Hieronymi qui ponebat statim post passionem christi legalia fuisse mortifera. Tertio modo potest exponi vt quod dicit. Inuenti sumus ꝛ ipsi peccatores: pertineat quidem ad statum quo lex obseruabat. non tamen q̄ ipsi offenderent propter legis obseruantiam: sed propter legis defectum que peccatum auferre non poterat vt sit sensus. Si querentes iustificari in ipso inuenti sumus ꝛ ipsi peccatores id est peccatum habentes: lege peccatum non auferente ſm illud Ro.3. Causati sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse. Nūquid iesus christus peccati minister est vt reducat nos ad obseruantiam legis in qua sub peccato eram⁹. Et hec expositio procedit scōm expositionem Augustini. Et respondet scōm vtramq; expositionem. Absit. quia ego destruxi legem carnaliter intellectaz spiritualiter iudicando et docendo. Unde si iterum vellem reedificare carnalis legis obseruantias: essem preuaricator legis spiritualis. Potest ꝛ quarto modo sic exponi. Dixeram hominem non iustificari ex operibus legis. Posset aliquis dicere q̄ nec etiam per fidem christi. quia multi post fidem christi acceptam peccant. Et hoc est quod dicit. Si querentes iustificari in christo: id est per fidem christi inuenti sumus post fidem christi susceptam etiam ipsi nos fideles peccatores id est in peccatis viuentes. nūquid iesus christus minister peccati est ꝛ damnationis. sicut minister veteris legis est minister peccati ꝛ damnationis. Non q̄ lex induceret ad peccatum. sed occasionaliter. quia prohibebat peccatum ꝛ non conferebat gratiam adiuuantem ad resistendum peccato. Unde dicitur Roma.7. Occasione accepta peccatum per mandatuz ꝛc. Sed christus dat gratiam adiuuantem. Joh.1. Gratia ꝛ veritas per iesum christum facta est. Unde nullo modo est minister peccati nec directe nec occasionaliter.

Lectio sexta

Ego enim per legem legi mortuus sum. vt deo viuam: christo cō fixus sum cruci. Viuo autez iam non ego: viuit vero in me christus. q̄ autē nūc viuo in carne: in fide viuo filij dei. qui dilexit me ꝛ tradidit semetipsum pro me. Non abijcio gratiaz dei. Si enim per legē iusticia. ergo gratis christus mortu⁹ est.

Hic apostolus solutionem superius assignatam manifestat. ꝛ primo ponit solutionis manifestationem. Secundo concludit principale intentum ibi. Non abijcio gratiam dei ꝛc. Sed attendendum est q̄ apostolus inquirendo procedens nullum dubium indiscussum relinquit. Et ideo verba eius licet videantr intricata tamē si diligenter aduertant: nihil sine causa dicit. ꝛ hoc apparet in verbis ꝓpositis. Ubi tria facit. Primo manifestat solutionem. Secundo explicat solutionis manifestationē ibi. Christus crucifixus est ꝛc. Tertio removet dubitationem ibi. Q̄ autē viuo ꝛc. Quia ergo apostolus dixerat. Si enim que destruxi ꝛc. q̄ intelligitur ō veteri lege. posset enim ab aliq̄ reputari legis destructor ꝛ per ꝓsequēs iniqu⁹ scōm illud. pō. Dissipauerunt iniqui legem tuam. Ideo apostolus vult ostendere quomodo legem destruat ꝛ tamen nō est iniquus dicens. Ego enim per legem ꝛc. Ubi sciendū est q̄ aliquis dissipat legem per ipam legem ꝛ talis est preuaricator legis non iniquus. Dissipatur autē lex per legez quando in lege datur aliquod preceptū locale seu temporale: vt scilicet lex illa tali tempore seu tali loco seruetur. ꝛ hoc ipsum exprimat in lege. Si quis in illo tempore seu in illo loco lege non vtitur destruit legem per ipam legem. ꝛ hoc modo apostolus destruxit legem. Unde destruxi inquit quodāmodo legem tamen per legem: quia ego mortuus sum legi per legem id est p auctoritatem legis ipam dimisi quasi legi mortuus. Auctoritas enim legis per quam mortuus est legi in multis sacre scripture locis habetur. Jere.31. tamē sub aliis verbis. Confirmabo testamentum nouum super domum israel ꝛc. Deut.18. Prophetam suscitabit dominus de fratribus vestris ꝛc. Et multe alie. Nō est ergo transgressor apostolus legem destruendo. Uel aliter. Ego per legem scilicet spiritualem mortuus sum legi carnali. Tunc enim mortitur legi quando abijcit legē. solutus a lege iuxta illud. Ro.7. Mortuo viro soluta est mulier a lege viri. Inquantū vero apostolus subiectus erat legi spirituali dicit se mortuū legi id est solutum a legis obseruatione Ro.8. Lex spiritus vite ꝛc. Alius modus dimittendi legem sine preuaricatione est se potest. quia videlicet lex aliqua est scripta in carta. et tunc dicitur lex mortua. et est in mente legislatoris: ꝛ tunc dicitur lex viua. Constat autem q̄ si aliquis ſm verbum legislatoris operaretur contra legez: et solueret legem et solueretur a lege mortua. et seruaret legez viuam scōm imperium legislatoris. Dicit ergo scōm hoc. Mortuus sum legi scripte et mortue id est solutus sum ab ea vt deo viuaz. id est motus meos scōm directa ipsius dirigam. ꝛ ad honorem eius ordiner. Lex em̄ statuta in scriptis aliquid tradit propter extraneos ꝛ eos qui ab eo verbotenus audire non possunt. sed his qui coram eo sunt non dicit eam scriptis sed verbo tantum. A principio enim homines infirmi erant: ad deum accedere non valentes. Et ideo necesse fuit eis precepta legis in scriptis dare: vt per legem quasi per pedagogum manuducerentur ad hoc q̄ a deo precepta eius audirent scōm q̄ dicitur infra .3. Lex pedagogus noster fuit in christo. ꝛc. Sed post q̄ habemus accessum ad patrem per christum vt dicitur Roma.5. Non instruimur per legem de mandatis dei: sed ab ipso deo. Et ideo dicit. Per legem manuducentem mortuus sum legi scripte vt viuam deo scilicet ipsi factori legis id est vt ab ipso instruar ꝛ dirigar. ¶ Consequēter cum dicit. Christo confixus sum ꝛc. explicat que dixit. Dixerat autem q̄ est mortuus legi et q̄ viuit deo: Et ista duo manifestat. Et primo q̄ sit mortuus legi per hoc quod dicit. Christo confixus sum cruci. Secūdo q̄ viuit deo cum dicit. Viuo ego: iam non ego ꝛc. Et primum quidem potest exponi dupliciter. Uno mō sicut in glosa sic. Quilibet homo scōm carnalem originem nascitur filius ire. Ephe.scōo. Eramus enim natura filij ire ꝛc. Nascitur etiam in vetustate peccati. Baruch.3. Inueterasti in terra aliena ꝛc. Que quidem vetustas peccati tollitur per crucem christi. et confertur nouitas vite spūalis. Dicit ergo apl̄us. Christo

confixus sum cruci id est cōcupiscentia seu fomes peccati ꝛ oīe huiusmōi mortuū ē i me ꝙ crucē christi. Ro. 6. Vetus homo noster simul crucifixus est ꝛc. Item exquo cum xpo cōfixus sum cruci ꝛ mortuus sum peccato ꝛ xps resurrexit: cum resurgente etiam resurrexi. Ro. 4. Traditus est ꝛc. Sic ergo xpus in nobis renouat vitaz nouā destructa vetustate peccati. Et ideo dicit. Viuo autē id ē quia christo confixus sum cruci: vigorem bene operandi habeo iam non ego ſm carnem: quia iam non habeo illā vetustatē quam prius habui. Sed viuit in me christus id est nouitas que ꝙ christuz nobis data est. Vel aliter. Ho mo ꝛtum ad illud dicitur viuere in quo principaliter firmat suum affectū ꝛ in quo maxime delectat. Unde ꝛ homines qui in studio seu in venationib⁹ maxime delectantur dicunt hoc eorum vitam esse: quilibet autē homo habet quendā priuatum affectum quo querit quod suuz est dum ergo aliquis viuit querens tantum quod suum est. soli sibi viuit. cum vero querit bona aliorum dicit etiam illis viuere. Quia ergo apostol⁹ ꝓprium affectum deposuerat ꝙ crucem christi: dicebat se mortuū ꝓprio affectu dicēs: Christo ꝯfixus suz cruci id est ꝙ crucē christi remotus est a me ꝓprius affectus siue priuat⁹. Unde dicebat infra vltimo. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri ꝛc. 2. cozin. 5. Si vnus ꝓ oībus mortu⁹ ē ḡ oēs mortui sunt. Et ꝓ oībus mortu⁹ est christus. vt ꝛ qui viuunt iam nō sibi viuāt sed ei. ꝛc. Viuo aūt .i. iam nō viuo ego quasi in affectu habēs ꝓprium bonū. sed viuit in me christus id ē tantū christū habeo in affectu. ꝛ ipse christus est vita mea. Phil. 1. Mihi viuere christus est ꝛ mori lucrū ¶ Consequēter autē cum dicit. Q autē nunc viuo ꝛc. respondet dubitationi que poterat esse duplex ex premisso verbo. Una est quomō ipse viuit ꝛ non est ille scz qui viuit. Secunda quomō confixus est cruci. Et ideo hec duo aperit. Et primo primū quomō scz viuit ꝛ non ipse viuit dicens. Q autem nunc viuo carne ꝛc. Ubi notandū est ꝙ illa ꝓprie dicūtur viuere que mouēt a principio intrinseco. Anima autē pauli constituta erat inter deum ꝛ corpus. et corpus quidē viuificabat ꝛ mouebatur ab anima pauli. sed anima eius a christo. Quantū ergo ad vita m carnis viuebat ipse paulus. Et hoc est qō dicit. Q autez nunc viuo in carne id est vita carnis: sed quantū ad relationem ad deum christus viuebat in paulo. Et ideo dicit In fide viuo filij dei per quā habitat in me ꝛ mouet me. Habacuc. 2. Justus autē meus ex fide viuit. Et nota ꝙ dicit In carne non ex carne. quia hoc malum est. Secundo ostendit ꝙ confixus est cruci dicens. Quia amor christi quē ostendit mihi in cruce moriens ꝙ me facit vt semper ei configar. Et hoc est quod dicit. Qui dilexit me. 1. Jo. 4. Ipse prior dilexit nos. Et intantū dilexit me ꝙ tradidit semetipsum ꝙ me ꝛ non aliud sacrificiū. Apoc. 1. Dilexit nos ꝛ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Eph. 5. Sicut christ⁹ dilexit ecclesiaz ꝛ semetipsum tradidit ꝙ ea ꝛc. Sed attēdendū ē ꝙ ipse fili⁹ tradidit se: et pater tradidit filiū Ro. 8. Qui ꝓprio filio nō pepcit: sz ꝓ nobis omnibus tradidit illum. Et iudas tradidit eum vt dicitur Matth. 26. Et totum vna res est: sed non vna intentio: quia pater ex charitate. filius ex obedientia simul ꝛ cum charitate. iudas vero ex proditione. ¶ Consequenter cum dicit. Non abijcio gratiam dei ꝛc. infert cōclusionem principalem. Et primo inducit conclusionem. Secundo manifestat modum. Dicit ergo. Exquo tantaz grāz recepi a deo ꝛ tradidit se ꝛ ego viuo in fide filij dei: non abijcio gratiam filij dei id est non repudio nec ingratum me exhibeo. 1. cozin. 15. Gratia dei in me vacua non fuit ꝛc. Unde ꝛ alia littera habet. Nō sum ingratus gratie dei Heb. 12. Contemplantes ne quis desit gratie dei scilicz per ingratitudinem se indignum fatendo. Mod⁹ autem abijciendi et ꝛ ingratitudinis est si dicerem ꝙ lex esset necessaria ad iustificandū. Et ideo dicit. Si eīm ꝙ legem iusticia: ergo christus gratis est mortuus id est si sufficiens sit lex id est opera legis sufficiūt ad iustificandū hominē christus sine causa mortu⁹ est ꝛ frustra. qz ad hoc mortuus est vt nos iustificaret. 1. Pe. 3. Christus semel ꝙ peccatis nostris mortuus est ꝛc. Q si hoc ꝙ legem fieri posset superflua fuisset christi mors. Sz nō gratis mortuus nec inuacuū laborauit vt dicit Esa. 49. Quia per ipsuz solū gratia iustificās ꝛ veritas facta est vt dicit Jo. 1. Si qui autē ante passionez christi iusti fuerūt hoc etiā fuit ꝙ fidem xpi venturi in quez credebant ꝛ in cuius fide saluabant.

Capitulum tertium.

O Insensati galathe quis vos fascinauit nō obedire veritati: Ante quoz oculos iesus christus ꝓscriptus est ꝛ in vobis crucifixus.

Supra confutauit aplus vanitatez ꝛ mutabilitatē galatharum ꝙ auctoritatē euangelice doctrine ostendens suā doctrinam auctenticam fuisse ab alijs apostolis: hic vero ꝙ rationes ꝛ auctoritates ostendit hoc idez scz ꝙ legalia nō sunt seruanda. Et hoc dupliciter. Primo ex insufficientia legis. Secundo ex dignitate eorum qui ad christū conuersi sunt. ꝛ hoc quarto capi. ibi. Dico autez quanto tempore ꝛc. Circa primum duo facit. Primo premittit obiurgationem. Secundo prosequitur suam probationem ibi. Hoc solum a vobis volo ꝛc. Circa primum duo facit. Primo obiurgat eos attendens eorum fatuitatez. Secundo rationē obiurgationis assignat ibi. Ante quorū oculos ꝛc. Primo ergo eos de fatuitate obiurgat vocans eos insensatos. Unde dicit. O insensati ꝛc. insensatus autē proprie dicitur qui sensu caret. Sensus autez spiritualis est cognitio veritatis. qui ergo veritate caret proprie insensatus dicit. Mat. 15. Et vos sine intellectu estis. Sap. 5. Nos insensati vitam illoꝝ ꝛc. Sed contra Matth. 5. dicitur. Qui dixerit fratri suo fatue ꝛc. Sed fatuus idem est qō insensatus. Ergo apostolus reus est gehenne ignis. Sed dicenduz est vt augustinus dicit ꝙ intelligendū est si dixerit sine causa ꝛ animo vituperādi: sed apostol⁹ ex causa dixit ꝛ animo corrigendi. Unde dicitur in glosa. Hoc dolendo dicit. Secundo cum dicit. Quis vos fascinauit ꝛc: ostendit modum quo insensati erant effecti. Ubi notandum est ꝙ insensatus fit ali quis multis modis. Vel quia non proponitur sibi aliqua veritas quā cognoscere possit. Vel quia ꝛ si proponaē sibi tamen nunquā eam acceptat. Vel quia veritatem propositam vel acceptam deserit a via veritatis recedens. et tales erant isti galathe qui veritatem fidei quam acceperāt deserentes veritatez propositam rēnuerunt. supra. 1. Miror ꝙ tam cito ꝛc. Et iō istum gradū insensationis in eis reprehendit dicens: Quis vos fascinauit ꝛc. Ad sciendum autem quid sit fascinatio. sciendum est ꝙ scōm glosam fascinatio proprie dicitur ludificatio sensus: que per artes magicas fieri consueuit: puta cum hominem facit aspectibus aliorum apparere leonem vel cornutū. ꝛ huiusmodi. et hoc etiam ꝙ demones potest fieri qui habent potestatē mouendi fantasmata ꝛ reducendi ad principia sensuū ipsos sensus imutando. Et scōm hanc acceptionē satis ꝓprie dicit aplus. Quis vos fascinauit ꝗsi. d. Vos estis sicut hō ludificat⁹ q̄ res manifestas aliē accipit q̄ sit in rei ṽitate. qz scz estis ludificati ꝙ deceptiōes ꝛ sophis-

mata veritati nō obedire id ē veritatem vobis manifestā ꝛa vobis receptam non videtis nec obediendo recipitis Sap̄.4. Fascinatio nugacitatis obscurat bona. Esa.5. Ve qui dicūt bonū malū ꝛc. Alio modo accipit fascinatio ꝺm q aliqs ex aspectu maliuolo ledit ꝛ maxime in vetulis que visu vrenti et aspectu ,inuido fascinant pueros qui ex hoc infirmant ꝛ vomūt cibum. Huius causam volens assignare auicenna in libro suo de anima dicit q materia corporalis obedit substantie intellectuali magis q̄ qualitatib⁹ actiuis ꝛ passiuis in natura. Et ideo ponit q ad apprehensionē substantiaꝝ intellectualiū q̄s vocat aīas seu motores orbium multa fiunt preter ordinē motꝰ celi. ꝛ oīm corporaliū agentium. Eodez modo dicit q qñ aīa sancta depurata ab affectib⁹ terrenoꝝ ꝛ a carnalibus vitijs accedit ad simititudinē substantiaꝝ dictaꝝ et obedit ei natura. Et hinc est q aliqui sancti viri operant quedā mira preter nature cursum. ꝛ similiter qz anima alicui⁹ fe data passionibus carnalibus: habet fortē apprehensionē in malitia obedit em̄ ei natura ad trāsmutationē materie ī illis maxime in quib⁹ materia abilis est sicut ī pueris teneris conuenit. Et sic cōuenit ꝺm eum q ex forti apprehensione vetulaꝝ in malinā imutat puer ꝛ fascinat. Hec aūt positio satis videt vera ꝺm opinionē auicenne. Nam ipe posuit formas oēs corpales ī istis inferioribꝰ influi a substantijs incorporalib⁹ separatis. ꝛ q agētia naturalia nō habent se ad hoc nisi vt disponentia tantū. Sed hoc quidem improbat a pho. Agēs em̄ oportet esse simile subiecto. Non fit autē forma tantum. nec materia. sed compositum ex materia ꝛ forma. Id ergo quod agit ad esse corporalium oportet q habeat materiā ꝛ formā. Unde dicit q transmutare materiā formarū non potest nisi id qō habet materiā ꝛ formā. ꝛ hoc quidē: Vel virtute sicut deus qui actor est forme ꝛ materie. Vl actu sicut agens corporeum. Et ideo materia corporalis q̄tum ad huiusmodi formas nec angel nec alicui pure creature obedit ad nutum: sed soli deo. vt augustinus dicit. Unde non est verū quod auicēna dicit de huiusmodi fascinatiōe. Et ideo dicendū q ad imaginationē seu apprehensionē hominis qñ fortis est immutat sensus seu appetitꝰ sensitiuus q̄ quidē imutatio nō est sine alteratione corporis ꝛ spirituū corporis sicut nos videmus q ad apprehensionem delectabilis mouet appetitus sensitiuus ad concupiscentiā. et exinde corpꝰ calefit. Similiter ex apprehensione ti mēdi frigescit. Immutatio autē spirituuz maxime inficit oculos qui infecti rem p aspectum inficiunt. sicut patet in speculo mundo qō ex aspectu mēstruate inficit. Sic ergo qz vetule obstinate in malitia ꝛ dure sunt. ex forti apprehensione imutat appetitus sensitiuus et ex hoc sicut dictum est infectio maxie fit a venis ad oculos. ꝛ ex oculis ad rez pspectam. Unde qz caro pueri mollis est ad earum inuiduz aspectū inficit et fascinat. Et quādoq quidē ad hūc effectum demones operant. Dicit ḡ quis vos fascinauit veritati non obedire. Quasi dicat. Vos aliqñ obedistis veritati fidei. sed modo non. ergo estis sicut pueri qui ex aliquo inuido infecti cibum receptū vomitis. ¶ Rationem aūt obiurgationis assignat dicens. Ante quoz̄ oculos ꝛc. Quod potest tripliciter legi. Uno modo ꝺm Hieronymū vt respondeat p̄me persone acceptioni fascinationis alꝫ p̄mo acceptu. quasi dicat. Dico vos fascinatos: quia ante quoꝝ oculos ꝛc. id est, pscriptio christi qua dānatus est in mortem adeo vobis manifesta fuit ac si ante oculos vestros fuisset. Et in vobis crucifixus id est in intellectibus vestris erat crucifixio iesu xp̄i vt sciretis qualiter facta esset. Unde si eam nō videtis modo nec obeditis hoc contingit: qz estis ludificati ꝛ fascinati. Cōtra qō dicitur Cañ. vltimo. Pone me vt signaculū sup cor tuū ꝛc. Alio modo ꝺm augustinū. q̄si dicat. Recte fascinati estis qz veritatez quā recepistis scz christū p fidem in cordib⁹ vestris euomitis sicut pueri. Et hoc qz ante oculos vestros id est ī vestra presentia iesus christus proscriptꝰ est id ē expellit ꝛ eijcit de hereditate sua. Et qō molestū deberet eē vobis qz nō debet pati q aliqs pscriberet ꝛ expelleret in vobis pscriptus est .i. hereditatē suā amisit in vobis id est vosipsos Et tunc hoc qō sequit scz crucifixus legi debet cū pondere ꝛ ostensione delozis: qz hoc addidit vt cōsiderarent quo precio xp̄us emerit possessio nē quā in eis amittebat. ꝛ ex hoc mouerent magis. q̄si dicat. Christus pscriptus est in vobis scz qui crucifixus id est qui cruce sua ꝛ sanguine ,pprio acq̄siuit hanc hereditatē. 2. cor. 6. Empti em̄ estis p̄cio magno ꝛc. 1. Pe. 1. Non corruptibilibus auro vel argento ꝛc. Tertio modo ꝺm ambrosiū. quasi dicat. Uere fascinati estis ante quoꝝ oculos id est in quoꝝ reputatione scz ꝺm iudiciū vestruz iesus christus ,pscriptus est id est damnatꝰ non alios saluans ꝛ in vobis id ē ꝺm q vos intelligitis crucifixus est id ē mortuus tm̄. nō autē alios iustificans. cum tamē de eo dicat. 2. corin. vltimo Q si mortuus est ex infirmitate nostra: viuit tamē ex virtute dei. Potest ꝛ quarto modo exponi ꝺm glosam vt p hoc designet aplus grauitatē culpe eoꝝ. qz in hoc q christū deserunt legem obseruantes: equaliter quodāmodo peccabant Pilato q̄ xp̄m pscripsit id est damnauit. vt dum insufficientē xp̄m credūt ad saluandū similes in peccando crucifixorib⁹ xp̄i: q̄ ipsum in ligno suspenderūt morte turpissima cōdemnātes ꝛ afficientes. Equalitas tamen est accipienda ex pte ei⁹ in quē peccat. qz in christum galathe peccabant sicut pilatus ꝛ crucifixores xp̄i.

Lectio secunda.

Hoc solum a vobis volo discere: ex operibus legis spirituz accepistis: an ex auditu fidei? Sic stulti estis vt cum spiritu ceperitis nunc carne cōsumamini. Tanta passi estis sine causa: si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritū ꝛ operatur virtutes in vobis ex operib⁹ an ex auditu fidei.

Posita obiurgatione: cōsequēter aplus ꝓcedit ad insufficientiā legis ꝛ virtutē fidei ostendendā. Et ꝓmo ostendit insufficientiam legis. Secūdo mouet questionem et soluit ibi. Quid igit lex ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ꝓbat defectum legis et insufficientiā per ea que ipsi experti sunt. Secundo p auctoritates ꝛ rationes ibi. Sicut scriptū est ꝛc. Circa primuz duo facit. qz primo ꝓbat ꝓpositum experimento sumpto ex pa e ipsoꝝ. Secūdo ꝓbat idem experimento ſsumpto ex parte ipsius apostoli ibi. Qui ergo tribuit vobis ꝛc. Circa p̄mum duo facit. Primo ostendit donū qō receperūt. Secundo defectum in quē inciderunt ibi. Sic stulti estis ꝛc. Donum aūt qō receperunt ostēdit querēdo ab eis vnde illud receperūt. Unde suscepti donum supponēs interrogans querit ab eis dicens: Quāuis fascinati ꝛ stulti sitis. tamē non tm̄ estis ludificati quin vnum qō valde manifestū est me vobis discere possitis. Et ideo solum hoc volo a vobis discere. qz hoc solum sufficit ad ꝓbandū quod intendo. hoc in q̄ est quia cōstat q spiritum sanctū accepistis. Quero ergo an accepistis illū ex operib⁹ legis an ex auditu fidei: Id qō sciēdū ē q ī p̄mitiua eccla ex diuia dispositōe vt fides xp̄i ꝓmouerēt ꝛ crescerēt: statim post p̄dicatiōz fidei ab aplis manifesta signa spūssancti fiebāt iuꝑ audiētes. Unde de

Petro dicit act. 10. Adhuc loquēte petro verba hec cecidit spūssant⁹ ꝛc. Ipsi etiā galathe ad predicatiōz pauli manifeste spūmsanctum acceperant. Querit ḡ aplus abeis: vnde habuerunt spūmsanctum. Constat aūt q non p opera legis. qz cum essent gentiles ante receptionez spirituſſancti legē nō habebant. Ergo habuerūt spūsanctū id ē dona spūssancti ex auditu fidei Ro. 8. Nō accepistis spiritū seruitutis iterū in timore q̄ scz dabat in lege. Uñ ꝛ cuz tremore lex data est. sed accepistis spūm filioz qui dat p fidē que est ex auditu vt dicit Ro. 10. Si ḡ hoc potuit fidei virt⁹: frustra querit aliū p qō saluemur. qz multo difficilius est de iniusto facere iustū q̄ iustū in iusticia cōseruare. Si ḡ fides ō iniustis galathis sine lege iustos fecerat. nō est dubiū q sine lege poterat eos in iusticia cō seruare. Magnū ḡ erat donum qō per fidem acceperant.

¶ Conseq̄nter cū dicit. Sic stulti estis ꝛc. ostendit defectum in quē plapsi sunt ꝛ exaggerat duplicē defectuz in eis aplus scz q̄tum ad dona q̄ a xp̄o acceperant. ꝛ q̄tum ad mala que p ipso ptulerunt ibi. Tanta passi estis ꝛc. Circa primū sciendū est q istī galathe deserentes qō magnum erat scz spūmsanctū adheserunt minozi scz carnali obseruantie legis et hoc stultū est. Et ideo dicit. Sic stulti estis adeo vt cum ceperitis instinctū sancti spūs id ē inium pfectionis vestre habueritis a spūsancto. nunc dum pfectiozes estis cōsumamini carne. i. queritis pserui p carnales obseruantias legis a qua nec initiū iusticie pōt haberi Jo. 6. Caro non p̄dest quicq̄ ꝛc. Et sic ordinem puertitis. qz via pfectionis est ab impfecto tendere ad pfectū. Vos autē qz econuerso facitis: stulti estis Ecc. 27. Homo sanctus pmanet in sapiētia sicut sol. stultus vt luna mutat. Similes istis sunt q̄ incipiunt seruire deo cū feruoze spūs: postmodū deficiunt in carne q̄ etiam assimilant statue nabuchodonosoz: cuius caput aureum: ꝛ pedes lutei Dañ. 2. Et ī dicit Ro. 8. Qui in carne sunt deo placere nō possunt. Et infra. 6. Qui seminat in carne de carne metet coꝛruptionē. ¶ Conseq̄nter cum dicit Tanta passi estis ꝛc. exaggerat eoꝛum defectū q̄tum ad mala q̄ p xp̄o ptulerunt. q̄ esī aliq̄d sine labore recipiūt illa minus chare custodiunt. sed illud qō cū labore acq̄rit̄ vilipendere ꝛ non custodire stultū est. Jsti aūt cum labore ꝛ tribulatione magna quā passi sunt a contribulib⁹ suis ꝓpter fidem receperunt spūsanctum. Et ideo dicit. Tanta passi estis sine causa: q̄si dicat. Non contemnatis tantū donum qō cuz labore accepistis als illa sine causa id ē sine vtilitate passi estis. qz hec sustinuistis vt pueniretis ad vitam eternā Ro. 5. Tribulatio patientiā operat patientia aūt ꝓbationē. ꝓbatio vero spem ꝛc. Unde si p̄cludit̄is vobis aditum vite eterne deserentes fidē q̄rentes conseruari carnalibus obseruantijs. sine causa id est inutiliter passi estis. Et hoc dico. si tamē sine causa. Nō ideo dicit qz in eoꝛū potestate erat penitere si vellēt q̄diu viuerent. Ex hoc aūt habet [illegible] coꝛtificata reuiuiscūt Sap. 3. Labores eoꝛ sine fructu ꝛc. Eccl. 4. Timeo aūt ne sine causa laboꝛauerim ꝛc. Si vero accipiat ō malis q̄ non penitent. potest dici q̄ patiunt sine causa conferente scz vitā eternā. ¶ Conseq̄nter cū dicit. Qui ḡ tribuit vobis ꝛc. ꝓbat ꝓpositū exꝑimento sumpto ex pte apli. possent em̄ dicere q̄ verū est nos recepisse spūmsanctū ex auditu fidei. tñ ꝓpter deuotionē quā ad legem habuim⁹ ac cepimus fidem quā p̄dicabas. Et ī dicit. Non curo q̄cquid sit ex parte vestra. tñ illud qō ego feci tribuens vobis ministerio meo spūmsanctū. q̄ operat in vobis virtutes id est inter vos miracula. sed nunq̄d facio hoc ex operib⁹ legis an ex operibus fidei? Non vtiq̄ ex opibus sed ex fide. Sz nūq̄d aliq̄s pōt dare spūmsanctū. Augu. em̄ 15. de trinitate dicit q̄ nullus hō purus spūsanctū dare pōt: nec ipsi apli dabant. sed imponebāt man⁹ sup hoies ꝛ accipiebant spūmsanctū. Quid ḡ est qō hic dicit aplus de se loquēs qui tribuit vobis spūmsanctū? Rñdeo. dicendum est q̄ in datione spūssancti tria p ordinē se habētia occurrunt. scz spūssanctus inhabitans. donū gratie ꝛ charitatis cum ceteris habitib⁹ ꝛ sacramentū noue legis cuius ministerio dat. Et sic pōt ab aliq̄bus tripliciter dari. Ab aliquo em̄ dat sicut auctoritatē habente q̄tū ad tria predicta scz respectu spūssancti inhabitantis respectu doni et respectu sacramenti. et hoc modo spūssanctus dat a solo patre ꝛ filio ſm q̄ eius auctoritatē habent nō quidē dominij sed oꝛiginis: qz ab vtroq̄ ꝓcedit. Sz q̄tum ad gratiā seu donū. ꝛ q̄tuz ad sacramēta spūssancti dat etiā se ſm q̄ datio importat causalitatem spūssancti respectu donoruz ipsius qz vt dicit aplus. 1. coꝛin. 12. Ipse diuidit singulis ꝓut vult. Secundū autē q̄in datione importat auctoritas nō potest ꝓprie dici spūsanctū seipsum dare. Quātū vero ad sacramentū qō ministerio ministroꝛ ecclesie dat. pōt dici q̄ sancti ꝑ ministeriū sacramentoꝛum dant spūmsanctum. Et hoc modo hic loquit aplus ſm q̄ tangit in glosa tñ huiusmodi modus nō est ꝓsuetus neq̄ extendend⁹. Dicit etiaz glo. q̄ facere miracula attribuit̄ fidei. qz ex hoc q̄ credit que supra naturā sunt supra naturam operat. Et qz apli p̄dicabāt fidem q̄ quedā rōez excedentia continebat. ideo oportebat ad eoꝛ credulitatem aliq̄ testimonia adducere q̄ missi essent a deo qō rationē excedit. Uñ xp̄s dedit eis signū suū ad hoc oñdēdū Est aūt duplex signū xp̄i. Unū est q̄ est oñs oīm. Uñ dicit in ꝓ s. Regnū tuum regnū oīm seculoꝛ ꝛc. Aliud est q̄ est iustificatoꝛ ꝛ saluatoꝛ ſm illud Act. 4. Non est aliud nomen sub celo datū hoib⁹ ꝛc. Dedit ḡ eis duo signa Unum est q̄ facerent miracula p qō ostenderent q̄ missi sunt a deo dño oñis creature. Luc. 10. Dedit eis ptātem ꝛ vtutē sup oīa demonia ꝛc. Aliud q̄ darent spūsanctū ministerio p qō ostenderent q̄ missi sunt ab oīm saluatore Act. 8. Tunc imponebant manus sup eos ꝛc. Et tūc cum imposuisset illis manus paulus spūssanct⁹ venit super illos ꝛc. Et de his duobus modis dicit Heb. 2. Cōtestante deo signis ꝛ portentis ꝛ vartijs virtutib⁹ ꝛ spūssancti distributionib⁹ ſm suam voluntatē.

Lectio tertia.

Sicut scriptum est credidit abraam deo. ꝛ reputatū ē ei ad iusticiā. Cognoscite ergo qz qui ex fide sunt: hi sunt filij abrae. Prouidēs aūt scꝑtura. qz ex fide iustificat gentes deus: prenūciauit abrae. qz benedicent̄ in te oñes gentes. igitur qui ex fide sunt benedicentur cuz fideli abraam.

Supra ꝓbauit aplus experimento virtutē fidei ꝛ insufficientiam legis: hic vero ꝓbat idem p auctoritates ꝛ rationes. Et ꝓmo ꝓbat virtutē fidei in iustificando. Secūdo in hoc oñdit legi defectū ibi. Quicūq̄ em̄ ex operib⁹ legis ꝛc. Primū autē ꝓbat vtens quodā syllogismo. Uñ circa hoc tria facit. Primo ostendit minorē. Secdo maiorem ibi. Prouidens aūt scꝑtura ꝛc. Tertio infert cōclusionem ibi. Igit̄ q̄ ex fide ꝛc. Circa ꝓmū duo facit. Ꝓmo ꝓponit quandā auctoritatē ex q̄ elicit minorē. Secdo cōcludit eā ibi. Cognoscite ḡ ꝛc. Dicit ergo. Vere iusticia ꝛ spūssanctus est ex fide sicut scꝑtum est Gen. 15. ꝛ introducitur Ro. 4. Q̄ credidit abraam deo ꝛc. Ubi notandum est q̄ iusticia consistit in redditione debiti: homo autem debet aliquid deo: aliquid sibi et aliq̄d ꝓximo.

Sed q aliquid debeat sibi ꝛ primo hoc est ꝓpter deum. Ergo summa iusticia est reddere deo qđ suum est. Nam si reddas tibi vel ꝓximo quod debes ꝛ hoc nō facis ꝓpter deum. magis es peruersus q̄ iustus cum ponas finem in homine. Dei autem est quicquid est in homine et intellectus ꝛ voluntas ꝛ ipsum corpus. sed tamen quodā ordine. qz inferioza ordinant ad superioza. ꝛ exterioza ad interioza scz ad bonū anime. supremū aūt in hoīe est mens. Et ideo ꝓmus in iusticia hominis est q̄ mens hois deo subdat. ꝛ hoc fit p fidez. 2. corin. 10. In captiuitatē redigētes omnē intellectum in obsequium xp̄i. Sic ergo dicendum est in omnibus q̄ deus est primū principiū in iusticia. ꝛ q̄ deo dat scz summū qđ in eo est subdendo: perfecte est iustus. Ro. 8. Qui spū dei agunt. hi filij sunt dei. Et ideo dicit. Credidit abraaz deo id est mentem suā deo p fidem subdidit. Ecc. 2. Crede deo ꝛ recuperabit te ꝛc. Et infra. Qui timetis dominū credite illi ꝛc. Et reputatū est ei ad iusticiam id est ipsum credere ꝛ ipsa fides fuit ei ꝛ est omnibus alijs sufficiēs causa iusticie. ꝛ q̄ ad iusticiam reputet ei exterius ab hominib⁹. sed interius a deo qui eos q̄ habent fidem p charitatem operantē iustificat: eis peccata remittendo. Ex hac aūt auctoritate concludit minorez ꝓpositionē dicens. Cognoscite ergo ꝛc. Quasi dicat. Ex hoc aliquis dicit filius alicuius q̄ imitat opera eius. si g̃ vos filij estis abrae: opera abrae facite. Jo. 8. Abraaz aūt non quesiuit iustificari p circumcisionē: sed p fidem. ergo ꝛ illi q̄ querunt iustificari p fidem sunt filij abrae. Et hoc est qđ dicit. Quia abraam iustus est ex fide: p hoc q̄ deo credidit. ꝛ reputatum est ei ad iusticiā. ergo cognoscite q̄ illi qui ex fide sunt id est qui ex fide credunt se iustificari ꝛ saluari: hij sunt filij abrae scz imitatione ꝛ instructione Ro. 9. Qui filij sunt ꝓmissionis estimant in semine ꝛc. Luc. 19. dicit Zacheo. Hodie huic domui salus a deo facta est. eo q̄ ꝛ ipse sit filiꝰ abrae ꝛc. Et Matth. 3. Potēs est deus de lapidib⁹ istis id ē de gentilibus suscitare filios abrae: in q̃tum scz facit eos credentes. ¶ Consequenter cū dicit. Prouidens aūt scꝑtura ꝛc. ponit maiorē que scz est q̄ abrae p̄nunciatū est q̄ in semine suo benedicerentur oēs gentes. Et hoc est qđ dicit. Prouidens scꝑtura. Inducens deum loquentē abrae dicit Gen. 12. Q deus pre nunciauit abrae q̄ in te id est in his q̄ ad similitudinē tuā filij tui eruut imitatione fidei benedicent omnes gentes. Matth. 8. Multi venūt ab oriente ꝛ occidēte ꝛc. ¶ Cōsequenter cum dicit. Ergo q̄ ex fide ꝛc. Infert conclusionem ex premissis. Ex quo sic potest formari argumentū. Deꝰ pater nunciauit abrae q̄ in semine suo benedicerent oēs gentes. Sed illi qui querunt iustificari p fidē sunt filij abrae. ergo q̄ ex fide sunt id est qui querūt iustificari p fidem benedicent cū fideli id ē credente abraam.

Lectio quarta.

Quicūq; em ex operibus legis sunt sub maledicto sunt: scriptum est em. Maledictus omnis qui non pmanserit in omnib⁹ que scripta sunt in libro legis: vt faciat ea. quoniā aūt i lege nemo iustificatur apud deum. Manifestū est quia iust⁹ ex fide viuit. Lex autē non est ex fide: sed q̄ fecerit ea viuet in illis.

Supra ostendit aplus virtutem fidei: hic cōsequentr ostēdit defectum legis. Et primo p auctoritatem legis. Scdo p humanā consuetudinē ibi. Fratres ſm hoīem dico ꝛc. Circa primū tria facit. Primo ostendit damnū occasionaliter ex lege consecutum. Secundo legis insufficientiam ad ipsum damnū remouendū ibi. Quicūq; aūt in lege ꝛc. Tertio xp̄i sufficientiā qua ipsum damnū est remotuz ibi. Christus aūt nos redemit ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ꝓponit intentum. Secundo ꝓbat ꝓpositū ibi. Scriptum est em. Maledictus ꝛc. Dicit g̃. Quicūq; em ꝛc. Nā q̄ dixerat q̄ q̄ ex fide sunt benedicent cū sint filij abrae. Posset quis dicere q̄ ꝓpter opa legis ꝛ ꝓpter fidez benedicunt. ꝛ ideo hoc excludens dicit. Quicūq; ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt. Sed contra. Antiq̄ patres fuerunt in operibus legis. ergo sunt maledicti: ꝛ p̄sequens damnati qđ est error manichei. Ideo hoc est sane intelligendū. Et attendendū est q̄ aplus nō dicit. quicūq; seruant opera legis sub maledicto sunt. qz hoc est falsuz ꝓ tpe legis. scz dicē. Quicūq; sunt ex opib⁹ legis ꝛc. i. q̃litercūq; in opib⁹ legis p̄fidūt ꝛ putant se iustificari p ea. sub maledictob sunt. Aliud em ē ee in opib⁹ legis: ꝛ aliud ē fuare legē. Nā hoc est legē implere. Et q̄ eam implere nō est sub maledicto. Esse vero in operib⁹ legis est in eis p̄fidere ꝛ spem ponere. Et q̄ in eis hoc modo sunt sub maledicto sunt scz transgressionis. Quod q̄dem nō facit lex. qz concupiscentia nō venit ex lege: sed agnitio peccati ad quod p̄ noi sumus: p concupiscentiā p legē p̄hibitā. Ingtum ergo lex cognitionē peccati facit ꝛ nō ꝑbet auxiliuz contra peccatum: dicunt esse sub maledicto. cum neq̄ant illud p ipsa opera euadere. Sunt autē quedā opera legis cerimonialia: que in obseruationibus fiebant. Alia sunt opera que ptinent ad mores. de quib⁹ sunt mandata moralia. Unde ſm glo. hoc qđ hic dicit. Quicūq; ex operibus legis sunt ꝛc. intelligendum est de operib⁹ cerimonialibus: ꝛ nō de moralibus. Vel dicendū q̄ loquit hic apostolus de omnibus operib⁹ tam cerimonialibus q̄ moralibus. Opera em non sunt causa q̄ aliquis sit iustus apud deum: sed potius executiones ꝛ manifestationes iusticie. Nam nullus p opera iustificat apud deum: sed p habituz fidei. non quidē acquisitū sed infusuz. Et ideo quicūq; ex operib⁹ iustificari querūt sub maledicto sunt. qz p ea peccata non remouent nec aliqs quo ad deum iustificat: scz p habitū fidei charitate informatū. Heb. 11. Hi oēs testimonio fidei ꝛc. ¶ Consequēter cum dicit. Scriptū est em ꝛc. Probat ꝓpositū. ꝛ hoc primo quidē ſm glosam ostēdit p hoc q̄ nullus potest legē seruare hoc modo quo lex precipit. Deut. 28. Q omnis q̄ non pmanserit in omnib⁹ q̄ scripta sunt in libro legis vt faciat ea id est qui non impleuerit totam legem sit maledictus. Sed implere totam legem est impossibile vt dicit act. 15. Ut quid temptatis imponere iugū qđ neq̄ nos neq̄ patres nostri portare potuimus. Ergo nullus est ex operib⁹ legis quin sit maledictus. Potest etiam accipi hoc quod dicit. Scriptū est em ꝛc. non vt ꝓbatio ꝓpositi: sed vt ostendat eius expositio. q̃si dicat. Dico q̄ sunt sub maledicto: sub illo scz de q̄ dicit lex. Scriptum est em. Maledictus est oīs ꝛc. Ut intelligat de peccato id est maledicto. Vel lex impat bona facienda seu mala vitanda. ꝛ imperando obligat: sed non dat virtutem obediendi. Et ideo dicit. Maledictus quasi malo adiectus omnis nullum excipiendo. qz vt dicit act. 10. Non est ꝑsonarum acceptio apud deum. Qui non pmanserit vsq̄ in finē. Matth. 24. Qui pseuerauerit vsq̄ in finem. In omnib⁹ non in q̃busdā tantū. qz vt dicit Jac. 2. Quicūq; totam legem seruauerit offendat autē in vno factus est oīm reus. Que scripta sunt in libro legis vt faciat ea. Non soluz vt credat seu velit tm̃: sed vt opere impleat ps̄. Intellectus bon⁹ omnib⁹ facientib⁹ eum. Sancti autē patres ꝛ si in operibus legis erāt: saluabant tm̃ in fide venturi. confidentes in eius gratia ꝛ saltem spūaliter legez implētes. Moyses em vt in glosa dicit multa quidē p̄cepit que nullus implere potuit ad domandā iudeorum

superbiã dicentiũ. Non deest qui impleat sed deest q̃ impleat. Sed hic est questio de hoc q̃ dicit Maledict⁹ omnis ꝛc. Dicitur enim Ro. 12. Benedicite ꝛ nolire maledicere. Respondeo dicendum est q̃ maledicere nihil aliõ est q̃ malum dicere. possum ergo dicere bonũ esse malũ ꝛ malum esse bonũ. ꝛ rursum bonũ esse bonũ ꝛ malũ esse malum. Et primũ quidẽ ꝓhibet apostolus dicens: Nolite maledicere id est nolite dicere bonũ eẽ malũ ꝛ ecõtra sed secundum licet. ꝛ ideo cũ vituperamus peccatũ maledicimus quidem sed non dicẽdo bonũ malum. sed dicimus malũ esse malũ. Et ideo licet peccatorẽ maledicere id est dicere eũ esse malo adiectũ vel esse malũ. ¶ Consequenter cũ dicit. Quoniã autẽ in lege ꝛc. Ostendit insufficientiam legis non valentis ab illo maledicto eripere ex hoc q̃ iustificare non poterat. Ad quod ostendẽdũ vtitur quodam silogismo in secunda figura ꝛ est talis. Iusticia est ex fide. sed lex ex fide non est. ergo lex iustificare non potest. Circa hoc ergo primo ponit conclusionẽ cuz dicit Quoniã autẽ in lege nemo iustificatur. Secundo autẽ maiorez cũ dicit Quia iustus ex fide viuit. Tertio minorẽ cum dicit Lex autẽ non est ex fide. Dicit ergo. Dico q̃ per legẽ maledictio inducta est. nec tamẽ ab illa maledictione lex eripit. quia manifestũ est q̃ nemo in lege iustificatur apud deũ id est per opera legis. Circa qõ intelligendũ est q̃ illi qui negauerunt vetus testamentũ ex hoc verbo occasionẽ sumpserunt. Et ideo dicendũ est q̃ nemo iustificatur in lege id est per legẽ. Nam per eaz cognitio quidẽ peccati habebatur. vt dicitur Ro. 5. sed non habebatur per eã iustificatio. Ro. 3. Ex operibus legis nullus iustificabitur. Sed contra Jac. 2. dicit. Nõne abraam ex operibus iustificatus est. Respondeo dicẽdum est q̃ iustificare potest accipi dupliciter. Vel q̃tum ad executionẽ iusticie ꝛ manifestationẽ. ꝛ hoc modo iustificatur homo id est iustus ostenditur ex operibus operatis. Vel quantũ ad habitũ iusticie infusum ꝛ hoc modo non iustificatur quis ex operibus: cum habitus iusticie qua homo iustificatur apud deũ non sit acquisitus: sz per gratiaz fidei infusus. Et ideo signanter aplus dicit. Apud deũ. quia iusticia que est apud deũ in interiori corde est. iusticia autẽ que est ex operibus id est que manifestat iustum est apud homines ꝛ hoc modo apostolus accipit apud deum. Ro. 2. Nõ enim auditores sed factores ꝛc. Ro. 4. Si ex operibus abraam iustificatus est habet gloriã sed non apud deum ꝛc. Sic ergo patet conclusio rationis scilicet q̃ lex iustificare non potest. ¶ Consequenter cum dicit Quia iustus ꝛc. Ponit maiorẽ que est ex auctoritate scripture. Habacuc. 2. ꝛ introducit etiaz Ro. 1. ꝛ ad hebre. 10. Circa qõ notandũ est. q̃ in homine ẽ duplex vita. scilicet vita nature: ꝛ vita iusticie. Vita quidẽ nature est per animã. Unde anima a corpore recedente: corpus remanet mortuũ. Vita vero iusticie est per deum ad hebre. 11. Accedentẽ ad deũ oportet credere. Eph̃. 3 Habitare christum per fidem ꝛc. Et sic dicimus q̃ in anima ꝑfia idicia vite apparẽt in operib⁹ aĩe vegetabil' quia aĩa vegitabil' ẽ q̃ ꝑio aduẽit animali generato vt ꝑbus fides ideo fides dicitur principiũ quo deus est in nobis est hic dicitur. Justus meus ex fide viuit. Et intelligenduz est de fide per dilectionẽ operante. Minor autẽ ponitur ibi. Lex autẽ non est ꝛc. Et primo ponit ipsa minor Secundo probatur ibi. Sed qui fecerit ꝛc. Dicit ergo Lex non est ex fide. Sed contra. lex mãdat credere. q̃ sit vn⁹ deus. ꝛ hoc pertinet ad fidem. Ergo lex habebat fidem. Q̃ autẽ sit vnus deus mandat Deut. 6. Audi israel: dominus deus tuus ꝛc. Respondeo dicendũ est q̃ hic loq̃tur de obseruationibus mandatoz legis ꝑm q̃ lex cõsistit in mandatis ꝛ preceptis cerimonialib⁹. ꝛ dicit q̃ nõ est ex fide Fides enim vt dicitur hebre. 11. est substãtia sperandarum rerum argumentum non apparentiũ. Et isto ꝓprie implet mandatũ de fide qui nõ sperat ex hoc aliqua presentia ꝛ visibilia consequi: sed bona inuisibilia ꝛ eterna. Lex ergo quia ꝓmittebat terrena ꝛ presentia vt dicitur Esa. 1. Si volueritis ꝛ audieritis me: bona terre comedetis: ideo non est ex fide sed ex cupiditate poti⁹ vl ex timore ꝑm illos precipue: qui carnaliter legem seruabant. Aliqui tamẽ spiritualiter viuebant in lege: sz hoc non est ex ea sed ex fide mediatoris. Et q̃ lex non sit ex fide ꝓbat cum dicit. Sed qui fecerit ea scilicet opera legis viuet in illis scilicet vita presenti id est imunis erit a morte tempozali ꝛ conseruabitur in vita presenti. Vl aliter dico q̃ lex non est ex fide ꝛ hoc patet quia qui fecerit ꝛc. Quasi dicat precepta legis non sunt de credendis: sed de faciendis: licet aliquid credendum annunciet. Et ideo virt⁹ eius nõ est ex fide: sed ex operibus ꝛ hoc ꝓbat quia dominus quando voluit eam confirmare non dixit qui crediderit: sed qui fecerit ea viuet in illis. Sed noua lex ex fide est. Matth̃. vltimo. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit ꝛc. Lex tamen est quoddã effigiatũ ꝛ effectuz ex fide: ꝛ ideo comparatur lex vetus ad legem nouaz sicut opera nature ad opera intellectus. Nam in ipsis operibus nature apparent quedam opera intellectus: nõ q̃ res naturales intelligant: sed quia agũtur ꝛ ordinant⁹ ab intellectu vt finem consequãtur. Sic ꝛ in veteri lege aliqua continentur que fidei sunt nõ q̃ iudei ea ꝓout, erãt fidei haberent: sed habebant ea in figura tantũ fidei x̃pi ꝛ protestationẽ ex cuius fidei virtute saluabant⁹ iusti.

Lectio quinta.

Christus autem nos redemit de maledicto legis. factus pro nobis maledictũ. quia scriptum est maledictus omnis qui pendet in ligno. vt in gentib⁹ benedictio abrae fieret in christo iesu vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

Posito damno a lege illato ꝛ defectu legis ab illo eripere non valentis: hic consequenter ostendit virtutẽ christi ab ipso damno liberantis. Et primo ostendit quomodo per christum ab ipso damno liberamur. Secũdo quo modo etiaz super hoc auxilium a christo acquirimus ibi Vt in gentibus ꝛc. Circa primũ tria facit. Primo enim ponit liberationis auctoritatẽ. Secundo liberatiõis modum ibi. Factus pro nobis ꝛc. Tertio testimoniũ ꝓphetice ibi. Quia scriptũ est ꝛc. Dicit ergo primo. Quicunq̃ seruabant opera legis erãt sub maledicto sicut dictum est. Nec per legem liberari poterant. Ideo necesse fuit aliquem habere qui nos liberaret: ꝛ iste fuit christ⁹ Et ideo dicit Christus redemit nos de maledicto legis Ro. 8. Quod impossibile erat legi ꝛc. Deus mittens filium suũ scilicet christũ ꝛc. Redemit inq̃ nos scilicet in deos p̃cioso sanguine suo Apoc. 5. Redemisti nos in sanguine ꝛc. Esa. 43. Noli timere qz redemi te ꝛc. De maledicto legis id est de culpa ꝛ pena. infra. 4. Et eos qui sub lege erant redimeret. Osee. 13. De morte redimam eos. Modũ liberationis ponit cũ dicit Factus ꝓ nobis maledictũ. Ubi notandũ est q̃ maledictuz est qõ dicitur malũ. Et secundũ duplex malũ potest dici duplex maledictum scilicet maledictũ culpe ꝛ maledictum pene. Et vtroq̃ modo potest hoc legi dupliciter. Factũ pro nobis maledictum. Et primo quidem de malo culpe. Nã chris-

stus redemit nos de malo culpe. Ūnō sicut redemit nos de morte mortuus. ita redemit nos ō maledicto culpe factus maledictum scilicet culpe nō quidē q̄ in eo peccatum esset aliquod qui peccatū non fecit nec dolus ꝛc. vt dicitur. 1. Pe. 2. sed ſm opinionē hominū ꝛ precipue iudeorum qui reputabant eū peccatorē. Joh. 18. Si nō esset hic malefactor non tibi tradidissemus eū. Et ideo de hoc dicitur. 2. cor. 5. Eum qui non nouerat peccatuz fecit pro nobis peccatum. Dicit autē maledictum non maledictus. vt ostendat q̄ iudei eum sceleratissimū reputabant. Unde dicitur Joh. 9. Non est hic homo a deo ꝛc. Et Joh. 10. De bono opere non lapidam⁹ te sed de peccato ꝛ de blasphemia. Et ideo dicit. Factus est pro nob maledictum in abstracto Quasi dicat. Factū est ipsa maledictio. Secundo exponitur de malo pene. Nam christus liberauit nos a pena sustinendo penam ꝛ mortē nostram. que quidē in nos ꝓuenit ex ipsa maledictione peccati. Jn q̄tum ergo hanc maledictionez peccati suscepit pro nobis moriendo dicitur esse factus pro nobis maledictum. Et est simile ei quod dicitur Ro. 8. Misit deus filium suum in similitudinez carnis peccati id est mortalis. 2. cor. 5. Eum qui non nouerat peccatū scilicet christum qui peccatū non fecit deus scilicet pater pro nobis fecit peccatum id est fecit pati penam. quando scilicz oblatus est propter peccata nostra. ¶ Consequenter ponit scripture testimoniū cum dicit Quia scriptū est. Maledictus omnis ꝛc. Et hoc Deutro. 27. Ubi sciendū scōz glosam q̄ in deuē. vnde accipitur hoc verbuz tam in nostris q̄ in hebreis codicibus habetur. Maledict⁹ a deo omnis ꝛc. quod quidē scilicz a deo in antiquis hebreoꝝ voluminibus non habetur vnde creditē q̄ a iudeis post passionē domini appositū sit ad infamiā christi. Potest autē exponi auctoritas ꝛ de malo pene ꝛ de malo culpe. De malo quidem culpe sic. Maledictus omnis q̄ pendz in ligno non propter hoc q̄ pendet in ligno sed ꝓ culpa ꝓ qua pendet. Et hoc modo christus est estimatus maledictus in cruce pendens: propter hoc q̄ maxime tli pena punitus fuit. Et secundū hoc continuat ad p̄cedētia Dominus em̄ p̄cepit in deuē. vt qui suspensus fuerit in vespera deponat. Et rario huius est. quia hec pena erat ceteris abiectior ꝛ ignominiosior. Dicit ergo Vere factū est pro nobis maledictū. quia ipsa mors crucis quā sustinuit sufficit ad maledictionē. qz scriptū est Maledictus omnis ꝛc. De malo vero pene sic expōit. Ōmis qui ꝛc. Maledictus. quia ipsa pena est maledictio scilicet q̄ sic mortuus est. Et est maledictus a deo. quia deus ordinauit vt hanc penā sustineret vt nos liberaret. ¶ Consequēter cū dicit. Ut in gentibus benedictio ꝛc. Ponit spem quam per christū super hoc q̄ per eū liberamur de malediccto acquirimus vt dicitur Ro. 5. Non sicut delictum ita ꝛ donū immo multo maius scilicet quia liberat a peccato ꝛ confert gratiā. Primo ergo ponit fructū ꝛ quib⁹ datur dicens. Ut in gentib⁹ benedictio abrae ꝛc. Quasi dicat. Fructus est pro nobis maledictū nō solū vt maledictionē remoueret: sed vt in gentibus q̄ non sub maledictione legis erant: fieret benedictio abrae ꝓmissa Genesis. 22. Jn semine tuo benedicent⁹ omnes gentes ꝛc. Et hec quidē benedictio facta est nobis id est impleta ē per christum qui est de semine abrae. cui dicte sunt promissiones ꝛ semini tuo qui est christus. vt dicit infra eodem cap. Que quidem benedictio ꝛ fructus ē vt pollicitationem spiritus accipiamus id est ꝓmissiones quas spiritussanctus facit in nobis scilicet de beatitudine eterna qui quasi arra ꝛ pignus nobis traditus ipsam nobis ꝓmittit vt habetur Ephe. 1. ꝛ. 2. cor. 1. Et quidem in pignore datur ad certitudinē. Nam pignus est quedā certa ꝓmissio de re accipienda. Ro. 5. Non enim accepistis spiritū seruitutis ꝛc. ꝛ infra Si filij ꝛ heredes. Vel pollicitationē spiritus accipimus id est spiritūsanctū. Quasi dicat Accipiamus pollicitationē de spiritusancto factaz semini abrae Joheł. 2. Effundam de spiritu meo ꝛc. q̄a per spiritumsanctuz coniungimur christo ꝛ efficimur semen abrae ꝛ digni benedictione. Secundo ostendit per quid ꝓueniat nobis iste fructus dicens: Per fidem. ꝙ quam quidē ꝛ hereditatē eternā acquirim⁹. Ad hebre. 11. Accedentē ad deū oportet credere quia est. ꝛ inquirentibus se remuneratorz sit. Per fidem etiā acquirim⁹ spiritūsanctū. quia vt dicit Act. 5. Domin⁹ dat spiritūsanctū obedientibus sibi scilicet per fidem.

Lectio sexta.

Fratres ſm hominē dico tamen hominis confirmatum testamētuz nemo spnit aut superordinat. Abrae dicte sunt promissiones ꝛ semini eius. Non dicit ꝛ seminibus quasi in multis. sed quasi in vno. ꝛ semini tuo qui est christus. hoc autem dico testamentū confirmatuz a deo que post quadringentos ꝛ triginta annos facta est lex. non irritū facit ad euacuandā ꝓmissionem. Nam si ex lege hereditas iā non ex ꝓmissione. Abrae autē per repromissionem donauit deus.

Postq̄ apostolus probauit per auctoritates q̄ lex nō iustificat: nec ad iustificationē que est per fidē ē necessaria hic consequenter ostendit idem per rationes humanas. Et circa hoc quatuor facit. Primo humanā consuetudinem ponit. Secundo assumit promissionem diuinā ibi. Abrae dicte sunt promissiones ꝛc. Tertio infert conclusionem ibi. Hoc autē dico ꝛc. Quarto ostendit cōclusionem sequi ex premissis ibi. Naz si ex lege ꝛc. Dicit ergo Apte quidem prius locutus suz ſm auctoritatē scripture non allate voluntate humana sed spiritusancto vt dicitur. 2. Pe. 1. Sed nunc ſm hominē dico ꝛ ſm ea que humana ratio ꝛ consuetudo habet. Exquo quidē habemus argumentū q̄ ad conferendū de his que sunt fidei possum⁹ vti quacūq̄ veritate cuiuscūq̄ scientie. Deut. 21. Si videris in numero captiuoꝝ mulierē pulchram ꝛ adamaueris eā voluerisq̄ habere vxorē. introduces eaz in domū tuā id est si sapientia ꝛ sciētia secularis placuerit tibi introduces eā infra terminos tuos que radet celsariem ꝛc. id est resecabis omnes sensus erroneos. Et inō est q̄ apostolus in multis locis in epistolis suis vtit autoritatib⁹ gētiliū. sicut illō. 1. cor. 15. Corrūpūt bonos mores ꝛc. Et illud Tit. 1. Cretenses male bestie ꝛc. Ut q̄is huiusmodi ratiōes vane sint ꝛ infirme. quia vt dicitur in psalmo. Dominus scit cogitatiōes hominū quia vane sunt. tamē hominis confirmatū testameutuz nemo spernit aut superordinat. quia nihil humanū tanta firmitatem habet sicut vltima volūtas hominis: sperneret autem illud aliquis si diceret q̄ testamētū hominis confirmatū in morte testatoris ꝛ testib⁹ nō valeret Si ergo testamētū huiusmodi nemo spernit dicens non esse seruādum. aut spernit aliquid mutādo. multomagis testamentum dei nullus spernere debet aut superordinare infringendo illud vel addendo vel diminuendo Apocal. vltimo. Si quis apposuerit ad hec apponet deus super illum plagas scriptas in isto libro. ꝛ si quis diminuerit de verbis ꝓphetie huius auferet deus partez ei⁹ ꝛc. Deut.

4. Non addetis ad verbū qđ vobis loquor: neq; auferetis ex eo ꝛc. ¶ Consequenter cū dicit. Abrae dicte sunt p̄missiones ꝛc. Assumit p̄missionē diuinā abrae factam q̄ est quasi quoddā testamentū dei. Et p̄ro exponit hāc p̄missionē seu testamentū. Secundo vero aperit veritatez testamenti ibi. Non dicit in seminibus ꝛc. Dicit ergo primo abrae dicte sunt promissiones. Quasi dicat sicē testamentū hominis est firmū: ita p̄missiones diuine firmē sunt. Sed nunquid deus aliquas promissiones fecit ante legem? Utiq;. quia abrae qui fuit ante legē scilicet q̄ non falleret deus: dicte id est facte sunt promissiones ꝛ semini eius a deo. Sed abrae facte sunt vt cui erant ipleni: semini vero vt per quod impleretur. Dicit autē promissiones pluraliter: quia p̄missio de benedictōe seminē multa continebat. Vel qz frequent̄ idem id est eterna beatitudo sibi p̄missa est. sicut Heñ. 12. In te benedicētur vniuerse cognationes terre. Item. 15. Suspice celū ꝛ numera stellas ꝛc. Itē eodē. Semini tuo dabo terram hanc ꝛc. Itē. 22. Benedicā tibi ꝛ multiplicabo semē tuū sicut stellas celi ꝛc. Iste ergo p̄missiones sunt quasi testamentū dei. quia est quedaz ordinatio de hereditate danda abrae ꝛ semini suo. Veritatē autē testamenti aperit cū dicit. Non dicit in seminibus ꝛc. Quā quidē aperit eodē spiritu quo testamentū conditū est. Et hoc patet ex verbis testamenti. Non inquit dicit in seminibus q̄si in multis id est sicut faceret si de multis illud valeret. Sz in vno qđ est christus. quia ipse solꝰ est per quē ꝛ in quo omnes poterunt benedici. Nam ipse solus ꝛ singularis est qui non subiacet maledictiōi culpe: ꝛ si maledictio p nobis dignatus sit fieri. Unde dicitur in ps̄. Singulariter sum ego ꝛc. Item Nō est qui faciat bonū ꝛc. Ecc. 7. Virū de mille vnum repperi scilicet christū qui esset sine omni peccato: mulierē autē ex omnibus non inueni que a peccato omnino immunis esset admnus originali vel veniali. Conclusionē autē infert consequenter cū dicit. Hoc autē dico Testamentū ꝛc. Ubi videamus per ordinem quid sit quod dicit. Dicit ergo q̄ hoc p̄misit deus abrae sed hoc est testamentū scilicet ipsa promissio de hereditate adipiscenda. Jere. 31. Feriam domui israel: et domui iuda fedus nouū ꝛc. ¶ Confirmatū. Quod ideo ponit vt concordet cū premissis. Nā supra dixerat. Testamentū hominis confirmatū ꝛc. A deo scilicet qui promisit. Et confirmatū dico iureiurādo. Heñ. 21. Per memetipsum iurauī ꝛc. Hebre. 6. vt per duas res imobiles quibus impossibile est mentiri deū ꝛc. Hoc inq̄ testamētum lex non facit irritū. que quidem lex facta est ꝛ data a deo per moysen. Johan. 1. Lex per moysen data est ꝛc. Post quadringentos ꝛ triginta ꝛc. Et quasi exponens quod dixerat subiungit. Non irritū facit ad euacuandaz p̄missionē. Sic eñ irritū fieret predictuz testamentum si p̄missio facta abrae euacuaretur id est inuacuū facta essz quasi non sufficeret semen abrae repromissum ad gentiū benedictionē. Per christum autē non sunt euacuate p̄missiones patribus facte sed confirmate Ro. 15. Dico ie sum christum ministrū fuisse circūcisionis ad confirmandas p̄missiones patrum. Et. 2. cor. 1. Quotquot eñ p̄missiones dei sunt in illo est ꝛc. Hoc autē quod dicitur. Post quadringentos ꝛ triginta annos concordat ei qđ habetur Exō. 12. Habitatio filioꝝ qua mānserant in egypto fuit quadringentoꝝ triginta annoꝝ. Et act. 7. Locutus est dominus scilicet abrae. quia erit semen eiꝰ accola in terra aliena ꝛ seruituti eos subijcient annis quadringentis triginta. Sed contra est quod dicitur Heñ. 15. Scito prenoscens q̄ peregrinū futurū sit semen tuuz ꝛ seruitute eos subijcient ꝛ affligent eos ānis q̄dringēt. Respondeo dicēdū q̄ si fiat computatio annoruz a p̄ma promissione facta abrae qđ legitur Heñ. 12. vsq; ad exitum filiorū israel de egipto quando data ē lex. sic sūt anni quadringenti triginta sicut hic scribitur ꝛ Exō. 12. ꝛ Act. 7. vsq; ad exitum filioꝝ israel de egipto quādo data est lex. Si autez incipiat cōputatio a natiuitate ysaac de qua legitur Heñ. vicesimoprimo sic sunt tātū quadringenti ꝛ quinq; anni. Nam viginti quinq; anni fuerunt a p̄missione facta abrae vsq; ad natiuitatē ysaac. Abrāā eñ erat septuagintaquinq; annoꝝ quando exiuit de terra sua ꝛ facta est ei prima p̄missio vt habet Heñ. 12. Centenarius aūt fuit quando natus est ysaac vt habet ibidē 21. Q̄ autē a natiuitate ysaac vsq; ad exitū filioꝝ israel de egipto fuerint quadringenti quinq; anni probat per hoc q̄ ysaac fuit sexaginta annoꝝ quando genuit iacob. vt habetur Heñ. 25. Jacob aūt erat. 130. annoꝝ quādo intrauit egiptum vt habet Heñ. 47. Et sic a natiuitate ysaac vsq; ad introitū iacob in egiptū fuerunt. 190. anni Joseph autē fuit triginta annoꝝ quando stetit cozā pharaone vt habetur Heñ. 41. ꝛ postea trānsierunt septē anni fertilitatis ꝛ duo sterilitatis vsq; ad ingressum Jacob in egiptū vt habet 45. Uixit autē Joseph. 110. annis vt habetur Heñ. vltimo. A quibꝰ si subtrahant̄ triginta ꝛ nouē anni remanēt septuaginta ꝛ vnus annus. Fuerunt ergo a natiuitate ysaac vsq; ad mortē Joseph ducenti ꝛ sexaginta vnus annus. Fuerunt autē in egipto filij israel postm ortē Joseph. 144. annis. vt raban⁹ dicit in glosa Act. 7. Fuerunt ergo a natiuitate ysaac vsq; ad exitum filioꝝ israel ō egipto ꝛ legē datā. 405. anni Scriptura autē Heñ. 17. non curauit de minutis. Uel potest dici q̄ quito anno ysaac expulsus fuit ismael ꝛ remansit solus ysaac heres abrae. a quo tempore fuerunt quadringenti anni. ¶ Deinde cū dicit. Nam si ex lege ꝛc. Ostendit quomodo sequatur ex premissis q̄ lex euacuaret p̄missiones. si lex necessaria esset ad iustificationē siue benedictionē gentiū. Dicit ergo vere promissio euacuaret si lex necessaria esset. Nam si hereditas scilicz benedictionis abrae esset ex lege iam nō esset ex reprom̄ssione id ē ex semine repromisso abrae. Si eñ semen promissum esset sufficiens ad hereditatē benedictiōi, consequendam non fieret iustificatio per legē. Destruit autē consequēs cū dicit Abrae autē donauit deꝰ ꝛc. id est promisit se daturū qđ ita certū erat ac si statim daret per repromissionē id est per semen repromissum. Non ergo est ex lege hereditas id est benedictio de qua dicitur. 1. Pe. 3. In hoc vocati estis vt benedictionē hereditate possideatis.

Lectio septima.

Quid igitur lex propter trāsgressionem posita est donec veniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est. deus autē vnus est.

Postq̄ ostendit apostolus ꝛ auctoritate scripture ꝛ consuetudine humana q̄ lex iustificare non potuit: hic mouet duas dubitationes ꝛ soluit. Secunda dubitatio incipit ibi. Lex ergo aduersus p̄missa dei ꝛc. Circa primuz tria facit. Primo mouet dubitationē. Secūdo soluit ibi Propter transgressiones ꝛc. Tertio quoddā in solutione positum manifestat ibi. Mediator autē ꝛc. Potest autem esse dubiū ex premissis: si lex iustificare non poterat: an esset omnino inutilis. ꝛ hanc dubitationem mouet dicens: Quid igitur lex id est ad quid lex vtil fuit. Et hāc punctuationez magis approbat augustinus vt habet in glosa q̄ aliam que sibi primitus melior videbatur vt destinguatur sic. Quid igitur. Et postea dicatur lex propl

transgressiones ꝛc. Similis dubitatio proponit. Ro. 3. vbi sic dicitur: Quid igitur amplius iudeo ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Propter transgressiones. Soluit dubitationem motā. vbi quatuor facit. Primo propōit legis vtilitatē. Secūdo legis fructū ibi. Donec veniret semē ꝛc. Tertio legis ministros ibi. Ordinata per āgelos. Quarto legis dominiū ibi Jn manu mediatoris. Circa primū notādū est q̄ lex ver⁹ data est propt quattuor. Ex quattuor ex peccato consecuta que enumerat beda scilicet propter maliciā: infirmitatē: concupiscentiā: ⁊ ignorantiam Est ergo lex primo data ad reprimendā maliciā dū scilicet ꝓhibendo peccatū ⁊ puniendo retrahebantur homines a peccato. ⁊ hoc tangit dicens. Propter trasgressiones posita est lex. id est ad transgressiones cohibendas. ⁊ de hoc habetur. 1. thi. 1. Justo lex nō est posita sed iniustis. Cuius ratio potest sumi a philosopho in. 4. ethicorum. Homines em̄ bene dispositi ex seipsis mouētur ad bene agendū ⁊ sufficiunt eis paterna mōita. vnde nō indigent lege sed sicut Ro. 2. dicit. Ipsi sibi sunt lex habentes opus legis scriptū in cordibus suis. Sed homines male dispositi indigent retrahi a peccatis per penas Et ideo quantū ad istos fuit necessaria legis positio que habet coartatiuā virtutē. Secundo lex data est ad infirmitatem manifestandā. Homines em̄ de duobus p̄sumebant. Primo quidē de scientia. Secundo de potentia. Et ideo deus reliquit homines absq̄ doctrina legis: tē pore legis nature. Jn quo dū in errores inciderunt conuicta est eor superbia de defectu scientie. Sed adhuc restabat p̄sumptio de potentia. Dicebant em̄ nō deest q̄ impleat sed deest qui iubeat. vt dicitur in glosa super illud Exō. 24. Quicquid preceperit dñs faciem⁹ ⁊ erimus obedientes. Et ideo data est lex: que cognitionem peccati faceret. Per legem em̄ cognitio peccati. Ro. 3. Que tamē auxiliū gratie nō dabat ad vitandū peccata: vt sic homo sub lege constitutus ⁊ vires suas experiret ⁊ infirmitatē suā recognosceret inueniēs se sine gratia peccatum vitare non posse. ⁊ sic auidius quereret gratiā Et hec etiaz causa potest ex his verbis accipi vt dicat q̄ lex posita est propter transgressiones adimplendas: quasi illo modo loquendo quo apostolus dicit Ro. 5. Lex subintrauit vt abundaret delictū: quod non est intelligēduz sausaliter sed consecutiue. quia lege subintrante abūdauit delictū ⁊ transgressiones sunt multiplicate. dū cōcupiscentia nondū per gratiā sanata in id quod ꝓhibebat magis exarsit. ⁊ factū est peccatū grauius addita preuaricatione legis scripte. Et hoc deus permittebat vt homines imperfectionē suā cognoscentes quererent mediatoris gratiam. Unde signāter dicit. Posita est quasi debito ordine collocata inē legē nature ⁊ legē gratie. Tertio data est lex ad domandā concupiscentiā populi lasciuientis: vt diuersis cerimonijs fatigati neq̄ ad idolatriam neq̄ ad lasciuias declinarent. Unde dicit Petr⁹ Actuū. 15. Hoc est onus q̄ neq̄ nos ꝛc. Quarto ad instruendum ignorantiā data est lex in figurā future gratie Ex illud Hebre. 10. Umbrā habet lex ꝛc. ¶ Deinde cū dicē Donec veniret semē ꝛc. id est christus de quo ꝓmiserat deus per eū benedicendas omnes gentes. Matthei. 11. Lex ⁊ ꝓphete vsq̄ ad Johannē ꝛc. Hen. 12. Jn semine tuo ꝛc. Ministri autez legis ponunt cū dicit. Ordinata id est ordinanter data per angelos id est per nuncios dei scilicet moysen ⁊ aaron. Malach. 2. Legē requirent ex ore eius ꝛc. angelus em̄ domini ꝛc. Uel per angelos id est ministros angelorū. Actuū. 6. Accepistis legē in dispositionē angelorū ꝛc. Et est data per angelos. quia lex non debebat dari per filium qui maior est. Hebre. 2. Si em̄ qui per angelos factus est sermo ꝛc. Dicit autē. Ordinata. quia ordinabiliter data est scilicz inter ꝓs legis naturalis qua homines conuicti sunt q̄ se iuuare nō poterant: ⁊ tempus gratie. Nam anteq̄ gratiam acciperēt conuincendi erant de lege. Dominus autē legis dicitur christus. Et ideo dicit in manu mediatoris id est in potestate christi. Deut. 33. Jn dextera ei⁹ ignea lex. 1. thi. 2. Mediator dei ⁊ hominū ꝛc. Jste mediator significat⁹ est per moysen: in cuius manu est lex data Deutro. 5. Ego sequester ⁊ medius fui inter deū ⁊ vos ꝛc. ¶ Deinde cū dicit Mediator autē ꝛc. Exponit q̄ dixit Jn manu mediatoris quod potest triplicit exponi. Uno modo q̄ mediator non est vnius tm̄ sed duor. Unō cū iste sit mediator dei ⁊ hominis oportet q̄ sit deus ⁊ homo. Si em̄ esset purus homo vel deus tantū non essz verus mediator Si ergo est verus deus ⁊ nullus est mediator suiipsius. potest videri alicui q̄ preter ipsum sunt alij dij quorū est mediator. ⁊ hoc remouet dicens: q̄ mediator iste ⁊ si nō est vnius tantū nō propter hoc sunt alij dij sed de⁹ vnus est. quia licet ipse alius sit in p̄sona a deo patre: non ē tamen aliud in natura. Deut. 6. Audi israel dñs de⁹ ꝛc. Eph̄. 4. Unus dēus ꝛc. Secundo modo quia possz credi q̄ iste esset mediator iudeoꝝ tantū. Ideo dicit. Dico q̄ christus est mediator sed nō vnius scilicet iudeoꝝ sed vnus est omniū id est sufficiens ad oēs reconciliandos deo quia ipse deus est. Ro. 3. Unus de⁹ qui iustificauit ex fide circūcisionē ⁊ prepuciū per fidē ꝛc. 2. cor. 5. Deus erat in christo mundū reconciliās sibi ꝛc. Tertio modo quia non est mediator vnius populi tantū scilicet iudeorum sed etiam gentiliū. Ephe. 2. Ipse est pax nostra qui fecit vtraq̄ vnū. Et hoc ex parte gentiū auferendo idolatriam. ⁊ ex pte iudeoꝝ ꝙ obseruātia legis. Specialit aūt mediator est filius non pater non spiritussanctus: nihilominus tamen vnus est deus.

Lectio octaua.

besco apud alios pro vobis. Nam sicut Eccl. 22. dicitur Confusio e patris de filio indisciplinato. Nā cū filius sit res patris t discipulus inquātū hmōi res: magister gaudet de bono qō videt in eo relucere quasi de bono ppio t gliaē t ecōuerso de malo dolet t confundit. Uñ qz isti mutati erāt de bono in malū. apls ꝓfundebaē inde.

Lectio sexta.

Dicite mihi qui sub lege vultis esse legem nō legistis. Scriptū est enim qm abraam duos filios habuit vnū de ancilla: t vnum de libera. Sed qui de ancilla scom carnem natus est: qui aūt de libera per repromissionem. Que sunt per allegoriam dicta.

Supra apls ꝓbauit dignitatē status p cōsuetudinē humanā: hic aūt ꝓbat eā auctoritate scripture. Et primo ponit factū. Secūdo exponit mysteriū ibi. Que sunt p allegoriā dicta tc. Tertio cōcludit ꝓpositum ibi. Itaqz fratres mei nō sum⁹ tc. Circa primū duo facit. Primo excitat ad attentionē. Secō ponit suā intentionem ibi. Scriptū e em tc. Dicit ergo. Dicite mihi tc. Quasi dicat. Si vos estis sapientes attendite ad ea q objicio: et si nō potestis cōtradicere cedatis. Job. 6. Respōdete obsecro absqz cōtentione tc. Facio vobis aūt hanc objectionē. Aut legistis legē aut nō legistis. Et si legistis scire debetis ea que in ea scripta sunt: sed ipsa ꝓbat se omittendā: si aūt nō legistis nō debetis recipere qō nescitis. Prouer. 4. Palpebre tue pcedant greſſus tuos. Dicit aūt sub lege. i. sub onere legis. Nā subire aliqō leue nō e vis: sed subire graue onus sicut e onus legis magne stulticie signū eē videt. Act. 15. Hoc e onus qō neqz patres nostri neqz nos portare potuim⁹ tc. Qō e intelligēdum de illis q voluut carnaliter eē sub lege. Cōsequēter cū dicit. Scriptū e em tc. Proponit suā intentionez dicēs. Ideo quero an legistis legē qz in ipa continent quādam q manifeste dicunt legē non eē tenendā: t spēaliter apls facit mentionē de duob⁹ filijs abrae. Et primo ponit vnū in quo cōueniūt. scōo duo in quib⁹ differūt. Cōueniūt quidē in vno pre. Uñ dicit. Scriptū e: qm abraā duos filios habuit. Habuit etiā alios q istos duos filios: qz post mortē sare alios genuit de cethura: vt dicitur Heñ. 25. de quibus mētionē nō fecit apls. qz nō ptinēt ad hanc significationē. Possunt tamen p istos duos scz filiū ancille t filiū libere duo populi. s. iudeoz t gentiuz designari: p alios vero filios cethure scismatici t hereti ci. Qui quidē duo populi cōueniūt in vno pre: qz iudei sunt filij abraam sm carnē: gentiles vero sm imitationē fidei. Uel sunt filij abraam. i. dei q e pater omniū: Malach. 2. Nōne de⁹ pater oim tc. Ro. 3. An iudeoz tm. Differūt aūt in duob⁹. s. in ꝓditione mrie: qz vn⁹ est de ancilla. vt dr Heñ. 21. nec tn peccauit abraam ad eā accedens: qz accessit ad eā cōiugis affectu t ordinatiōe dina Alius autem est de libera scz ysaac quem genuit ei sara vxor sua. Heñ. 18. Ueniam ad te tempore isto vita comite t sara vxor tua. tc. Itez differūt in modo generatiōis qz qui de ancilla. s. ysmael sm carnē natus e: qui autē de libera. s. ysaac p repromissionē. Sed vitandus e hic duplex falsus intellect⁹ Unus ne intelligatur p hoc q dicit sm carnem natus e vt accipiaē hic caro pro actu peccati. sm illud. Ro. 8. Si sm carnē vixeritis morieminī tc. 2. Cor. 10. In carne enī ambulantes nō sm carnem militamus. quasi abraam peccante natus sit ysmael Alius intellectus vt per hoc q dicitur. Per repromissionē credatur ysaac non sm carnem natus. i. sm carnalē cōmixtionem: sed per spiritū sanctū. Est ergo dicendum q sm carnem id est sm naturam carnis natus est ysmael. Nam naturale est in hominibus q ex muliere iuuene la fecunda sicut erat agar t sene nascatur filius. Et q repromissionem. i. supra naturā carnis nat⁹ e ysaac. Nō enī ad hoc se extendit natura carnis vt ex viro sene t vetula sterili sicut fuit sara filius nascatur. Per ismael significaē populus iudeozum: qui sm carnem nat⁹ e. Per ysaac vero intelligitur populus gentū qui natus e sm repromissionē qua ꝓmissum est abrae q esset futurus pater multarum gentium. Heñ. 22. In semine tuo benedicent tc. Mysterium autem exponit cū dicit. Que sūt per allegoriam dicta. Et primo ponit modum mysterij. Secūdo exemplificat. ibi. Hec enim duo sunt testamēta tc. Dicit ergo. Hec que sunt scripta de duobus filijs tc. sunt p allegoriam dicta. i. p alium intellectum. Allegoria enim est tropus seu modus loquendi quo aliqd dicit t aliud intelligitur. Un de allegoria dicit ab allos qō est alienum t goge ductio quasi in alienum intellectum ducens. Sed attendendū est q allegoria sumit aliquando pro quolibet mystico intellectu Aliquādo p vno tm ex quatuor qui sunt historicus allegoricus misticus t anagogicus: qui sūt quattuor sensus sacre scripture. t tamē differunt quantū ad significationē. Est em duplex significatio. Una e p voces. Alia e per res quas voces significant. Et hoc spēaliter e in sacra scriptura t nō in alijs. Cum enim eius actor sit deus in cui⁹ potestate e q non solum voces ad designandū accōmodet qō etiam homo facere potest. sed etiam res ipas Et ideo in alijs sciētijs ab hominib⁹ traditis qui nō possūt accōmodare ad significandum nisi tantū verba: voces solū significant. Sz hoc est ꝓprium in ista scientia vt voces t ipe res significate per eas aliquid significent: t ideo hec scientia potest habere plures sensus. Nam illa significatio qua voces significant aliquid ptinet ad sensum litteralem seu historicū. Illa vero significatio qua res significate p voces iterum res alias significant pertinent ad sensum mysticum Per litteralem autē sensū pōt aliquid significari dupliciter scz sm ꝓprietatē locutionis sicut cū dico hō ridet: vel sm silitudinē seu methaphorā: sicut cū dico ꝓatū ridet. Et vtroqz modo vtimur in sacra scriptura: sicut cuz dicim⁹ quantū ad pmum q ihesus ascendit: t eum dicimus q sedet a dextris dei quantum ad secūdū. Et iō sub sensu litterali includitur parabolic⁹ seu methaphoricus Mysticus autē sensus seu spiritualis diuidit in tres Primo nanqz sicut dicit apls lex vetus e figura noue legis. Et ideo sm q ea que sunt veteris legis significant ea q sunt noue e sensus allegoric⁹. Item sm dionysium in libro de celesti hierarchia. Noua lex e figura future glie. Et iō sm q ea que sunt in noua lege t in xpo significant ea que sunt in patria est sensus anagogic⁹. Itē in noua lege ea q in capite sūt gesta sūt exēpla eoz que nos facere debem⁹: qz quecunqz scripta sunt ad nostrā doctrinaz scripta sunt Et iō sm q ea que in noua lege facta sunt in xpo t in his que xpm significant sunt signa eoz que nos facere debem⁹ e sensus moralis. Et oim horz p3 exēplū Per hocenī q dico fiat lux ad sram de luce corpali ptinet ad sensū litteralē. Si intelligaē fiat lux. i. nascaē xps in ecclia ptinet ad sensū allegoricū. Si vero dicatur fiat lux. i. vt p xpm introducamur ad gliam ptinet ad sensuz anagogicū. Si autē dicaē fiat lux. i. per christum illuminemur in intellectu t inflammemur in affectu pertinet ad sensum moralem.

Lectio septima.

Hec enim sunt duo testamēta. Unū quidem in monte syna in seruitutez generans que est agar. Syna enim mons est in arabia: qui coniūctus est ei que nunc est hierusalem ⁊ seruit cum filijs suis. Illa autē que sursum est hierulez libera est que est mater nostra: scriptum est enim. Letare sterilis que non paris. erumpe ⁊ clama que nō parturis. quia multi filij deserte: magis q̄ eius que habet virum.

Superius posuit aplūs intellectum mysticū: hic aperit mysterium. Et p̄mo q̄tum ad matres. Secundo q̄tū ad filios ibi. Nos autem fratres ⁊c. Per duas autē matres intelligit duo testamēta. Et ideo p̄imo ponit significatū Secundo exponit ibi. Unum quidē in monte ⁊c. Dicit ergo. hec sc̄z due vxores: ancilla ⁊ libera sunt duo testamenta: vetus ⁊ nouū. Jere. 31. Feriā domui israel fedus nouum. Ecce nouū testamentū. Non ſm pactum ⁊c. Ecce testamentū vetus. Libera eñ significat testamentum nouū. ancilla vero vetus. Ad sciendū autē quid sit testamentum attendi debet q̄ testamentum idem ē qđ pactū seu fedus eorum que testibus confirmant. Unde in scriptura multotiens loco testamēti ponit fedus vel pactū. Ubicūq; autē interuenit fedus vel pactum adhibet aliq̄ p̄missio. Et ideo ſm diuersitatē p̄missionū est diuersitas testamētoꝝ. Duo autē sunt nobis p̄missa. sc̄z temporalia in veteri lege: ⁊ eterna in nouo Math. 5. Gaudete et exultate ⁊c. Hec ergo due p̄missiones sunt duo testamēta. Unde aplūs p̄sequēter cum dicit. Unum quidez ⁊c. exponit ipsa. Et p̄imo q̄tum ad vetus. Secundo quantum ad nouum ibi. Illa autē que sursum ⁊c. ¶ Ad euidentiam autē lr̄e sciendū est circa p̄mum q̄ quilibet ciuis alicuius ciuitatis dicit esse filius illius: ⁊ ipa ciuitas est sicut mater eius. Luc. 23. Filie hierusalem nolite flere ⁊c. et Treñ. vltio. Filij syon inclyti ⁊c. Per hoc igit̄ q̄ aliqui fiunt alicuius ciuitatis ciues efficiunt filij eius Duplex autē est ciuitas dei. Una terrena sc̄z hierusalem terrestris. Alia spiritualis sc̄z hierusalem celestis. p̄ vetus autē testamentū homines efficiebant ciues ciuitatis terrestris. p̄ nouum aūt celestis. Et ideo circa hoc duo facit. Primo p̄ponit mysteriū expositum. Secundo expositionis mystice rationē assignat ibi. Syna eñ ⁊c. Dicit ergo primo. Dico q̄ significat duo testamenta sc̄z vetus ⁊ nouū. Et quantū ad hoc dicit. Primū quidē in monte syna ⁊c. Ubi p̄imo ponit locus in quo datum fuit. q̄ ad Irām in mōte syna vt dicit Exo. 20. Cuius ſm glo. mystica ratio est. q̄ syna interpretat mandatū. Unde ⁊ ab apostolo vetus lex vocat lex mandatoꝝ Ephe. 2. Mons aūt significat superbiam. Jere. 13. Anteq̄ offendāt pedes vestri ad montes caliginosos ⁊c. Unde p̄ montem istum in quo data est lex significat superbia iudeoꝝ duplex. Una q̄ superbiebāt contra deum. Deut. 31. Ego scio contentionē tuā ⁊c. Alia qua supbiebāt cōtra alias natiōes abutentes illius qđ dicit in p̄s. Non fecit taliter omni nationi ⁊c. Secūdo vero p̄ponit ad quid sit datum: q̄ non ad faciendum liberos sed filios matris ancille in seruitutem que est id est signat p̄ agar: que quidem in seruitutē generat sc̄z vetus testamentū tripliciter sc̄z q̄tum ad affectum: q̄tum ad intellectum: ⁊ fructum. Quantū ad intellectum quidē ſm cognitionē. q̄ in homine est duplex cognitio. Una libera quādo sc̄z rerum veritatē ſm seipsam cognoscit. Alia vero ancilla id ē subiecta velaminibus figurarum. Et talis fuit cognitio veteris testamenti. Quantū ad affectum vero q̄ nouа lex generat affectum amoris q̄ p̄tinet ad libertatē. Nam qui amat ex se mouet Uetus aūt generat affectum timoris in quo est seruitus. Qui eñ timet non ex se sed ex alio mouet. Ro. 8. Non accepistis spūm seruitutis iterū in timore ⁊c. Sed q̄tum ad fructū q̄ lex noua generat filios quib⁹ debet hereditas. sed illis debent munuscula sicut seruis. Jo. 8. Seruus non manet in domo in eternum. filius manet in domo in eternum. Rationē mysterij assignat cum dicit. Syna eñ mōs ē i arabia ⁊c. Ubi p̄imo ostēdit dubitatio. q̄ cū syna distet a hierusalez p. xx. fere dietas. videt falsum q̄ syna iunctus sit hierusalez vt hic aplūs dicit. Sed ad hoc mystice respondet in glo. sic vt syna sit in arabia. Arabia eñ humilitas vel afflicti interpretat. in qua datū est vetus testamentū: q̄ homines quasi serui ⁊ alieni sub ea affligebant carnalibus obseruantijs. Act. 15. Hoc est onus qđ neq̄ patres nostri neq̄ nos ⁊c. Qui mons coniunctus ē non p̄ spacij continuitatē: sed p̄ similitudinē ei que nunc est hierusalē id est iudaico populo. q̄ sicut ipsi terrena diligunt ⁊ p̄o temporalib⁹ seruiunt sub peccatorib⁹ ⁊ mōs ille in seruitutem generabat. Sed hec nō videt intentio aplī. Nam ipse vult q̄ vetus testamentū qđ in monte syna datum est ex ipso loco seruitutis in seruitutē generet. q̄ illud dabat in syna non tamē ibi remanentib⁹ filijs israel. sed p̄ficiscentibus ad terram p̄missionis. Hierusalem etiam generat filios seruitutis. ⁊ ideo q̄tum ad hoc continuat mons syna cum illa. Et hoc est qđ dicit. Qui coniunctus est ei sc̄z p̄ continuationē itineris euntiuz in hierusalez que seruit cum filijs suis seruitute sc̄z legaliū obseruantiarū a qua redemit nos xp̄s: ⁊ seruitute diuersorum peccatoꝝ Jo. 8. Qui facit peccatū seruus est peccati. Et ad Irām seruitute romanoꝝ q̄ eis dñabant. ¶ Deinde cum dicit. Illa aūt que sursum est hierusalē ⁊c. Hic consequēter aperit mysteriū de libera. Et p̄imo exponit mysterium. Secundo inducit p̄phetiam ibi. Scriptū est enim ⁊c. Primū quidē potest dupliciter intelligi ſm q̄ hanc matrē possum⁹ intelligere. Uel illam p̄ quā generamur que est ecclesia militans. Uel illam matrē in cui⁹ filios generamur q̄ est ecclesia triumphās. I. Pe. 1. Rege nerauit nos in spem viuam ⁊c. Sic ergo generamur in p̄senti ecclesia militante vt queniam⁹ ad triūphantē. Hoc ergo modo illud exponentes a quattuor describit mater nostra sc̄z a sublimitate cum dicit. Sursum est. Secūdo a nomine cum dicit. Hierusalē. Tertio a libertate cuz dicit. Libera est. Quarto a fecūditate cū dicit. Mater nostra. Est ergo sublimis p̄ apertā dei visionē: ⁊ p̄ perfectā dei fruitionem. ⁊ hoc q̄tum ad ecclesiā triūphantē. Esa. 6. Uidebis ⁊ afflues ⁊c. Col. 3. Que sursum sunt sapite ⁊c. Item sublimis p̄ fidem ⁊ spem. q̄tum ad ecclesiā militantem. Phil. 3. Nostra conuersatio in celis est. Can. 3. et. 8. Que est ista que ascendit ⁊c. Sed est etiam pacifica: q̄ hierusalem id est visio pacis. Qđ quidē competit ecclesie triūphanti vt habenti pacem p̄fectam. p̄s. Qui posuit fines tuos pacem ⁊c. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Item cōpetit ecclesie militanti que in xp̄o pacē habens quiescit. Jo. 16. In me pacem habebitis. Est etiā libera Ro. 8. Ipsa creatura liberabit. ⁊c. Quantū ad triūphantē ⁊ q̄tum ad militantem Apoc. 21. Uidi ciuitatē sanctā hierusalē ⁊c. Sed fecūda est: q̄ mater nr̄a. Militās quidē vt generās: triūphans vt in cuius filios generamur. p̄s. Unusq̄dq̄ syon dicet homo ⁊c. Esa. 60. Filij tui de longe venient. ⁊c. Scriptuz est eñ Esa. 54. Scōm eñ septuaginta hic ponit p̄phetia p̄ quā p̄mo p̄bat libertas matris predicte. Secundo

c

eius fecūditas ibi. Quia multi filij ꝛc. ¶ Sciendum est autē circa primū q in muliere fecunda ꝑmo quidem est tristicia in parriendo. Scōo subsequit gaudiū in susceptā prole ſm illud Jo. 16. Mulier cum parit ꝛc. Sed mulier sterilis nec patit in partu nec gaudet in prole. Differūt aūt parere ⁊ pturire. qz pturire dicit conatū ad ptuz: parere vero dicit eductionē fectus iam facti. In parturitione ergo dolorem experit fecunda: ⁊ in partu gaudium sterilis autē doloze parturitionis ⁊ gaudio partus priuatur. Sed hec duo ꝓpheta inducit sterili dicens. Letare sterilis ꝛc. Ubi loquit de hierusalem quā dicit liberā significataz ꝑ saram sterilem. Nam ecclesia sterilis erat scz ecclesia militans gentiū que non offerebat filium deo sz diabolo. Unde ad babilonem dicit Esa. 47. Sterilitas ⁊ viduitas venerunt tibi. ꝛc. Et ecclesia triūphans ante passionem xpi sterilis erat. qz non generabant aliqui in filios eius ꝑ introitum glozie nisi in spe. Nposita enim erat romphea ante ianuam paradisi vt nullus intrare posset. Huic ergo sterili dicit. Letare que non paris ꝛc. q̄si dicat. Steriles vt dictum est nō dolent de partu: sed de eo q non pariunt. 1. Reg. 1. Cum esset anna amaro aio ꝛc. Sed tu letaberis in multitudine filioz. Esa. 60. Tūc dilatabit ⁊ mirabit cor tuum id est leticiā mentis extra ostēdens. Duo eñ sunt in ptu: scz doloz ex eruptione reticulozum quib⁹ cōtinet fetus in matrice ⁊ clamoz ex ipso doloze. Et ideo dicit. Tu que non parturis scz ecclesia militans que non conaris ad partū per desideriū: ⁊ triūphās que non parturis dolendo. Uel qz nondū venit tempus recipiēdi filios erumpe id est leticiā quā interius habes manifesta exterius ⁊ clama voce laudis. Esa. 58. Clama ne cesses ꝛc. Et hec duo ad libertatem pertinent scz clamare ⁊ erūpere. sic ergo apparet libertas matris. ¶ Sequit fecūditas. Quia multi filij ꝛc. Sed cum supza dictum sit ecclesiam liberam significari ꝑ saram: videt esse dubium an sara fuerit deserta. Ad qō sciendū est q deserta fuit ab abzaam vt hic dicit non ꝑ diuortiū: sed ꝙtuz ad opus carnale. Nā abzaā vacabat quidē operi carnali non ꝓpter concupiscentiā: sed ꝓpter prolē suscipiendā. Cum ergo innotuit ei saram sterilez esse deseruit eam nō frangens coniugalem thozū. sed qz non vtebat ea ab illo precise tempoze quo sara introduxit ei ancillam. Per qō datur intelligi q ecclesia gentum deserta erat a xpo. qz nondum venerat xps. ⁊ q ecclesia triūphans deserta erat ab hominib⁹ quib⁹ ad eam nondū patebat accessus. Huius ergo deserte scz ecclesie gentiū sunt multi filij id est plures magis q̄ eius scz synagoge q̄ habet virū scz moysen. 1. Reg. 2. Sterilis peperit plurimos et q̄ multos filios habebat ꝛc.. Et bocveniente sponso. s. xpo a q̄ deserta erat non dilectione ſz partu postposito.

Lectio octaua.

Nos autē fratres ſm isaac promissionis filij sumus. Sed quomō tūc is q̄ ſm carnem natus fuerat ꝑsequebat eum qui ſm spiritum: ita ⁊ nunc. Sed quid dicit scriptura. Ejice ancillam ⁊ filium eius Non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Itaq; fratres non sumus ancille filij: sed libere. qua libertate nos christus liberauit.

Exposito mysterio ad matres: hic exponit illud ꝙtuz ad filios. Et ꝑmo ponit filoz distinctionē. Secundo infert principalem cōclusionē ibi. Itaq; frates mei ꝛc. Distinctionem aūt filioz ponit ꝙtum ad tria. Primo ꝙtum ad modū originis. Scōo ꝙtuz ad affectū dilectionis ibi. Sz quomō tunc ꝛc. Tertio ꝙtū ad ius hereditatis ibi. Sed quid dicit scptura ꝛc. Modus autē originis q̄ aliqui nascunt filij abzae ē duplex. q̄dā origine carnali sicut ismael de ancilla. quidam aūt non carnali origine sicut isaac de libera. non q naturali opere natus non fuerit. sed qz sicut dictum est supza naturalem virtutē carnis fuit vt de vetula sterili fili⁹ nasceret Per hos autē filios intelligit duplex populus. Nam p ysmaelem intelligit popul⁹ iudeozū qui caranali ꝓpagatione est ab abzaam oriuat⁹. Per isaac autē populus gentiū qui p imitationē fidei ab abzaā descendit. Et tō dicit. Nos autē frēs scz fideles tā iudei q̄ gētiles ſm isaac. i. ī filiatudīe isaac ꝑmissionis filij sum⁹ facti abzae Heñ. 12. Ro. 9. Qui sunt filij ꝑmissiōis estimant in semine. Sz nota q filij carnis abzae ad lram sunt iudei. mystice autē qui ꝓpter carnalia ⁊ temporalia bona ad fidem veniunt. ſm affectum aūt distinguunt. qz qui natus erat ſm carnez ꝑsequebat illum qui nat⁹ erat ſm spūm. ¶ Sed hic est questio. Primo qz nō legit q ismael ꝑsecutionē aliquaz fecerit contra isaac. sz q tantum luserit cum eo. Heñ. 21. Cum vidisset sara filiū ancille agar ludentem ꝛc. Rūsio. dicendum est q aplus illum ludum dicit ꝑsecutionem. qz ludus magni ad parvum est quedā illusio. cū maioz cum paruo ludens intendit eum decipere. Uel etiam vt dicūt quidā ismael cogebat isaac adozare imagines luteas q̄s faciebat. Per hoc aūt docebat eum auerti a cultu vnius dei qō est magna ꝑsecutio. cum maius malum sit inferre mortē spūalez q̄ corpozalē. Qō tū ideo ī Heñ. appellat ludus. qz sub spē ludi hoc faciebat. ¶ Est etiam questio quō filij ſm carnē ꝑsecuti fuerint ⁊ ꝑsequant filios ſm spūm. Sed ad hoc est responsio: qz a principio ꝑmitiue ecclesie iudei persecuti sunt xp̄ianos. vt patet in actibus aplorū: ⁊ facerent etiam nunc si possent. Nunc etiā carnales ꝑsequūt in ecclesia spūales viros etiam corpozaliter: illi scz q̄ querunt gloziā ⁊ tempozalia lucra in ecclesia. Unde dicit in glo. Omnes qui in ecclesia terrenā facultatem querūt a dño ad hunc ysmaelez ptinent. Ipsi sunt qui contradicūt spiritualibus ꝓficientib⁹ ⁊ detrahunt illis ⁊ habent labia iniqua ⁊ linguas dolosas ⁊ subdolosas. Spūaliē aūt ꝑsequunt spūales filios superbi ⁊ ipocrite. Nam aliquando aliqui manifeste carnales ⁊ mali culpaz suā recognoscentes bonis se humiliant. fatui vero bonitatem quā ipsi nō habent ꝑsequūt in alijs. ¶ Est etiam questio. qz hereticī quos nos ꝑsequimur dicunt se natos ſm spūm: nos vero ſm carnez. Sed dicendū est q duplex est ꝑsecutio. Una bona qua aliq̄s ꝑsequit alium vt reducat eum ad bonum ⁊ hanc viri iusti faciunt malis ⁊ spūales carnalibus. Uel vt eos corrigant si conuerti volunt. Uel si obstinati sunt in malo destruāt ne gregem dñi inficiant. Alia ꝑsecutio est mala: qua quis ꝑsequit alium vt ꝓvertat ad malum. Et hanc qui ſm carnem nati sunt faciūt his qui nati sunt ſm spūm. Quātū vero ad ius hereditatis distinguunt ꝑ auctoritatem scpture Heñ. 21. Ejice ancillam ⁊ filiū eius In quo dat intelligi q iudei ⁊ ꝑsecutores fidei xp̄iane ⁊ etiā carnales ⁊ mali xp̄iani eijcet a regno celesti. Mat. 8. Multi venient ab oriente ꝛc. Apoc. 22. Foris canes ⁊ venefici ꝛc. Ancilla etiam id est malicia ⁊ ipsum peccatum eijciet. Ecc. 18. Ejne opus corruptibile in fine deficiet. Et ratio horum subdit: qz non erit heres filius ancille cum filio libere. In mundo eñ isto boni sunt malis ꝓmixti. ⁊ mali bonis. Can. 2. Sicut lilium inter spinas. ꝛc. Sed in eterna patria nō erunt nisi boni. Judic. 11. dicitur ad Jepte. Heres in domo patris nostri esse non poteris: qz de adultera natus es. Quam quidē libertate z habemus a christo. Unde dicit. Qua libertate ꝛc. Jo. 8.

Si filius vo liberauerit: vere liberi eritis.

Capitulū quintū.

State ergo t nolite iterum iugo seruitutis cōtineri. Ecce ego paulus dico vobis: quoniam si circūcidimini: christus vobis nihil pderit. Testificor autē rursus omni homini circumcidenti se: quoniā debitor est vniuersē legis faciende. Euacuati estis a xpo. q̄ in lege iustificamini a gra excidistis.

Supra ostendit aplus q̄ p legem non est iusticia: hic vero reducit eos ab errore ad statum rectitudinis. Et p̄mo q̄tum ad diuinā. Secundo q̄tum ad humanā. 6. ca. ibi. Et si preoccupatus fuerit homo ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ꝓponit āmonitionē. Secundo eius rationez assignat ibi. Ecce ego paulus ꝛc. Et in āmonitione etiaz duo ponit. Quoz vnum est inductiuū ad bonū. Secundum est phibitiuū a malo. Inducit quidem ad bonū cuz dicit. State ergo. q̄si dicat. Exquo q xp̄m liberati estis a seruitute legis: state firma fide t fixo pede pmanentes in libertate. Sic ergo cum dicit state. inducit ad rectitudinem. Qui em̄ stat rectus est. 1. cozin. 10. Qui se existimat stare ꝛc. Inducit etiā ad firmitatē. 1. cozin. 15. Stabiles estote t immobiles ꝛc. Eph̄. vltimo. Sate succincti lumbos vestros ꝛc. Prohibet vero t retrahit a malo cum subdit: Nolite iterum iugo seruitutis contineri id est non subijciamini legi que in seruitutē generat. De q̄ iugo dicit act. 15. Hoc est onus quod neq̄ patres nostri neq̄ nos ꝛc. A quo tamē per xp̄m liberati estis. Esa. 9. Virgam humeri eius ꝛc. Ideo autē addit. Iteruz. nō qz prius sub lege fuerint. sed qz vt Hieronymus dicit. post euangelium seruare legalia adeo peccatum est sicut seruire idolatrie. Unde quia isti idolatre fuerant si subijciant se iugo circūcisionis t aliarum legaliū obseruationū q̄si ad eadem reuertunt quibus antea in idolatria seruierāt. Scōm augustinum vero vt supra dictum est circa legalium obseruantias triplex tempus distinguit. scz tempus ante passionem. ante gratiam diuulgatā. t post gratiam diuulgatam. Post ergo gratiam diuulgatā seruare legalia est peccatum mortale etiam ipsis iudeis. Sed in tempore medio scz ante gratiam diuulgatam poterant quidē absq̄ petō etiā illi q̄ ex iudeis cōuersi fuerant legalia seruare dum tamen in eis spem non ponerent: conuersis vero ex gentilibus non licebat ea seruare. Quia ergo galathe ex iudeis non erant. t tamē legalia seruare volebāt t ponebant in eis spem. ideo reuertebant in iugum seruitutis. Nam huiusmodi obseruatio erat eis sicut idolatria inquantū non recte sentiebant de xpo: credentes ab ipso sine legalibus salutem consequi non posse. Deinde cum dicit. Ecce ego ꝛc. exponit predicta duo. t p̄mo secundum. secundo primū ibi. Nos aūt spiritu ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ostendit quid sit iugum seruitutis quod non debent subire. Secundo ꝓbat ibi. Euacuati estis ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ostendit iugum illud esse valde nociuum. Secundo valde onerosum ibi. Testificor autem ꝛc. Nociuum quidez est iugum legis. qz aufert dominice passionis effectuz. Et ideo dicit. Nolite contineri iugo seruitutis. quia ecce ego paulus qui supple voce auctoritatis dico t bene. quoniā si circūcidimini christus vobis nihil pderit id est fides christi. Sed contra Actē. 16. dicit q̄ paulus circumcidit timotheum. ergo fecit q̄ christus ei nihil ꝓdesset. ergo decepit eum.

Respondeo dicendū est ſm Hieronymū q̄ paulus non circumcidit timotheum quasi legem seruare intenderit. sed simulauit se circumcidere faciendo opus circumcisionis. Nam ſm ipsum apli simulatorie seruabant legalia ad vitandum scandalum fidelium ex iudeis. Faciebant autem actus legalium non tamen cum intentione seruandi legalia. t sic non exibant a fide. Unde non decepit timotheum. Scōm vero augustinū dicendum est q̄ apostoli ſm veritatem seruabant legalia t cuz intentione ea seruandi. quia ſm apostolo^z sententiam licebat fidelib^9 ex iudeis illo tempore scz ante diuulgatam ipsa seruare. Et ideo quia timotheus fuit ex matre iudea circumcidit eum apostolus cum intentione seruandi legalia. Quia vero galathe ponebant spem in legalibus post gratiā diuulgatam. quasi sine eis gratia non sufficeret ad salutez: t ideo ea seruare volebāt. ideo dicit eis apostol^9. Si circumcidimini ꝛc. Sequebat em̄ ex hoc q̄ non reputarent christum in cuius signum data fuit circumcisio. Heñ. 17 Ut sit in signum federis inter me t vos ꝛc. Qui ergo circumcidebant credebant adhuc signum durare. t tunc signatum nondum venisse. t sic excidebant a christo. Sic ergo patet onus legis esse nociuū. Est etiā valde onerosum. quia obligat ad impossibile. t hoc est quod dicit. Testificor autē. ꝛc. Quasi dicat. Dico q̄ si circumcidimini christus vobis nihil proderit. Sed adhuc testificor omni homini scz iudeo t gentili ꝛc. Nam quicūq̄ profiterur in aliqua religione facit se debitorem omniū que ad obseruantiam illius religionis ptinent. Et sicut dicit augustinus. Nunq̄ fuit aliqua religio sine aliquo visibili signo. ad quod obligarent^9 qui in ipsa religione viuunt. sicut in religione christiana signum visibile est baptisma. ad quod omnes christiani tenent^9 quo ad cultum. Obligant^9 etiam ad omnia que ad cultum christiane religionis ptinent. Signum autē religionis mosayce fuit circūcisio. Quicūq̄ ergo circumcidebat se obligabat ad omnia legalia seruanda ac implenda. t hoc est quod dicit. Debitor est vniuerse legis faciende. Jac. 2. Qui offendit in vno factus est oīm reus. Quā tamē nullus seruare poterat ſm illud act. 15. Hoc ē onus qō neq̄ pres nr̄i neq̄ nos portare potuim^9 ꝛc. Sz dato q̄ aliq̄s circumcideret. ergo ſm p̄dicta obligat se ad seruandum legalia sed hoc est peccatum mortale: ergo tenet^9 peccare mortaliter. t sic videt^9 esse pplexus. Respondeo dicendū est q̄ eadem conscientia durante tenet^9 seruare legalia. puta si aliquis haberet cōscientiā q̄ nisi circumcideret^9 peccaret mortaliter. t circumcisus ipsa conscientia durante peccaret mortaliter si non obseruaret legalia. cuius ratio est qz habere ꝓscientiā de re aliq̄ faciēda nihil aliud est q̄ q̄ faciat contra deum nisi illud faciat. Facere autē contra deum est peccatum. Sic ergo dico q̄ nisi faceret hoc ad qō inducit ꝓscia peccaret. nō q̄dē ex genere opis. sed ex intentione operantis. Et similiter si facit peccat. qz huiusmodi ignorātia nō excusat cū sit ignorātia iuris: nec tñ ē pplexus simpliciter sed ſm quid. qz potest deponere erroneam conscientiā. Et hoc modo hic aplus testificat oīm circumcidenti se q̄ tenet^9 ad seruandum legem. Consequenter cuz dicit. Euacuati estis ꝛc. probat que dixit scz q̄ non debent accipere legis obseruantiam ratione damni iam presentis: quod est duplex. Unuz est amissio christi. Secundū est amissio gratie xp̄i. Primū est causa secūdi ibi. Qui in lege ꝛc. Dicit ergo euacuati ꝛc. Quasi dicat. Vere christus vobis nihil proderit. qz euacuati estis a christo. id est habitatione christi. Secundū damnū est amissio gratie. ideo dicit. A gratia excidistis. qui scz prius eratis pleni gratia christi. quia de plenitudie eius accepimus omnes. Jo. 1. De plenitudine eius nos omnes

accepimus ꝛc. Et Eccᷓ. 21. Cor fatui quasi vas confractū ꝛ oᷓm sapientiam non tenebit'. Vos dico qui in lege iustificamini id est creditis iustificari a gratia scz habenda future beatitudinis. Vel etiam a iam habita excidistis. Apoc. 2. Memor esto vnde exciderīs et age penitentiā.

Lectio secunda.

Nos autez spiritu ex fide spem iustitie expectamus. nam in christo iesu neqꝫ circumcisio aliquid valet neqꝫ prepucium: sed fides que per charitatē operatur. Currebatis bene. qs vos impediuit veritati non obedire? Memini consenseritis Persuasio hec non est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrūpit. Ego confido in vobis in domino ꝙ nihil aliud sapietis. Qui autē conturbat vos portabit iudicium quicūqꝫ est ille. Ego aūt fratres si circumcisionez adhuc predico: qd adhuc persecutionem patior. Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam abscindant qui vos conturbant.

Explicauit apostolus secundū documentū scz ꝙ nō esset subeundum iugum seruitutis legis: hic autem redit ad primum ostendens ꝙ stare debent. Et ꝑmo ꝓponit standi exemplum. Secundo remouet stationis impedimentū ibi. Currebatis ꝛc. Tertio assignat standi causam ibi. Vos enī in libertatez ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ꝓponit standi exemplum. Secūdo causam eius assignat ibi. Nam in xpō iesu ꝛc. Dicit ergo. Qui in lege volūt iustificari: christus eis nihil prodest. quia excidunt a gratia. Sed nos scz apostoli stamus ꝙ spem: quia scz expectamus spem iusticie, id est iusticiam ꝛ spem scz eternam beatitudinem. 1. Pe. 1. Regenerauit nos in spem viuaz ꝛc. Vel spem iusticie. id est christum per quem est nobis spes iusticie. quia ꝑ eum iustificamur. Phil. 3. Saluatorem expectamus ꝛc. 1. corin. 1. Qui factus est nobis sapientia ꝛ iusticia ꝛ sanctificatio et redemptio ꝛc. Vel spem iusticie id est spem que est de iusticia: vt iustificemur non ꝑ legem sed per fidem. Ro. 3. Arbitramur hominē iustificari ꝑ fidem sine operibus legis. Vel spem iusticie id ē rem sperataṁ in quam tendit iusticia scz vitam eternam 2. Ti. vltimo. In reliquo reposita est mihi corona iusticie. ꝛc. Et hoc ex fide. quia iusticia dei est ꝑ fidē iesu christi vt dicit Ro. 3. Que quidē fides non est ab homine: sz a spūsancto qui eā inspirat. Ro. 8. Accepistis spm filioꝝ in q̄ clamam⁹ abba pater ꝛc. Sicut ḡ fides est ex spū: ita ex fide est spes. ex spe iusticia ꝙ quam peruenimus ad vitaz eternam. Hec autem spes non venit ex circūcisione neqꝫ ex gentilitate. quia nihil faciunt ad hoc. Et ideo dicit: Nam in christo iesu id est in his qui sunt in fide christi. neqꝫ circumcisio neqꝫ prepucium. ꝛc. id est indifferentia sunt. sed fides non informis sed ea que per dilectionem operatur. Jac. 2. Fides sine operibus mortua est ꝛc. Nā fides est cognitio verbi dei Eph. 3. Habitare christum ꝑ fidem ꝛc. Et hoc verbuz nec perfecte habeā nec cognoscitur nisi etiam habeat amor quē spirat. Hic sunt duo dubia circa glosam. Primū est ꝙ dicit preputium ꝛ circūcisionē esse indifferētia cum supra dixerit. Si circumcidimini christus vobis nihil proderit. Sed dicendum est ꝙ ex genere operis sunt indifferentia sciliz illis qui non ponunt spem in eiz. sed ex intentione operantis nō sunt indifferentia. Nam ponētibus in eis spem mortifera sunt. Secundū dubium est de hoc qō dicit ꝙ illi qui non credunt peiozes sunt q̄ demones. cum demones credant et contremiscant. Respondeo. dicenduz est ꝙ peiozes quidem sunt ex specie operis sed non quantū ad affectū. Nā demonibus displicet hoc qō credunt: nec etiam est tanta nequitia voluntatis in homine qui non credit quanta in demone qui odit ꝙ credit. ¶ Consequenter cum dicit. Currebatis bene ꝛc. agitur de impedimēto stationis. Et primo ponit impedimentū. Secundo docet eius remotionem ibi. Memini consenseritis ꝛc. Impedimentum stationis eozum magnū erat ꝛ nociuum. nam tanto aliquid est magis nociuū quanto maius bonum priuat. Quādo ergo aliquis multis bonis spūalibus priuaē signū est habuisse magnum impedimentū. Et ideo vt ostendat eos apostolus magnum impedimentū habuisse cōmemorat eis bona spūalia que amiserunt cū dicit: Currebatis bene ꝛc. scz per opera fidei formate: ꝙ charitatem que instigat ad currendum. pō. Etiam mandatozū tuozum cucurri cum dilatasti coz meum. Et hoc quidē fuit olim in vobis: sed dum sic currebatis estis impediti. Et ideo subdit Quis vos fascinauit de quo dictum est supra tertio cap. ꝛ ideo supersedeo ad presens. Quis ergo vos fascinauit id est impediuit veritati scz euangelice non obedire. Et hoc congrue dicit. Nam obedire est voluntatis applicare ad consensum precipientis. ꝛ ideo fides est voluntatis ꝛ intellect⁹. oportet ergo voluntati fidei obedire. hoc autem est ꝙ gratia fidei christi sufficiat ad salutez sine legalibus obseruantijs. ¶ Excludit autē impedimentū cū dicit. Memini ꝛc. ꝛ hoc ex triplici parte. Primo ex parte eozum. Secundo ex parte dei ibi. Ego confido ꝛc. Tertio ex parte apostoli ibi. Ego autē fratres si ꝛc. Ex parte eozū cum dicit. Memini ꝛc. Ubi primo ostendit quid requiraē ex parte eoꝝ vt vitent hoc impedimentū scz ꝙ nemini pseudo deinceps consentiant. 1. thessal. 5. Non simus noctis neqꝫ tenebrarū ꝛc. Ephe. 5. Nolite cōmunicare operibus infructuosis tenebrarum ꝛc. Et. 2. Ti. 2. Et sermo eozuz vt cancer serpit ꝛc. Ex quo datē intelligi ꝙ nondum erant corrupti: sed sollicitabanē de hoc. Secundo assignat rationem huius cuz dicit. Persuasio enīm ꝛc. Et hec est duplex. Prima quia homo cum dat se alicui nihil debet facere nisi qō vtile dixerit sibi. Sed vos traditi estis christo. ergo nihil debetis audire vel consentire nisi his que sunt ab ipso. ergo hec psuasio q̄ vos volunt mittere sub iugo legis. quia non ex eo scz ex deo qui vos vocauit ad vitam: sed ex diabolo inquantū scz deficiens est. Et ideo non consenseritis eis. Vel non ex eo id ē contra ipsum. Secunda ratio est qz posset dici ꝙ non est magnum si paucis consentiaē cum ex hoc non sit periculum. ꝛ ideo dicit ꝙ non ē eis consentiendū: nec eozuz insidie sunt contemnende. sed debent principijs obstare. quia modicum fermentum ꝛc. id est illi pauci qui vobis persuadēt: Vel hec psuasio parua in principio totā massam corrumpit. id est congregationē fidelium. Leuit. 2. Nec quicqꝫ fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. ¶ Consequenter cum dicit. Ego confido in vobis ꝛc. remouet impedimentū ex parte dei q̄ auxiliuz ad hoc prebet. ꝛ ponit duplex auxilium. Unum quantū ad seducentes. Aliud quantū ad conturbantes ibi. Qui autem cōturbant ꝛc. Dicit ergo ego cōfido ꝛc. Isi dicat. Dixi ꝙ non consentiretis pseudo. ꝛ confido in vobis. 2. cozi. 7. Gaudeo ꝙ in omnibus confido in vobis. Heb. 6. Confidimus autē de vobis dilectissimi ꝛ melioza vicinioza saluti. Confido inquā in hoc scz ꝙ nihil aliud sapietis q̄ quod vos docui supra. 1. Licet nos aut angelus de celo

euāgelizet vobis p̄ter q̄ qđ euāgelizauim⁹ vobis anathe
m asit ℣bil. 2. Implete gaudium meum vt idem sapia-
tis ꝛc. Et hoc ex auxilio diuino. ꝛ ideo dicit. In domino
deo scz operante. 2. cozin. 3. Fiduciam talem habem⁹ ꝙ
christum ad deum ꝛc. ꝛ dominus dabit vobis sapere ſm
sobrietatem catholice veritatis pſ̄. Bonum est confide-
re in dom̄o ꝛc. ¶ Quantum autem ad cōturbantes di
cit. Qui autem conturbat ꝛc. id est qui remouet vos a de
bito ordine vt scz a spūalib⁹ conuertamini ad corporalia:
cum debeat esse contrarium. 1. cozin. 15. Nō prius quod
spūale est: sed quod animale est deinde quod ꝛc. Et cum
talis ordo sit peruersus vt dicit supra. 3. Sic stulti facti
estis: vt cum spiritu ceperitis ꝛc. ideo portabit iudicium
id ē cōdemnationez sustinebit. Sicut em̄ qui inducit ali-
quem ad bonum remuneratur. Dañ. 12. Qui ad iusti-
am erudiunt plurimos quasi stelle in perpetuas eternita
tes ꝛc. ita qui inducit aliquem ad malum cōdemnrat Jo
sue. 7. Quia turbasti nos exturbet te dom̄in⁹ in hac die.
Deut. 27. Maledictus qui errare facit cecum in itinere
Et hoc quicūq; est ille id est quantecūq; sit auctoritatis:
non parcet ei. Sed ℣orphirius ꝛ Julianus in hoc rep-
hendunt paulum presumptione dicentes ꝙ hoc dixit la-
cerans petrum cum supra in faciem se restitisse scripserit
vt sit sensus. quicūq; sit ille id est etiam si petrus esset pu
nietur. Sed vt augustinus dicit nō est credendū ꝙ pau-
lus cum maledicto de ecclesie principe loqueret cū scri-
ptum sit Exo. 22. ℣rincipem populi tui nō maledices.
Nec etiam ꝙ petrus sic offenderit ꝙ esset dignus cond̄e
natione. Dicit ergo apostolus de quodam alio qui de iu
dea veniens dicebat se fuisse discipulu⁹ magnoꝝ aposto-
lozum. ꝛ sub ista auctoritate corrumpebat galathas ipse
cum alijs falsis predicatoribus supra. 2. ℣ropter subin-
troductos falsos frates ꝛc. ¶ Consequenter cum dicit.
Ego autē fratres ꝛc. remouet impedimentū ex parte sua
Et primo ponit sui excusationem. Secundo eozum qui
eum infamabant obiurgatiōem ibi. Utinam ꝛ abscindan
tur ꝛc. Excludit autem falsum quod ei imponebatur. ꝛ
℣mo aliquid pertinens adipsum tantum. Secundo ali-
quid pertinens ad omnes ibi. Ergo euacuatum est ꝛc.
Sciendum est circa primum ꝙ pseudo galathis excusan
tibus se de eo ꝙ non seruabant legalia. qz ita edocti erāt
ab apostolo ꝛ dicebāt ꝙ apostolus deceperat eos ꝛ con-
firmabant dicentes paulum predicasse in iudea ꝛ docuis
se legalia debere seruari. Et ideo excusat se de hoc apo-
stolus dicens. Ego autem fratres si circumcisionem ad-
huc predico sicut imponunt mihi pseudo: quid adhuc p-
secutionez patior scz a iudeis. 1. cozin. 4. ℣persecutionē
patimur ꝛc. Nam iudei specialiter ꝓpter hoc persequeba-
nē paulum ꝙ predicabat legalia non debere seruari.
Act. 21. dicit Jacob⁹ paulo. Audierunt de te quia disse
sionem doceas a moyse eozum qui per gentes sunt iude-
ozum dicens eos non debere circumcidere filios suos ꝛc
℣atet ergo ꝙ non est verum quod mihi imponunt: alio-
quin ꝓsecutiones adhuc non paterer. Falsum est etiam
id quod mihi imponūt ꝙ id quod communiter est apud
alios: quia si circumcisionem predico euacuatum est scā-
dalum crucis. Nam nō solū ego sed etiam oēs apostoli p̄
dicamus christum crucifixum. Judeis quidem scandalū
ꝛc. vt dicit. 1. coz. 1. Et de hoc marie scandalizant. qz p̄
dicamus ꝙ ꝙ crucem christi legalia euacuant. Si ergo
predico circumcisionem euacuatum est scandalum id est
non erit scandalum apud iudeos vltra de cruce. Maz pa-
tienter sustinerent immo libenter vellēt ꝙ predicarem⁹
crucem ꝛ legalia simul debere seruari. Vel ſm Augusti
num euacuatum est scandalum crucis id est euacuata est
crux que est scandalum. Quasi dicat. Crux perdidit effe
ctum suum et virtutem supra. 2. Si enim ex lege esset iu-
stitia: ergo christus gratis mortuus est. Dicit autez apo
stolus specialiter euacuatum est ꝛc. vt det intelligere ꝙ
ꝓpter hoc iudei occiderunt christum quia legalia nō ser
uabat: ꝛ ea nō esse seruanda docebat. Jo. 9. Non est hic
homo a deo qui sabbatum non custodit: ¶ Consequēter
obiurgat pseudo qui eum infamauerant dicens. Utinaz
ꝛ abscindantur ꝛc. Quasi dicat. Ipsi conturbant vos in
hoc ꝙ volunt vos circumcidi. sed vtinam non solum cir
cūcidanť. sed totaliter castrenť. Sed contra Ro. 12. Be
nedicite ꝛ nolite maledicere. ꝛc. Ad hoc ē duplex respō
sio. ℣rima est ꝙ non maledixit apostolus eis: sed pot⁹
benedixit. quia optauit eis vt spūaliter castrentur vt ser-
uarent spiritualem castitatem cassando cerimonilia ſm il
lud Matth. 19. Sūt quidam eunuchi qui se castrauerūt
ꝓpter regnum celorum. Secundo ꝙ optat eis sterilita-
tem prolis quam habēt eunuchi vt scz non genrent. Un
de ait vtinā ꝛ abscindanť ꝛc. id est vim gerandi perdant
in vobis vel alijs. Et hoc merito quia generant filios in
errorem ꝛ rediguntur eos in seruitutez legis. Osee. 9. Da
eis vuluam sine liberis ꝛ vbera arentia.

Lectio tertia.

Vos enim in libertatez vocati estis fratres: tantum ne libertatez in oc
casionem detis carnis: sed per cha
ritatem spiritus seruite inuicem. Omnis
enim lex in vno sermone impletur. diliges
proximum tuum sicut teipsum. Q̄ si inui-
cem mordetis ꝛ comeditis: videte ne ab in
uicem consumamini.

℣roposito exemplo standi ꝛ remoto eius impedimento:
hic innuit modum ipsius. Et primo ponit modum stan-
di. Secundo exponit ibi. Omnis enim lex ꝛc. Circa pri
mum tria facit. ℣rimo ponit conditionem status. Secū
do remouet abusum standi. Tertio innuit standi modū.
Conditio quidem standi est libertas. Omnis em̄ status
conditio pertinet ad seruitutem vel ad libertatez. sed sta
tus fidei christi ad quem inducit apostolus ad libertatez
pertinet: ꝛ est ipsa libertas. Et ideo dicit. Vos enim ꝛc.
quasi dicat. Recte conturbant vos: quia abducūt a me-
liore in pei⁹. qz vos vocati estis scz a deo i libertatē gra-
tie. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in
timore. sed accepistis spiritum adoptionis filiozum ꝛc.
supra. 4. Non sumus ancille filij: sed libere ꝛc. Vos in-
quā qui liberi estis per christum volunt ducere in serui-
tutē. Abusus aūt status est si in deterius prolabať et li-
bertas spiritus quertať in seruitutez carnis. Galathe au
tem tam liberi erant a lege. Sed ne credāt eis licere pec
cata cōmitttere que lex ꝓhibebat. ideo apostolus subdit
abusum libertatis dicens: Tantum ne ꝛc. Quasi dicat.
Liberi estis ita tamen ꝙ non abutamini libertate vestra
impune vobis peccandum esse arbitrātes. 1. cozin. 8. Vi
dete ne forte hec licentia vestra offendiculum fiat infir-
mis. Modus autem standi est per charitatem. Unde di-
cit. Sed ꝓ charitatem spiritus ꝛc. Status autem totus
est in charitate sine qua homo nihil est. 1. cozi. 13. Et ſm
diuersos gradus charitatis distinguunť diuersi status.
Sic ergo status gratie est non per affectum carnis: sed ꝓ
charitatem spiritus id est que procedit a spiritusancto ꝓ
quem debemus inuicem esse subiecti ꝛ seruire infra. 6.
Alter alterius onera portate ꝛc. Ro. 12. Honore inuicē
preuenientes ꝛc. Sed cum superius dicat ꝙ sint vocati

in libertatem. quid est q̄ modo dicit seruite inuicez. Ad quod dicendum est q̄ hoc exigit charitas vt inuicem seruiamus ꝛ tamē libera est. Sciendū est tamē q̄ sicut philosophus dicit: liber est qui est tausa sui. seruus autem est causa alterius vel vt mouentis vel vt finis. quia seruꝰ nec a se mouet ad opus. sed a domino ꝛ ꝓpter vtilitatez domini sui. Charitas ergo quantū ad causam mouentez libertatem habet. quia a se operat. 2. cozin. 5. Charitas christi vrget nos spontanee sez ad operandū. Seruus autem est cum postpositis ꝓprijs vtilitatibus acōmodat se vtilitatibus proximoꝝ. ¶ Consequenter cum dicit. Omnis lex ꝛc. exponit que dixit. ꝛ primo de dilectione. Secundo de libertate non danda in occasionem carnis ibi. Spiritu ambulate ꝛc. Circa primuz monet ad charitatē sectandam. Primo ꝓpter vtilitatez quā consequimur in impletione. Secundo ꝓpter damnū charitatis neglecte q̄ incurrimus ibi. Q̄ si inuicem ꝛc. Utilitas autē quaz cōsequimur in impletione charitatis maxima est. quia in ea implem⁹ totā legē. Et ī hoc dicit. Omis enī ꝛc. q̄si dicat. Ideo charitas est habenda. quia oīs lex in vno sermone implet sez in vno ꝓcepto charitatis Ro. 13. Qui diligit proximū legez impleuit. Et in eodem capitulo dicitur. Plenitudo legis est dilectio. Et ideo dicit. 1. Ti. 1. Finis precepti est charitas. Sed contra. qz dicit Mat. 22. In his duobus mādatis sez de dilectione dei ꝛ proximi tota lex pendet ꝛ ꝓphete. Non ergo in vno ꝓcepto tantum implet. Respondeo. dicendum est q̄ in dilectione dei includit dilectio proximi. 1. Jo. 4. Hoc mandatum habemus a deo vt qui diligit deum diligat ꝛ fratrem suum. Et econuerso proximū diligimus ꝓpter deum. impletur ergo tota lex in vno precepto charitatis. Precepta enim legis reducunt ad illud ꝓceptum. Nam oīa ꝓcepta vel sunt mozalia vel cerimonialia vel iudicialia. Mozalia quidem sunt precepta decalogi quorum tria pertinēt ad dilectionem dei. alia septem ad dilectionem proximi. Judicialia autem sunt vt quicūq; furat aliquid reddat quadruplum. ꝛ his similia que similiter ad dilectionem proximi pertinēt. Cerimonialia vero sunt sacrificia ꝛ huiusmodi que reducunt ad dilectionem dei. Et sic patet q̄ omnia in vno precepto charitatis implentur Diliges proximū tuū sicut teipsum. ꝛ est sc̄ptum Leuit. 19. Dicit autem sicut teipsum non quantū teipsum. quia homo ꝫm ordinem charitatis magis debet se diligere q̄ alium. Expontur autem tripliciter. Uno modo vt referatur ad veritatem dilectionis. Amare enim est velle bonum alicui. Et ideo dicimur amare aliquem cui volum⁹ bonuu. ꝛ etiam bonum illud quod ei volumus: sed diuersimode. quia cum volo bonum mihi me diligo simpliciter ꝓpter me. bonum autem illud quod mihi volo diligo non ꝓpter se sed ꝓpter me. Tunc ergo diligo proximū sicut meipsum id est eodē modo q̄ meipsum q̄n volo ei bonum ꝓpter se. non quia est mihi vtilis vel delectabilis. Secundo modo vt referak ad iusticiaz dilectionis. Unaquecq; enim res est illud quod potissimum est in ea. potissimū autē in in homine est intellectus et ratio. ille ergo diligit se qui vult sibi bonum intellectus ꝛ rationis. Tunc ergo diligis proximum sicut teipsum quādo vis ei bonum intellectus ꝛ rationis. Tertio modo vt referatur ad ordinem scilicet vt sicut te diligis ꝓpter deum: ita ꝛ proximum ꝓpter ipsum diligas scilicet vt ad deum perueniat. ¶ Consequenter cum dicit. Q̄ si inuicem ꝛc. inducit ad charitatem sectandam ex damno: q̄d incurrimus si eam negligamus. Ubi loquitur galathis adhuc quasi spiritualibus abstinens a commemoratione manifestorum inuidorum: ꝛ eorum que minora videntur mentionem facit sez de vitijs lingue. Et ideo dicit. Q̄ si inuicem ꝛc. Quasi dicat. In dilectione omnis lex impletur. q̄ si vos inuicem mordetis id est in parte famam proximo detrahendo aufertis. qui enim mordet non totum accipit: sz partē. Et comeditis id est totā famā aufertis et totaliter detrahendo confunditis. Nam qui comedit totum absorbet. Jac. 4 Nolite detrahere alterutrum frēs mei ꝛc. Si ita inquā charitatem negligitis videte damnum quod imminet vobis scilicet q̄ ad inuicem cōsumamini. Phil. 3. Videte canes videte malos operarios ꝛc. Esa. 49. Et vane fortitudinem meam consumpsi ꝛc. Nā sicut Augustinus dicit. Ultio contentionis ꝛ inuide per nicioſa iurgia inter homines nutriunt: quibus consumitur societas ꝛ vita.

Lectio quarta.

Dico aūt in christo. Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hec enī sibijnuicem aduersant: vt non quecūq; vultis illa faciatis.

Postq̄ apostolus manifestauit in quo consistit status spiritualis: qz scilicet in charitate: consequēter hic agit de causa status scilicet de spiritusancto. quē dicit esse sequēdum. Ubi ponit triplex beneficium spiritussancti. Quorum primum est liberatio a seruitute carnis. Secundum est liberatio a seruitute legis. Et tertium est collatio vite seu securitas a damnatione mortis. Secundum ibi. Q̄ si ducimini ꝛc. Tertium ibi. Si spiritu viuimus ꝛc. Circa primum duo facit. Primo ponit primum beneficium spiritus. Secundo beneficij necessitatem ostendit ibi. Caro enī ꝛc. Dicit ergo. Dico q̄ debetis per charitatem spiritus inuicem seruire. quia nihil prodest sine charitate. Sed hoc dico in christo id est per fidem christi. Spiritu ambulate id est mente et ratione. Quādoq; enim mens nostra spiritus dicitur scōm illud Ephe. 4. Renouamini spiritu mētis vestre. et. 1. Cozin. 4. Psallam spiritu psallaz et mente. Uel spiritu ambulate id est spiritusancto proficite bene operando. Nam spiritussanctus mouet ꝛ instigat cozda ad bene operandum. Ro. 8 Qui spiritu dei aguntur ꝛc. Ambulandum est ergo spiritu id est mente vt ipsa ratio siue mens legi dei concordet. vt dicitur Roma. 7. Sed spiritus humanus per se vanus est ꝛ nisi regatur aliunde fluctuat hac atq; illac vt dicitur Ecc̄. 34. Et sicut parturientis cor tuuz fantasias patitur: nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio ꝛc. Unde de quibusdam dicitur Ephe. 4. Ambulant in vanitate sensus sui. ꝛc. Non ergo perfecte stare potest ratio humana nisi scōm q̄ ē recta spū diuīo. Et ideo dicit apostolus. Spiritu ambulate id est per spiritumsanctum regentem ꝛ ducentem quem sequi debemus sicut demonstrantem viam. Nam cognitio supernaturalis finis nō est nobis nisi a spiritusancto. 1. cozin. 2. Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit ꝛc. ¶ Et sequitur. Nobis autē reuelauit deus per spiritum suum. Itez sicut inclinantem. Nam spiritussanctus instigat ꝛ inclinat affectum ad bene volendum. Roma. 8. Qui spiritu dei aguntur ꝛc. ps̄. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Ideo autem spiritu ambulandū est. quia liberat a corruptione carnis. ¶ Uñ sequit. Et desideria carnis nō perficietis id ē delectatiōes carnis q̄s caro suggerit: hoc desiderabat apls dicēs. Ro. 7. Infelix ego hō quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? gratia dei ꝛc.

quia est annūciatio bona. Unde dicit. Euangeliū quod quidem annūciat summū bonū ⁊ vitam eternā. ⁊ antho nomastice verbū fidei euangeliū dicit. quasi annunciatio summi boni. Esa. 52. Quā pulchri pedes annūciantis ⁊ predicātis pacem annūciantis bonū predicantis salutem. Eodē. 41. Super montē excelsum ascende tu qui euangelizas syon. Et hoc est q̄tuz ad futura bona. Tertio describit quantū ad bona presentia quia saluat. Unde dicit. Salutis nostre. id est quod creditū dat salutē. Rom. 1. Non em̄ erubesco euangeliū. virtus em̄ dei est in salutē omni credenti. 1ᵉ. cozinth. 15. Notū autem vobis facio fratres euangeliū quod predicaui vobis quod ⁊ accepistis in quo ⁊ statis per q̄ ⁊ saluamini. ¶ Quātum autē ad beneficiū conuersionis ad fidem dicit. In quo scz xp̄o. id est in cui⁹ operatiōe vos credentes signati estis. Quod quidē beneficiū ideo ponit fidei quia fides necessaria est audientibus. Frustra enim quis audiret verbū veritatis si nō crederet. Et ip̄m credere est per xp̄m. infra secūdo. Gratia em̄ saluati estis per fidem. Et hoc nō ex vobis donū enim dei est. ¶ Quantū vero ad beneficiū iustificatiōis dicit. Signati estis. Et hoc per spiritū sanctū qui datus est vobis de quo dicit tria scz q̄ est signū. ⁊ q̄ est spūs p̄missionis. ⁊ q̄ est pignus hereditatis. Signū quidē est inquantū per eum infundit caritas in cordibus nostris: qua distinguimur ab his qui nō sunt filij dei. ⁊ quantū ad hoc dicit. Signati estis. id est diuisi a grege dyaboli. infra. 4. Nolite cōtristare spiritū sanctū dei in quo signati estis ꝛc. Sicut em̄ homīes gregibus suis apponūt signa vt ab alijs distinguant ita dñs gregem suū. id est populū spirituali signo voluit signari. Dñs autem populū peculiarem habuit in veteri quidē testamento iudeos. Ezech. 34. Vos autē greges mei greges pascue mee homīes estis Unde p̄s. Nos autem popul⁹ eius ⁊ oues pascue eius. Sed q̄ hic grex in pascuis coporalibus pascebat. scz in doctria corporali ⁊ in bonis temporalib⁹ Esa. 1. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. ideo eū dominus corporali signo scz circūcisionis ab alijs separauit ⁊ distinxit. Gen. 17. Eritq̄ pactum meū in carne vestra. P̄rius autē dicit. Circūcidetis carnē p̄pucij vestri vt sit signū federis inter me ⁊ vos. In nouo autē testamento gregez habuit populū christianū. 1ᵉ. petri. 2⁰. Conuersi estis nunc ad pastorē ⁊ episcopū animarū vestrarū. Joh. 10. Oues mee vocē meam audiēt ꝛc. Sed grex iste pascit in pascuis spiritualibus bonis. ideo eū signo spirituali ab alijs dñs distinxit: hoc autē est spiritus sanctus per quez illi qui x̄pi sunt distinguūtur ab alijs qui nō sunt eius. nūc autē spiritus sanctus amor est. ergo tūc spiritussanctus datur alicui quando efficit amator dei ⁊ p̄simi. Rom. 5. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū ꝛc. Signū ergo distinctiōis est charitas que est a spiritusancto. Jo. 13. In hoc cognoscēt omnes quia mei discipuli estis si dilectionē habueritis ad inuicē. Spiritus ergo sanctus est quo signamur. ¶ Spiritus vero p̄missionis dicit duplici ratiōe. P̄rimo quia p̄missus est fidelibus. Ezech. 36. Spiritū nouū ponam in medio vestri. Et ezechiel. 37. Dabo vobis spiritū nouū. Secūdo quia dat cum quadā promissione. ex hoc enim ipo q̄ datur nobis efficimur filij dei. Nam per spiritūsanctū efficimur vnū cum x̄po. Rom. 8. Siquis autē spiritū. dei nō habet hic non est eius. ⁊ per ꝓsequens efficimur filij dei adoptiui ex quo habemus promissionē hereditatis eterne quia si filij ⁊ heredes. Rom. 8. ¶ Tercio dicitur pignus inquantū facit certitudinē de p̄missa hereditate. Nam spiritussanctus inquantū adoptat in filios dei est spiritus p̄missionis: et ipemet est signum promissionis adipiscende. Sed vt dicit in glo. Alia littera habet qui est arra hereditatis. et forte melius quia pign⁹ est aliud a re pro qua dat ⁊ redditur post q̄ ille qui pignus recepit rem sibi debitā habet. Arra autez non est aliud a re pro qua datur nec reddit quia datur de ipo precio quod nō est auferendū sed complendū. Deus autē dedit nobis caritatē tanq̄ pignus per spiritūsanctū qui est spiritus veritatis ⁊ dilectionis. Et ideo huiusmodi nō est aliud q̄ quedā particularis ⁊ imperfecta participatio diuine caritatis ⁊ dilectiōis. Que quidem non est auferenda sed perficiēda. ideo magis proprie dicit arra q̄ pignus. tamen potest nihilominus ⁊ pignus dici. Nam per spiritū sanctū deus nobis diuersa dona largit. quorum quedaz manent in patria vt caritas que nunq̄ excidit. 1ᵉ. cozin. 13. Quedā vero propter sui imperfectionē non manent sicut fides et spes que euacuabuntur vt ibidem dicitur. Sic ergo spiritussanctus dicitur arra per respectum ad ea que manent: pignus vero per respectum ad ea que euacuabuntur. Ad quid autem signati simus subdit dicens: In redemptionē. Nam si aliquis de nouo aliqua animalia acquireret et adderet gregi suo imponeret eis signa acquisitiōis illius. xp̄us autem acquisiuit populū ex gentibus. Joh. 10. Alias oues habeo que nō sunt ex hoc ouili ⁊ illas oportz me adducere ꝛc. Et ideo impressit eis signū acquisitiōis. 1ᵉ. petri. 2⁰. Sens sancta populus acquisitiōis. Act. 20. Quā acquisiuit sanguine suo Sed quia x̄pus acquisiuit populū istuz non sic q̄ nunq̄ fuerit suus: sed quia aliquādo fuerat suus ⁊ opprimebat a seruitute dyaboli in quā peccando se redegit. ideo non dicit simpliciter acquisiuit. sed addit in redemptionem. Quasi dicat. Non simpliciter de nouo acquisiti sed qua si a seruitute dyaboli per sanguinē eius redempti. 1ᵉ. petri. 1⁰. Non corruptibilibus auro et argento redempti estis ꝛc. Acquisiuit ergo x̄pus nos redimēdo non q̄ accrescat inde aliquid deo quia bonoꝝ nostrozuꝝ non indiget. Job. 35. Si iuste egeris quid donabis ei: aut quid de manu tua recipiet? Ad quid autem acquisiuerit nos x̄pus subdit. In laudem glozie ip̄ius. id est vt ip̄e deus laudet. Esaie. 43. Qui inuocat nomen meū in gloriam meam creaui eum.

Lectio sexta.

Propterea ⁊ ego audiens fidem vestram que est in x̄po iesu: ⁊ dilectionem in omnes sanctos: nō cesso gratias agens pro vobis memoriam vestri faciens in orationibus meis: vt deus domini nostri iesu x̄pi pater glorie det vobis spiritum sapientie ⁊ reuelatiōis in agnitionez eius. illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis que sit spes vocatiōis eius ⁊ que diuitie glorie hereditatis ei⁹ in sanctis ⁊ que sit superueniens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus.

Postq̄ enumerauit apostolus beneficia ephesijs collata per x̄pm: hic ostendit quomō affectus suus creuit ad eos. Diuidit autez hec pars in tres partes. quia primo premittit bonoꝝ que audiuit de eis comemoratio. Secūdo de perceptis beneficijs gratiarum debita actio. ibi. Non cesso gratias agens ꝛc. Tercio subditur pro futuris beneficijs eius oratio ibi. Memoriam vestri faciens ꝛc. Bona autem que de eis audiuit sunt duo. Unū quo ordinant ad deū: ⁊ hoc est fides. ⁊ quantū ad hoc dicit,

Et propterea: Et ego audiens fidem vestram que est in xpo iesu. que quidē facit habitare deum in homine infra tercio. Habitare xpm per fidē in cordibus vestris. Item corda purificat. Act. 15. Fide purificans corda eoꝝ Itē sine lege iustificat Rom. 3. Arbitramur iustificari hominē per fidem sine operibus legis. Secundū quo ordinātur ad proximū ꝛ hoc est dilectio. ꝛ quantū ad hoc dicit Et dilectionē. id est opera caritatis. que quidē dilectio est spirituale signū ꝙ homo sit discipulus xpi. Joh. 13°. In hoc cognoscēt omnes quia mei estis discipuli si dilectionē ꝛc. Et ibidē. Mandatū nouū do vobis vt diligatis inuicē ꝛc. Dilectionē dico in omnes sanctos. Mā omnes quos ex caritate diligimus debemus eos diligere: vel ideo quia sancti sunt. vel vt sancti sint. Gala. vltimo Dum tempus habemus operemur bonū ad omnes: maxime autē ad domesticos fidei ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Non cesso ꝛc. agit aplus gratias de bonis et beneficijs huiusmodi auditis dicēs: Non cesso gratias agens ꝛc. Contra quia nō semper poterat cōtinue pro eis gratias agere. Respondeo. apostolus dicit nō cesso. id est horis debitis. vel nō cesso quia affectus gratias agendi ꝑ vobis sine cessatiōe habitualiter est in me. Col. 1. Non cessamus ꝑ vobis orantes ꝛ postulātes ꝛc. Rom. 1°. Sine intermissione memoriā vestri facio semper in oratiōibus meis. ¶ Consequēter orat aplus pro beneficijs eis in futurū concedendis ꝛ quantū ad hoc dicit. Memoriā vestri ꝛc. Et hec diuidit in tres. quia primo ꝓponit quedā que eis petit. Secūdo exponit ea ibi. In agnitiōe eius ꝛc. Tercio ostendit exemplar ꝛ formaz illoꝝ. ibi. Scōm operationē potentie ꝛc. Dicit ergo quantum ad primū. Non solū gratias ago quantū ad beneficia preterita que recepistis. ꝛ quantū ad bona audita de vobis. sed etiam oro vt omnino in futurū accrescāt. memoriā vestri faciēs in oratiōibus meis ꝑ his. scilicz vt deus dñi nostri iesu xpi pater glorie ꝛc. ¶ Ubi sciendum ꝙ dñs noster iesus xps ꝛ deus ꝛ hō est. Et inquantū hō est deū habet cum sit cōpositus ex anima ꝛ corpore. quoꝝ vtriq cū sint creature competit deū habere. scōm autē ꝙ deus est patrē habet. Joh. 20. Ascendo ad patrē meū ꝛ patrē vestrū. deum meū ꝛ deū vestrū. Similiter etiā scōm ꝙ est deus est gloria patris. Heb. 1. Qui cū sit splendor glorie ꝛc. Est etiā gloria nostra quia ipe est vita eterna. 2. Jo. vltimo. Simus in vero filio eius: hic est verus deus ꝛ vita eterna. Sic ergo dicit vt deus dñi nostri ihesu xpi scōm ꝙ est homo ꝛ pater glorie. s. xpi qui est gloria eiꝰ. Prouer. 23. Gloria patris filius sapiens ꝛc. Et glorie nostre inquantū dat omnibus gloriā. ¶ Deinde cū dicit. Det vobis ꝛc. ponit ea que petit que sunt duo. Ubi sciendū est ꝙ quedā sunt dona cōmunia omnibus sanctis. scz illa que sunt necessaria ad salutē. vt fides spes caritas. et hec habebāt vt iam patet. Alia aūt sunt dona specialia ꝛ quantū ad hoc pro eis orat. primo quidē pro dono sapiētie. ꝛ quantū ad hoc dicit. Ut det vobis spiritū sapiētie quē nullus potest dare nisi deus. Sapi. 9. Sensum autē tuū quis sciet nisi tu dederis sapientiā ꝛ miseris spiritū sanctū tuū de altissimis. Secūdo orat ꝑ dono intellectus. ꝛ hoc consistit in reuelatiōe spiritualiū secretoꝝ ꝓpter quod dicit. Et reuelatiōis que etiā a solo deo est. Danieł. 2. Est deus in celis reuelās mysteria. ¶ Exponit aūt que sint ista que petit. ꝛ primo quod pertinet ad donū sapientie. Secūdo quod pertinet ad donū intellectus ibi. Ut sciatis que sit spes ꝛc. Ad donū autē sapiētie pertinet cognitio diuinoꝝ. Unde petere donū sapiētie est petere ꝙ habeāt cognitionē dei. Et hoc petit ibi. In agnitiōez dei ꝛc. Quasi dicat. Hoc peto vt per spiritū sapiētie habeatis illuminatos oculos cordis vestri in agnitiōez. scz clariorē eius. scz dei. ps. Illumīa oculos meos ꝛc. Hoc est cōtra eos qui habēt oculos illuminatos tantū ad temporalia cognoscēda cum magis tamen sit necessariū ꝛ etiā glorioſum cognoscere deū. Jere. 9°. Non glorieť sapiens in sapientia sua ꝛ nō glorieť diues in diuitijs suis: sed in hoc glorieť qui gloriať scire ꝛ nosce me. Ad donū autem intellectus tria pertinentia ponit. Unū quantū ad statū presentē. ꝛ duo quantū ad futurū. Ad statū vero presentē pertinet spes que est necessaria ad salutē. Rom. 8. Spe enim salui facti sumus ꝛc. ꝛ quantū ad hoc dicit. Ut sciatis que. i. quanta sit spes vocatiōis eius. id est virtus spei. ꝛ de quāta re sit. Que quidē ꝛ maxima est quia de maximis. 1ª. petri. 1. Regenerauit nos in spem viuā per resurrectionē ihesu xpi ex mortuis ꝛc. Et maxima virtutū. Heb. 6. Fortissimū solatiū habeamus qui cōfugimus ad tenendā ꝓpositam spem quā sicut anchoraz habemus anime ꝛc. Sed quia ea que speramus sunt de futura vita. ideo alia duo pertinent ad vitā futurā. vnū quidē pertinet ad omnes iustos cōmuniter quod est premiū essentiale Et quantū ad hoc dicit. Et que diuitie glorie ꝛc. Ubi ponit quattuor ad illa dona pertinentia. Primū est ꝙ sunt copiosissima. et quantū ad hoc dicit. Diuitie. Prouerb. 1. Abundantia perfruet terroze maloꝝ sublato. ps. Gloria ꝛ diuitie in domo eius ꝛc. Prouerb. 8. Mecū sunt diuitie ꝛ gloria ꝛc. Secūdo ꝙ sunt clarissima. Et quantū ad hoc dicit. Glorie. Rom. 2. Gloria autē ꝛ honor ꝛ pax omni operanti bonū ꝛc. Tercio ꝙ sunt stabilissima ꝛ q̄tuz ad hoc dicit: Hereditatis. Ea em̄ que hereditaria sunt stabiliter possidenť. Eccl. 31. Stabilita sunt bona illius in domino ps. Dñs pars hereditatis mee ꝛ calicis ꝛc. Quarto ꝙ erūt intima. Et quantū ad hoc dicit. In sanctis. Rom. 8. Non sunt cōdigne passiones hui⁹ temporis ꝛc. 2ª. corinth. 4. Supra modū in sublimitate glorie pondus operať in nobis. Aliud quod ponit pertinēs ad futurā gloriā est quod specialiter pertinet ad apostolos. Unde dicit. Et que sit supple. sciatis supereminens magnitudo virtutis eius scilicz in bonis. Quasi dicat. Licet omnibus sanctis abūdanter diuitias glorie tribuat: supereminentius tamen tribuet aplis. Magnitudo em̄ virtutis ostēdiť in effectu. Unde quāto magis effectus virtutis diuine in aliq̄ inueniť. tāto ibi virtus diuina maior ostēdiť: licet in seipa sit vna ꝛ indiuisa. Et ideo quia maior effectus virtutis diuine est in apostolis. ideo magnitudo virtutis erit in eis. Et ꝙ maior sit in eis effectus ostēdit subdens. Qui credidimus id est qui sumus primitie credentiū. 2ª. corinth. 4. Nos credidimus ꝓpter quod ꝛ loquimur sciētes ꝙ ille qui suscitauit iesum ꝛ nos cuz iesu suscitabit. ꝓpter quod dicebat. 2ª. thimo. 1°. Scio cui credidi ꝛ certus sum ꝛc. Ideo illi inter vos per quos alij instructi sunt ꝛ vocati ad fidem. sicut doctores praeeminentius premiabunť. quia vt dicit in glo. quodāmodo incrementū glorie habebunt sūmi doctores vltra illud qđ cōmuniter omnes habebūt. ꝓpter quod Danie. 12. Doctι assimulanť splendori firmamēti. sed doctores assimulanť stellis. Qui autē docti fuerint quasi splendor firmamēti. ꝛ qui ad iusticiā erudiūt multos quasi stelle in perpetuas eternitates.

¶ Lectio septima.

Secundū operationē potentie virtutis eius quaz operatus est in xpo suscitans illum a mortuis ꝛ constituens ad dexteram suaz in celestibus super omnem principatū ꝛ potestatem ꝛ virtutez

ꝛ dominationē ꝛ omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro.

Enumeratis beneficijs que apostolus cōferenda optat ephesijs in futuꝝ: hic consequēter ponit formā ꝛ exemplar. Sicut autem vita xpi est forma ꝛ exemplar iusticie nostre: ita ꝛ gloria ꝛ exaltatio xpi est forma et exemplar glorie ꝛ exaltatiōis nostre. Ideo hic apostolus duo facit quia primo ꝓponit formā exaltatiōis beneficij ꝛ donoꝝ in generali. Secūdo manifestat eam in speciali. ibi. Suscitans illū a mortuis ꝛc. Forma autē ꝛ exemplar operationis diuine in nos est operatio diuina in xpo. Et quantū ad hoc dicit. Scōm operationē. id est ad similitudinē operatiōis potentie virtutis eius. id est virtuose potentie dei quā operatus est in xpo exaltans caput illud. sup ple ita virtuose operabit in nobis. ℔hil. 3°. Saluatorē expectamus dōm nostrū iesum xpm qui reformabit corpus humilitatis nostre ꝛc. Mos autē exaltari ad similitudinē exaltationis xpi frequēter legimus in scriptura. Rom. 8. Si cōpatimur et glorificemur. Item Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere mecū in throno meo sicut et ego vici ꝛ sedi cū patre meo in throno eius ¶ Consequēter explicat formā ꝛ exemplar in speciali: manifestans ea que pertinent ad exaltationē xpi. loquēdo de xpo inquātum est homo dicēs: Suscitans illū ꝛc. Circa quod tria beneficia ponit exaltatiōis xpi. ℔primū est transitus de morte ad vitā. ꝛ quantū ad hoc dicit. Suscitans illuꝝ a mortuis. Secundū est exaltatio ad gloriam altissimā. et quantū ad hoc dicit. Constituens illū ad dexterā suam. Terciū est sublimatio ad potentiā maximā. ꝛ quantum ad hoc dicit. Et omnia subiecit sub pedibus eius. Dicit ergo quantū ad primū. dico ꝙ hoc erit ℔m operationē q̄ opatus est in xpo. s. deus pr̄ eadē virtute quā hz cū xpo Unde ꝛ ipse xps seip̄m resuscitauit ꝛ de⁹ pr̄ eū resuscitauit. Ro. 8. Si spūs eius qui suscitauit iesum a mortuis hītat in vobis: q̄ suscitauit iesuꝝ a mortuis viuificabit ꝛ mortalia cozpora vestra. Quantū vero ad secundū dicit Constituens illū ꝛc. Que quidē celsitudo glorie potest tripliciter considerari. scz per comparationē ad deū. per comparationē ad cozporales creaturas. ꝛ per comparationē ad creaturas spūales. Si ergo considerēt per comparationē ad deū. sic ꝓstitut⁹ est ad dexterā suā. que qui dem dextera nō est intelligēda pars cozporalis. quia vt dicit Job. 4. Spiritus est deus. sed metaphorice dicitur: vt sicut per dexteraꝝ intelligit nobiliozꝝ virtuosioꝝ pars homis: ita cū dicimus xpm iesum constitutū ad dexteram dei intelligat scōm humanitatē cōstitutus in potiozib⁹ bonis patris. et scōm diuinitatē intelligat equalis patri. Unde ps. Dixit dōs domino meo: sede a dextris meis ꝛc. Item marci vlti. Et dōs quidē iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celū ꝛ sedet ad dexteram dei. In comparatiōe vero ad cozporales creaturas dicit in celestibus. Nam cozpora celestia tenēt suprem locū in comparatiōe ad alia cozpora. infra quarto. Qui descendit ipe est ꝛ qui ascēdit super omnes celos. In cō paratiōe vero ad spirituales creaturas. ℔primo specialiter. Secūdo quantū ad omnia cōmuniter. ibi. Et super omne nomen ꝛc. ¶ Ad hoꝝ autem intelligentiā sciendū est q̄ nouē sunt ordines angeloꝝ: quoꝝ quatuor apostolus tangit hic. qui quidē sunt medij. Nā supra eos sunt tres superiores scz throni cherubin ꝛ seraphin Sub eis autē sunt duo inferiores scz archangeli ꝛ angeli. Qui q̄ dem nouē ordines diuiduntur in tres ierarchias. id est sacros principatus. In quaꝝ qualibet assignant tres ordines. sed in assignatiōe ordinū hierarchie prime cōueniūt omnes doctores in hoc scz q̄ suprem⁹ ordo ipius sit seraphin. secūdus cherubin. tertiꝰ throni. In assignatione vero ordinū aliarum duarū hierarchiarū scz mediē ꝛ infime discordāt dyonisius ꝛ gregorius. Nam dyonisius in suprem⁹ ordine medie hierarchie ponit dominationes. In secūdo virtutes. In tercio potestates descendēdo. In suprem⁹ vero ordine infime hierarchie posuit principatus. In secūdo archangelos. In tercio angelos Et hec assignatio ordinū concordat littere presenti. Nā apostolus ascendendo incipit a suprem⁹ infime hierarchie: qui est septimus. Hregorius autem aliter ordinat. quia ponit principatus in medio dominationū ꝛ potestatū quod pertinet ad secūdum ordinē medie hierarchie. virtutes vero ponit in medio potestatū et archangelorū quod pertinet ad suprem⁹ ordinē infime hierarchie. Et hec assignatio etiā fulcimentū habet ex verbis apostoli. Col. 3. vbi dicit. Siue throni siue dominatōes siue principatus siue potestates. vbi illos ordines enumerat descendēdo. Sed reseruata ordinatiōe gregorij vsquequo legamus epistolā ad col. ad presens viā dyonisij magis competentē presenti littere ꝓsequemur. ¶ Ad cuiꝰ intellectū sciendū est q̄ potest cōsiderari tripliciter ordo rerum. ℔primo quidē scōm q̄ sunt in prima omniū causa: scz in deo. Secūdo vero scōm q̄ sunt in causis vniuersalibus. Tercio scōm determinationē ad speciales effectꝰ ꝛ quia omnia que fiūt in creaturis ministrant̄ per angelos. ideo scōm triplicē acceptionē ordinis rerum distinguūtur tres angelice hierarchie: ad quarū vnā pertinet accipere ratiōes rerū in ipo rerum vertice scz deo. ad aliam vero pertinet accipere ratiōes rerū in causis vniuersalibus. ad aliā vero in ꝓpriis effectibus. Nam quanto mentes angelice sunt superiores: tanto diuinā illuminationē in maiori vniuersalitate recipiūt. Et ideo ad suprem⁹ hierarchiā pertinet administratio rerū in comparatione ad deū. ℔propter qō ordines hierarchie istius denominant̄ per comparationē ad deū. quia seraphin dicūtur ardentes ꝛ vniti deo per amorē. Cherubin vero quasi lucētes inquantū supereminēter diuina secreta cognoscunt. Throni vero inquantū in eis deus sua iudicia exercet. De istis tribus ordinibus nullā facit hic apostol⁹ mentionē. Ad mediā hierarchiā pertinet rerū administratio per cōparationē ad causas vniuersales. vnde denominant̄ ordines hierarchie illius nominibus ad potestatem pertinētibus cū cause vniuersales sint virtute ꝛ potestate in inferiozib⁹ ꝛ particularib⁹. Ad potestates autem que habēt vniuersale regimen tria pertinent. ℔primo q̄ sit aliquis per imperiū dirigens. Secundo q̄ sint aliqui qui impedimēta executiōis repellant. Tercio q̄ sint aliqui qui ordinent qualiter alij imperiū exequant̄. ℔rozū autem primū pertinet ad dominatiōes que vt dicit dyonisius sunt libere ab omni subiectiōe nec ad exteriora mittunt̄. sed eis qui mittunt̄ imperāt. Secūduꝝ vero pertinet ad virtutes que prebent facilitatē ad imperium implendū. Terciū vero pertinet ad potestates imperiū exequentes. Ad infimā autē hierarchiā pertinet administratio rerū in comparatōe ad speciales effectus. vnde nominib⁹ ad eos pertinētibus nuncupant̄. Unde angeli dicunt̄ illi qui exequūtur ea que pertinēt ad salutez singulorꝝ. Archangeli vero qui exequūtur ea que pertinent ad salutem ꝛ vtilitatem magnoꝝ. ℔rincipatus vero dicunt̄ illi qui ꝓsunt singulis prouincijs. ¶ His ergo expositis xp̄us super omnes est. De his vero quattuor apostolus specialē mentionē facit. Cuius ratio est: q̄ hoꝝ quattuoꝝ ordinū nomina a dignitate imponunt̄. et quia agit de dignitate xpi. ideo hic specialiter eos nomīnat vt ostendat xp̄m omnē dignitatē creatam excedere.

¶ Consequēter cum dicit. Et omne nomen qđ nominatur ꝛc. ostendit xp̃m exaltatū esse cōmuniter supra omnē creaturā spiritualē. dixerat enim supra xp̃m esse exaltatū super omnes creaturas spirituales que a potestate denominanť. Sed quia preter illos angelorū ordines in sacra scriptura quidā alij ordines celestiū spirituū inueniūtur. scz seraphin. Esaie. 6. ꝛ cherubin. Ezech. 10. ꝛ. 11. ꝛ 41. ꝛ thzoni. in p̃s. Et de istis nō fecerat mentionē. ideo ostendit xp̃m ꝼm qđ homo supra omnes huiusmōi ordines esse exaltatū. ꝓpter quod subiūgit dicens. Et super omne nomen ꝛc. id est nō solū super principatus sed sup omne nominabile. ¶ Sciendū est eñ qđ nomen imponitur ad cognoscendū rem. vnde ꝛ significat rei substantiā cū significatū nominis sit diffinitiua ratio rei. Cum ergo dicit. Et oē nomen qđ nōiať dat intelligere qđ exaltať est supra omnē substantiaz de qua potest haberi noticia ꝛ nomine cōprehendi. Qđ dico vt excludať substantia diuinitatis que incōprehensibilis est. Unde glo. dicit. Supra omne nomē. i. nomiabile. Et ne intelligať qđ sit supra nomen dei. ideo subdit. Quod nominať. Maz maiestas diuina nullo noīe cōcludi vel nomiari potest. Addit aūt non solū in hoc seculo sed etiā in futuro. qz multa fiūt in hoc seculo que noticia cōprehendimus ꝛ nominamus. quedā tamen sunt in futuro seculo que hic comprehendi nō possunt: nec etiā nominari: quia vt dicit. 1ª cozinth. 13°. Exparte cognoscim9 ꝛ exparte ꝓphetam9. Nominanť tamē hec a beatis que sunt in futuro seculo. Huiusmodi autē sunt de quibus dicit apls. 2ª. cozinth. 12. qđ audiuit audiuit archana verba que nō licet homini loqui. Et tamen super hec omnia exaltatus est xp̃us. Phil'. 2. Dedit illi nomen qđ est super omne nomen.

Lectio octaua.

Et omnia subiecit sub pedibus ei9: ꝛ ipm dedit caput supra omnez ecclesiam qui est corpus ipius ꝛ plenitudo eius qui oīa in omnibus adimpleť.

Supra egit aplus de exaltatione xp̃i et quantū ad eius transitū de morte ad vitā in illa particula. Suscitās illū ꝛc. ꝛ de eius exaltatiōe ad gloziā altissimā. in illa particula. Et cōstituens ad dexterā ꝛc. hic agit de eius exaltatiōe quantū ad potestatē maximā. Circa quod duo facit. qz primo agit de xp̃i potestate respectu totius creature. Scōo de eius potestate respectu ecclesie. ibi. Et ipm dedit ꝛc. Dicit ergo qđ respectu totius creature habet vniuersalē potestatē quia omnia subiecit. scz deus pater sub pedibus eius. ¶ Ubi sciendū est qđ hoc quod dicit. Sub pedibus. potest accipi dupliciter. Uno modo vt sit locutio figurativa et similitudinaria. vt scz per hoc deť intelligi qđ omnis creatura totaliter est subiecta potestati xp̃i. Illud eñ est a nobis omnino subiectū quod pedibus cōculcamus. Et de ista potestate dicit Math. vlti. Data est mihi oīs potestas in celo ꝛ in terra. Heb. 2. In eo eñ qđ ei omnia subiciunť nihil dimisit nō subiectū ei Alio modo vt sit locutio methaphozica. Maz per pedes intelligiť infima pars cozporis. per caput vero suprema Licet autē in xp̃o diuinitas ꝛ humanitas nō habeāt rationē partis. tamen diuinitas que est suprem̄ū in xp̃o intelligiť per caput. 1ª. cozinth. 11. Caput vero xp̃i deus. humanitas vero que infima est intelligiť per pedes p̃s. Adozabim9 in loco vbi steterūt pedes eius Est ergo sensus qđ oīa creata nō solū subiecit pater xp̃o inquantū est deus cui ab eterno oīa sunt subiecta sed etiā humanitati eius. Aduertendū est autē hic qđ xp̃o subiciunť aliqua dupliciter. quia quedā voluntarie ꝛ quedā inuolūtarie. Hoc autē origenes nō intelligens sumpsit ex hoc verbo apostoli occasionē erroris dicēs. qđ omnia que subiciūtur xp̃o participāt salutē quia ipe est vera salus. Et ideo dixit qđ oēs demones ꝛ dānati aliquādo saluabunť vt subiciank sub pedibus xp̃i. hoc autē est cōtra sententiā dñi. Math. 25°. Discedite a me maledicti in ignē eternū qui paratus est diabolo ꝛ angelis eius. ꝛ cōcludit in fine capituli. Ibūt hi in suppliciū eternū. Dicendū est ergo qđ omnia subiecit sub pedibus eius. sed quedā voluntarie tanq̄ saluatori: puta iustos qui in vita presenti implent voluntatē dei. ꝛ isti subiciunť ei vt impleat eoz desideriū ꝛ voluntatē expectantes illud qđ dicit de bonis ꝓuer. 10. Desideriū suū iustis dabit. Quedā vero subiciunť ei inuite tanq̄ iudici vt xp̃s de his suā voluntatē faciat. Et isti sunt mali de quibus potest intelligi illud Luce. 19. Uerūtamen inimicos meos illos qui noluerūt me regnare super se. adducite huc ꝛ interficite cozā me. ¶ Deinde cū dicit Et ipm dedit caput ꝛc. agit de potestate xp̃i respectu ecclesie. Circa qđ tria facit. qz primo ponit habitudinē xp̃i ad ecclesiā. Secūdo habitudinē ecclesie ad xp̃m. Tercio exponit illaz habitudinē. Quantū ad primū dicit. Et ipm dedit deus pater caput super omnē ecclesiā scz tam militantē que est hominū in presenti viuentiū qđ triumphantē que est ex hominibus ꝛ angelis in patria. xp̃us enim ꝼm quasdā cōmunes rationes caput est etiā angelorū. Col'. 2. Qui est caput omnis principatus ꝛ potestatis. sed ꝼm speciales rationes est xp̃us caput hominū spiritualiter. Nam caput triplicem habitudinē habet ad mēbra. Primo quidē quo ad preeminentiā in situ. Secūdo quo ad diffusionē virtutū quia ab eo omnes sensus deriuank in mēbra. Item quo ad ꝼormitatē in natura. Sic ergo quantū ad preeminentiā ꝛ quantū ad diffusionē xp̃us est caput angelorū. Nā xp̃us preest angelis etiā ꝼm humanitatē. Heb. 1. Tanto melioz angelis effectus quāto pre illis differētius nomen hereditauit. Item xp̃s etiā ꝼm qđ homo angelos illūinat ꝛ in eis influit vt dyonisius ꝓbat ex verbis Esaie 63. scz. Quis est iste qui venit de edō ꝛc. dicēs hec verba esse suprem̄orū angelorū. Quod autē sequiť. Ego qui loquor iusticiā. dicit esse verba xp̃i eis immediate respondentis. Ex quo dať intelligi qđ non soluz inferiozes sed etiā superiozes angelos xp̃us illuminat. Quantū autez ad nature conformitatē xp̃s non est caput angelorū quia nō angelos apprehendit sed semen abrae. vt dicit Heb. 1°. Sed est caput hominū tantū. Canti. 4°. Vulnerasti coz meū sozor mea. scz per naturā ꝛ sponsa per gratiam. Quantū ad habitudinē ecclesie ad xp̃um dicit. Que est cozpus eius. scz inquantū est ei subiecta et recipit ab eo influentiā ꝛ habet naturā conformē cū xp̃o. 1ª. cozint. 12 Sicut eñ cozpus vnuz est ꝛ habet multa mēbra: omnia autē membra cozporis cū sint multa vnuz cozpus sunt: ita ꝛ xp̃us. vt eñ in vno spiritu omnes nos vnū cozpus baptizati sumus. ¶ Exponit autē quod dixit que est cozpus ipius subdens. Et plenitudo eius ꝛc. Quereti eñ cur in cozpore naturali sint tot mēbra. scz manus pedes os ꝛ huiusmodi. respondeť hoc esse ideo vt deseruiāt diuersis operatiōibus anime. quarū ipa potest esse causa ꝛ principiū et que sunt virtute in ipa. Nam cozpus est factū ꝓpter animā ꝛ non ecōuerso. Unde ꝼm hoc cozpus naturale est quedā plenitudo anime. nisi eñ essent mēbra cū cozpore cōpleta nō posset anima suas operas plene exercere. Similiter itaq̄ est hoc de xp̃o ꝛ de ecclesia. Et quia ecclesia est instituta ꝓpter xp̃m dicit qđ ecclesia est plenitudo eius scilicz xp̃i. id est vt omnia que virtute sunt in xp̃o quasi quoddāmodo membris ipsius ecclesie impleank duz scz oēs sensus spirituales ꝛ dona ꝛ quicquid potest esse in ecclesia que oīa superabundāter sunt

in christo ab ipso deriuentur in membra ecclesie ⁊ perficiãtur in eis. Unde subdit. Qui ota in omnibus adimpleatur scilicet dum hunc quidē qui est membrū ecclesie facit sapientē ſm perfectã sapientiã que est in ipso. illū vero iustū ſm perfectã iusticiam ⁊ sic de alijs.

Capitulū secundū.

ET vos cū essetis mortui delictis et peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis scōm seculū mundi huius: scōm principē potestatis aeris huius: spiritus qui nunc operatur in filios diffidentie: in quib⁹ ⁊ nos aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostre faciētes voluntatē carnis ⁊ cogitationū: ⁊ eram⁹ natura filij ire sicut ⁊ ceteri. Supra enumerauit apostolus beneficia humano generi per christū cōmuniter exhibita: hic apostolus cōmemorat eadē per comparationē ad eoꝝ statū preteritū. Status autē eoꝝ preteritus dupliciter ꝓsiderari potest. Primo quidē quantū ad statum culpe. Secundo quantū ad statū gentilitatis eoꝝ. Apostolus ergo duo facit. quia p̄mo cōmemorat beneficia quātū ad primū statū eis exhibita. Secundo cōmemorat ea per comparationē ad statum secūdū ibi. Propter quod memores estote ꝛc. Prima itez in duas. quia primo recitat apostolus statū culpe ipsoꝝ. Secundo beneficiuz gratie iustificationis ibi. Deus autē qui diues est ꝛc. Prima itez in duas. qz p̄mo cōmemorat statū culpe quantū ad gentiles. Secūdo quantū ad iudeos ibi. In quibus ⁊ nos omnes ꝛc. Prima itez in duas. quia primo premittit beneficij generalitatē. Secundo subdit huius necessitatē ibi. Cum essetis mortui ꝛc. Dicit ergo. Dico q deus magnifice operatur in fidelibus ſm operationē potentie virtutis eius quā operatus est in christo: ⁊ hoc q suscitauit illū a mortuis. scōm hanc ergo operationē ad huius operationis exemplū conuiuificauit nos vite scilicet gratie de morte peccati. Osee. 6. Uiuificauit nos post duos dies in die tertia suscitabit nos ꝛc. Col. 3. Si consurrexistis cū christo que sursum sunt ꝛc. Necessitatē vero huius beneficij ostendit cum dicit: Cum essetis mortui ꝛc. Ubi optime describit eoꝝ culpam. Primo quantū ad multitudinem quia cū essetis mortui scilicet morte spirituali que pessima est. pſ. Mors peccatoꝝ pessima. Peccatū em̄ mors dicitur. quia per ipsum homo a deo qui est vita separat. Johan. 14. Ego sum via veritas ⁊ vita. Mortui in q̄ in delictis ⁊ peccatis vestris. Ecce multitudo. In delictis quidem quantū ad obmissa. pſ. Delicta quis intelliget ꝛc. Et peccatis quantū ad cōmissa in quibus aliquando ambulastis. Quod ideo dicit vt multitudinē peccatoꝝ eraggeret. Nam aliqui si ad horā mortui sunt in peccatis ⁊ in delictis. cessant tamē aliquando ⁊ peccare desistunt. sed isti de malo in peius pcedentes ⁊ ambulantes proficiebant. Simile habet Phil. 3. Multi em̄ ambulāt quos sepe dicebā vobis: nunc autē ⁊ flens dico. Jer. 2. Ambulauerunt post vanitatē suā ⁊ vani facti sunt. Secundo quantū ad causam que ponit duplex. Una ex pte huius mundi qui alliciebant a rebus mundi. ⁊ quantuz ad hoc dicit. Scōm seculū mundi huius id est ſm seculare vitā rerū mundanaꝝ que vos alliciunt. 1. Johan. 2 Si q̄s diligit mundū non est charitas patris in eo. Propter quod premittit. Nolite diligere mundū. Alia causa est ex parte demonū quibus seruiebant: de quib⁹ dicitur Sap. 14. Inuandoꝝ idoloꝝ cultura omnis mali causa est ⁊ initiū. Et quantū ad hoc dicit. Et scōm principē potestatis. Quā quidē causam describit triplicit. Primo quidē quātum ad potestatē dicens: Scōm principē potestatis. id est potestatē exercentē. non q̄ habeat eaz naturaliter: cum nec domin⁹ nec creator sit ex natura sed inquantū dominat hominibus qui se ei peccādo subijciunt. Johan. 12. Nunc princeps huius mundi ejicietur foras. Et. 14. Uenit princeps huius mūdi ⁊ in me nō habet quicq̄. Secundo quātum ad habitationē. quia aerꝫ huius id est qui habet potestatē in hoc aere caliginoso. Ubi sciendum est q̄ de istis demonibus duplex ē opinio apud doctores. Quidā em̄ dixerunt demones q̄ ceciderunt non fuisse de supremis ordinibus. sed de inferioribus qui presunt corporibus inferioribus. Constat autem totā creaturā corporalē administrari a deo ministerio angelorū. Et hec est opinio Johannis damasceni scilicet q̄ primus eoꝝ qui ceciderunt preerat ordini terrestrium quod forte sumptū est ex dicto platonis qui ponebat quasdā substantias celestes seu mundanas. Et scōm hoc exponentur hec q̄ dicit aeris hui⁹. id ē ad hoc creati vt presiderent aeri huic. Alij vero volunt ⁊ melius q̄ fuerint de supremis ordinibus ita q̄ hoc quod dicē aeris hui⁹ sit ad ostendendū ipsum aerē esse habitationem ipsoꝝ in penā eoꝝ. Unde iudas in sua canōica dicit. angelos vero qui non seruauerunt suū principatū sed dereliquerunt suū domiciliū in iudiciū dei magni vinculis eternis sub caligine reseruauit. Ratio autē quare nō statim post eoꝝ casum retrusi sunt in infernuz sed dimittunt in aere. est quia deus noluit q̄ ipsis peccantibus eoꝝ creatio totaliter frustraretur. ⁊ ideo dedit eos hominib⁹ in exercitiū quo bonis preparent coronā: malis autē eternaz mortē. ⁊ quia vsq̄ ad diē iudicij est nobis tempus belli ⁊ merendi. ideo vsq̄ tunc in aere permanebunt. post diem vero iudicij retrudentur in infernū. Aduertendus etiā q̄ vna littera habet spiritus: ⁊ sic est gtī casus ⁊ ponitur singulare pro plurali. Quasi dicat spirituuz. Alia littera habet spiritū ⁊ tunc est accusatiui casus. vt dicat ſm principē spiritū id est qui princeps ē spirit⁹. Tertio q̄tum ad operationē ibi cum dicit. Qui nunc operat in filios diffidentie id est in illos qui a se repellūt fructuz passionis christi qui erant filij diffidentie Uel q̄ de eternis non habent fidem nec spem salutis per xp̄m. Et in talibus princeps potestatis aeris huius libere operat ⁊ dicens eos quo vult. de quibus infra. 4. dicitur. Qui desperantes semetipsos tradiderunt ipudicitie in operationem īmundicie. Uel diffidentie id est de quibus eis ē dicendū id est qui ex malicia peccant. in quib⁹ princeps huius mundi etiā operat ad nutū. De his em̄ q̄ ex ignorantia ⁊ infirmitate peccant nō est diffidenduz nec in eis princeps iste operat ad nutū. Sed contra. de nemine est desperandū q̄diu viuit. Respondeo dicēdū est q̄ de aliquo potest esse duplex spes. Una ex parte hominis. alia ex pte diuine gratie. Et sic de aliquo potest desperari ex pte sua: de quo tamē desperādū nō est ex pte dei. sic desperandū erat de lazaro iacente in sepulchro q̄ resurgeret ex pte sua: de quo tū desperandū nō erat ex pte dei a quo resuscitatus est. De illis g̃ q̄ ex malicia sunt multuz in peccatis dimersi si attendatur eoꝝ virt⁹ desperari pōt pſ. Infixus sum in limo pfundi ⁊ nō est substantia. Mō tamē si attendat virtus diuina. De istis autē filijs diffidentie dicit infra. 5. Nemo vos seducat inanibus verb. Propter hoc em̄ venit ira dei in filios diffidētie. Deinde cū dicit In q̄bus ⁊ nos omnes ꝛc. Cōmemorat apostolus statū culpe q̄tum ad iudeos: ostendens eos oēs in peccato fuisse ſm illud Ro. 3. Causati sumus iudeos ⁊ grecos omnes sub peccato esse. Attendenda est tamē

differentia circa hoc. quia apostolus agens de culpa gētilū assignauit duas causas culpe fuisse. Unaz scilicet ex parte mūdi. aliā ex parte demonuz quos colebāt. Quia ergo iudei erant similes gentilibus in statu culpe ꝙtum ad primā causam. nō autē ꝙtū ad scōam. ideo aplus non facit mentionez de culpa eoꝝ nisi ꝙtum ad causam que est ex parte mundi. Circa qō tria facit. Primo cōmemorat eoꝝ culpam ꝙtum ad peccatū cordis. Secūdo ꝙtuz ad peccatū operis. Tertio ꝙtum ad peccatum originis. Peccatum vero cordis insinuat per desideria carnis. et ꝙtum ad hoc dicit. In quibus scilicet peccatis ꝛ delictis nos omnes scilicet iudei aliquando conuersati sum⁹ agētes vitam nostrā in desiderijs carnis nostre id est carnalibus. Tit. 3. Eramus em̄ aliquando ꝛ nos insipientes ꝛ increduli: errantes ꝛ seruientes desiderijs ꝛ voluptatibus varijs ꝛc. Ro. 13. Carnis curā ne feceritis in desideriis. Peccatū vero operis insinuat cū dicit. Facientes voluntates ꝛc. Peccatū em̄ operis nihil aliud est ꝙ expressio interioris concupiscentie. Est autē quedam concupiscentia carnis: sicut sunt concupiscentie naturales. puta cibi per quā conseruat̄ individuū: ꝛ venereoꝝ ꝙ quā conseruatur species. ꝛ ꝙtum ad hoc dicit. Facientes voluntates carnis. id est ea in quibus caro delectat̄. Rom. 8. Qui autē in carne sunt deo placere non possunt. Quedam vero est concupiscentia cognitionis eoꝝ scilicz que non veniūt ex desideriis carnis sed ex ipso appetitu anime vt honoris ambitio ꝛ proprie excellentie ꝛ huiusmodi. Et quantū ad hoc dicit. Et cogitationū. id est exequētes illas concupiscentias que causantur ex instinctu cogitationū nostraꝝ. Peccatū vero originis insinuat dicēs: Et eramus natura filij ire. Quod quidē peccatū ex primo parente nō solum in gentiles: sed etiā in iudeos trāsfunditur. Ro. 5. Sicut per vnū hominē in hunc mundū peccatū intrauit ꝛ per peccatū mors. ita ꝛ in omnes homines mors pertransiuit in quo omnes peccauerunt Et sic homines per baptismū mundantur a peccato originali solum ꝙtuz ad personas ꝓprias vnde generant filios baptizandos ita circūcisio mundabat ab originali personas solū sed generabant adhuc circūcidendos. Et hoc ē quod dicit. Eram⁹ natura id est per originē nature. Nō quidē nature vt natura est. quia sic bona est ꝛ a deo: sed nature vt vitiata est filij ire id est vindicte pene ꝛ gehenne. ꝛ hoc sicut ceteri id est gentiles.

Lectio secunda.

Deus aūt qui dives est in misericordia ꝓpt̄ nimiā charitatez suā qua dilexit nos: ꝛ cum essemus mortui peccatis: conuiuificauit nos in christo cui⁹ gratia estis saluati ꝛ conresuscitauit ꝛ consedere fecit in celestib⁹ in christo iesu: vt ostēderet in seculis superuenientibus abundātes diuitias gratie sue in bōitate super nos in christo iesu.

Post ꝙ exaggerauit apostol⁹ statū culpe inficientis: hic comendat beneficiū gratie iustificantis. Circa quaz duo facit. Primo ipsum beneficiū pōit. Secundo seipsuz exponit ibi. Gratia em̄ estis ꝛc. Beneficiū autē illud describit quātum ad tres causas. Primo quantū ad causaz efficientē. Secundo quātum ad causam formalez. Tertio ꝙtum ad causam finalē. Efficiens autē causa beneficij diuini iustificantis est charitas dei. Et quātum ad hoc dicē Deus autē qui dives est in misericordia ꝓpter nimiam charitatē. Dicit autē ꝓpter nimiā charitatē. quia dilectionis diuine possumus considerare quadruplicē bonitatē ꝛ efficientiā. Primo quia nos in esse ꝓduxit. Sap. 11. Diligis em̄ omnia que sunt ꝛ nihil odisti eoꝝ que fecisti ꝛc. Secundo quia ad ymaginē suā nos fecit ꝛ capaces beatitudinis sue. Deut. 33. Cuz eo sanctoꝝ milia in dextera illius ignea lex dilexit populos omnes sancti in manu illius sunt. Tertio quia homines per peccatū corruptos reparauit. Jere. 31. In charitate perpetua dilexi te ideo ꝛc. Quarto quia ꝓ salute nostra filium ꝓprium dedit. Johan. 3. Sic deus dilexit mundū vt filium suuz vnigenitū daret. Unde gregorius. O inestimabilis dilectio charitatis vt seruū redimeres filiū tradidisti. Dicit autē qui dives ē in misericordia. quia cū amoz hominis causatur ex bonitate eius qui diligitur: tūc homo ille diligit ex iustitia in ꝙtum iustum est ꝙ talē amet. Quādo vero amoz causat bonitatē in dilecto. tunc est amoz ꝓcedens ex misericordia. Amoz autē quo de⁹ amat nos causat in nobis bonitatē. ꝛ ideo misericordia ponit hic quasi radix amoris diuini Esa. 63. Largitus est in eis ꝛm in multitudine misericordiaꝝ suarum Ibidem. Multitudo viscerꝝ tuoꝝ ꝛ miserationū tuarum super me. Dicit autē de⁹ dives in misericordia. qz habet eam infinitā ꝛ indeficientē: quod non habz homo In tribus em̄ homo miseretur cū termino ꝛ limitatione Primo quidem largiendo beneficia tēporalia. ꝛ hec misericordia est finita non excedens limites ꝓprie facultatis. Tob. 4. Quō potueris ita esto misericors. Sed deus dives est etiā in omnibus qui inuocant illū vt dicitur Ro. 10. Secundo est finita misericordia hominis. qz nō remittit nisi offensaz ꝓpriā: ꝛ in hoc etiā modus esse debet vt scilicet non sic passim remittat vt ille cui remittit efficiat ꝓcatioꝝ ꝓnioꝝ ꝛ facilioꝝ ad iterꝝ offendendum. Eccs. 8. Eteñ quia nō ꝓfertur cito contra malos sentētia absqꝝ timore vllo filij hominum ꝓpetrant mala. Deo aūt nihil nocere potest. ꝛ ideo potest omnē offensam remittere. Job. 35. Si peccaueris quid ei nocebis? Et parum post. Uerumtamen si iuste egeris quid donabis ei? Tertio homo miseretur penā remittendo ꝛ in hoc etiā ē modus seruandus scilicet vt non facias cōtra legis superioris iusticiā. Deus autē penā omniū remittere potest cuz non astringatur aliqua superiori lege. Job. 34. Quem constituit alium super terrā ꝛ quē posuit super orbē quē fabricatus est? Sic ergo misericordia dei est infinita. qa non coartatur angustijs diuitiaꝝ: neqꝝ timore mocumenti restringitur: ꝛ neqꝝ lege superioris. ¶ Causa vero exemplaris beneficij est. quia in christo collata est. Et ꝙtū ad hoc dicit. Cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos xp̄o ꝛc. Ubi tangit triplex beneficiū. scilicet iustificationis resurrectionis a mortuis: ꝛ ascensionis in celū per que tria christo assimilantur. Dicit ergo quātum ad primū vt legatur littera suspensiue. Deus autem qui dives est ꝛc. Cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos xp̄o. id est simul viuere facit cum xp̄o. Osee. 6. Uiuificabit nos post duos dies ꝛc. Conuiuificauit in ꝙ hic scilicet per vitā iusticie. p̄s. Qui posuit animā meaz ad vitā. ꝛ hoc in xp̄o id est per gratiaz xp̄i. cuius scilicet xp̄i gratia estis saluati. Ro. 8. Spe enim salui facti sumus. Quantū vero ad scōm dicit: Et conresuscitauit nos cuz xp̄o ꝙtum ad animā in re ꝛ spe ꝙtum ad corpus. Ro. 8. Qui suscitauit ipm̄ a mortuis viuificabit ꝛ mortalia corpora nostra ꝛc. ¶ Quantū vero ad tertiū dicit. Et consedere fecit in celestibus in christo iesu scilicet nunc ꝓ spez ꝛ tandez in futuro in re. quia vt dicitur Johan. 12. Ubi ego sum illic ꝛ minister meus erit ꝛc. Itē Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut ꝛ ego

vici ⁊ sedi cū patre meo in throno eius. Utiq; autē in his apostolus p̄terito p futuro enuncians tanq̄ iam factum quod futurū est pro certitudine spei. Sic ergo conuiuificauit quantū ad animā tandē resuscitabit quātum ad corpus. consedere fecit quantū ad vtrūq;. ¶ Cōsequenter cuz dicit. Ut ostenderet ⁊c. Ostendit causam finalez collati beneficij. quod quidē potest duplicit legi. quia secula superuenientia vel possunt accipi in vita ista vel in vita futura. Si em̄ accipiant in vita ista tunc seculū est quedaz mensura temporis ⁊ periodus vnius generatiōis vt dicatur sic. Dico q̄ nos qui sumus primitie dormientium conuiuificauit in xp̄o ⁊ hoc vt ostenderet in seculis superuenientibus id est in his qui futuri sunt post nos abūdātes diuitias gratie sue. ⁊ hoc non meritis nostris: sed bonitate sua que est scilicet sup nos in christo iesu id est per xp̄m iesum. 1. Thi. 1. Jesus xp̄s venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quoz primus ego sum: ⁊ ideo misericordiā consecutus sum: vt in me ostenderet xp̄s omnem patientiā ad informationē illoz qui crediturī sunt illi in vitam eternā. Sic ergo deus largitus est sanctis p̄mitiuis abundantia dona gratie vt posteri facilius conuertantur ad xp̄m. Uel potest aliter accipi seculū scilicet in alia vita de quibus dicitur Ecc̄. 24. Et vsq; ad futurum seculum non desinam. Sed licet ibi sit vnū seculuz quia ibi est eternitas. dicit tamē in seculis superuenientibus p̄pter multitudinē sanctoz participantiū eternitatem. vt dicantur ibi tot secula quot sunt eternitates participate. De his seculis dicitur in p̄s. Regnum tuum regnum omniū seculoz. Dicit ergo s̄m hunc sensum. dico q̄ viuificauit nos in spe scilicet per christum vel in gratia: vt ostenderet in seculis superueniētib9 id est in alia vita cōpleret abundantes diuitias gratie sue. id est abūdantē gratiā quā etiā in hoc mundo duz multa dimittit peccata ⁊ maxima dona concedit. dicit Que quidē superabundat in vita alia. quia ibi indeficienter habeb̄. Joh. 10. Ego veni vt vitā scilicet gratie habeant in hoc mundo ⁊ abundanti9 habeāt scilicet glorie in patria. Et hoc in bonitate sua. p̄s. Quam bonus israel deus. Treñ. 3. Bonus est dominus sperantibus in eū: anime querenti illum. Et hoc supra nos. id est supra nostrum desideriuz supra nostrū intellectū: ⁊ supra capacitatē nostram Esa. 64. Oculus non vidit deus absq; te que preparasti expectantib9 te. Et hoc in christo iesu id est per xp̄m iesum quia sicut gratia nobis confertur per christum: ita ⁊ gloria que est gratia consumata. p̄s. Gratiā ⁊ gloriaz dabit dominus. Per ip̄m em̄ beatificamur q̄ quē iustificamur Dicit autē. Ut ostenderet. quia thezaurus gratie in nobis est occultus: quia habemus ipsum in vasis fictilib9 vt dicit̄. 2. coz. 4. ⁊ 1. Johā. 3. Uidete qualē charitatē dedit nobis pater vt filij dei nominemur ⁊ sim9. Et parum post. Nunc filij dei sumus ⁊ nondum apparuit ⁊c. Sed ille thezaurus occult9 quia nondū apparuit: in seculis superuenientibus ostendet̄. quia in patria oīa erūt nobis aperta: que ad manifestam sanctoz gloriam pertinent. Ro. 8. Non sunt condigne passiones huius tēporis ad futuram gl̄iam que reuelabit̄ in nobis.

Lectio tertia.

GRatia em̄ estis saluati per fidem et hoc non ex vobis. Dei em̄ donū est non ex operibus: vt ne quis glorietur. Ipsius em̄ sumus factura creati in christo iesu in operibus bonis: que preparauit deus vt in illis ambulemus.

Supra cōmemorans apostolus beneficiū dei quo liberati sumus a peccato interposuerat q̄ gratia xp̄i eram9 saluati. nunc autē illud probare intendit. Circa quod duo facit. Primo em̄ ꝓponit intentionē suam. Secūdo manifestat ꝓpositum ibi. Et hoc non ex nobis ⁊c. Dicit ergo primo Bene dixi cuius gratia estis saluati. Et certe adhuc dico secure. Enim p̄ quia estis saluati gratia. 1. coz. 15. Gratia dei sum id quod sum. Ro. 3. Justificati per gratiā ipsius. Idem em̄ est saluari ⁊ iustificari. Sal9 enim importat liberationē a periculis. Unde perfecta salus hominis erit in vita eterna quando ab omnibus periculis imunis erit. sic nauis dicitur esse saluata quādo venit ad portū. Esa. 60. Occupabit sal9 muros tuos ⁊ portas tuas laudatio. Huius autē salutis spem suscipiūt homines dum in presenti iustificantur a peccato. ⁊ s̄m hoc dicuntur saluati esse s̄m illud Ro. 8. Spe em̄ saluati sumus. Hec autē saluatio gratie est per fidem xp̄i Concurrit em̄ ad iustificationē impij simul cū infusiōe gratie motus fidei in deuz in adultis. Luc̄. 8. Uade in pace fides tua te saluum fecit. Ro. 6. Justificati em̄ ex fide pacem habeamus. ¶ Deinde cū dicit. Et non ex nobis ⁊c. Manifestat quod dixerat. ⁊ primo p̄tū ad fidem que est fundamentū totius spiritualis edificij. Secundo quātuz ad gratiam ibi. Ipsius em̄ sumus factura ⁊c. Circa p̄mum excludit duos errores. quorum primus est quia dixerat q̄ per fidem sumus saluati. posset quis credere q̄ ipa fides esset a nobis. quia credere in nostro arbitrio constitutum est. Et ideo hoc excludens dicit. Et hoc non ex nobis. Non em̄ sufficit ad credendū libe arbitriū. eo q̄ ea que sunt fidei sunt supra rationē. Ecc̄. 3. Plurima supra sensum hominis ostēsa sunt tibi. 1. coz. 2. Que dei sunt nemo nouit nisi spirit9 dei ⁊c. Et ideo q̄ homo credit hoc non potest ex se habere nisi deus det. scōm illud Sap̄. 9 Sensum autē tuū quis sciet nisi tu dederis sapientiaz et miseris spiritū sanctū tuuz de altissimis. Propt̄ q̄ subdit. Dei em̄ donū est scilicet ipsa fides. Phil. 1. Uobis autē donatū est pro xp̄o nō solū vt in eū credatis: sed etiā pro eo patiamini. ⁊ 1. coz. 12. Alij em̄ datur fides in eodem spiritu. Secundo excludit aliū errorē. Posset em̄ aliquis credere q̄ fides daretur nobis a deo merito operum precedentiū. ⁊ ad hoc excludendum subdit. Nō ex operibus scilicet precedentibus hoc donū meruim9 aliquando q̄ saluati sumus: quoniā hoc est ex gratia vt supra dictū est s̄m illud Ro. 11. Si autē gratia iam non ex operibus. alioquin gratia iam nō est gratia. ¶ Subdit autē rationē quare deus saluat homines per fidez absq; meritis precedentibus. Ut ne quis glorietur in ipso: sed tota gloria in deum referatur. p̄s. Non nobis domine nō nobis ⁊c. 1. coz. 1. Ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. ex ipso autē vos estis in xp̄o iesu. ¶ Deinde cū dicit Ipsius em̄ factura sumus ⁊c. Manifestat quod dixerat quantū ad gratiā. Circa quod duo facit. Primo manifestat gratie infusionē. Secundo declarat gratie p̄destinationē ibi. Que preparauit deus ⁊c. Duo autē ad rationē gratie pertinent que etiā ia dicta sunt. quoz p̄muz est. vt id quod est per gratiā non insit homini per seip̄m vel a seipso. sed ex dono dei. Et quātū ad hoc dicit. Ipsius em̄ factura sumus. quia scilicet quicquid boni nos habemus non est ex nobis ipsis sed ex deo faciente. p̄s. Ipe fecit nos ⁊ non ipi nos. Deut. 32. Nonne ipe est pat tuus qui possedit te fecit ⁊ creauit te. Et continuat̄ imediate cū precedenti vt dicat̄. Ne quis glorietur q̄ scilicet ipsius factura sumus. Uel potest continuari cuz eo quod supra dixerat. Gratia em̄ saluati sumus. ¶ Secundo pertinet ad rationē gratie vt non sit ex operibus precedentib9 et hoc exprimitur in hoc q̄ subdit. Creatura. Est em̄ creare aliquid ex nihilo facere. Unde quando aliquis iustifi-

catur sine meritis precedentibus dici potest creatus ḡsi ex nihilo factus. Hec aūt actio scilicet creatio iusticie fit virtute christi spiritūsanctū dantis. Propter quod subdit. In christo iesu id est per christum iesum. Gal. vltio. In xpo eñ iesu neq̄ circūcisio aliquid valet neq̄ prepucium: sed noua creatura. pō. Emitte spiritū tuū ⁊ creabūtur. ¶ Ulterius non solū datur nobis habitus virtutis ⁊ gratie: sed interius per spiritū renouamur ad bñ operandū. Unde subdit. In operib⁹ bonis. quia scilicz ipsa bona opera sunt nobis a deo Esa. 26. Omnia eñ opera nostra operatus es in nobis Et quia quos predestinauit hos ⁊ vocauit scilicet per gratiā vt dicit Ro. 8. ideo subdit de predestinatione dicens: Que scilicet bona opera preparauit deus. Nihil eñ aliud est predestinatio q̄ ꝑparatio beneficioꝝ dei inter que beneficia computant et ipsa bona opera nostra. Dicitur aūt deus nobis ꝑparare inq̄tum disposuit se nobis datuꝝ. pō. Parasti cibum illoꝝ ⁊c. ¶ Sed ne aliquis intelligeret bona opera sic esse nobis preparata a deo: vt nihil ad illa per libeꝝ arbitrium cooperaremur. ideo subdit. Et in illis ambulem⁹ Quasi dicat. Sic nobis ea preparauit vt ea nosipsi nob per liberum arbitrū impleremus. Dei enim adiutores sumus vt dicitur. 1. coꝝ. 3. Propter quod dicebat de seipso aplus. 1. coꝝ. 15. Gratia eius in me vacua non fuit: sed abundantius omnibus laborauī. non ego aūt ſ̄ gratia dei mecū. ¶ Signāter aūt dicit Ambulem⁹. vt designet boni operis profectum ſm illud. Joh. 12. Ambulate dum lucem habetis infra. 5. Et filij lucis ambulate

Lectio quarta.

Propter qō memores estote q̄ aliq̄n vos qui gentes eratis in carne q̄ dicebamini prepuciū ab eo que dicitur circūcisio in carne manifesta: qui eratis illo in tēpore sine xpo alienati a cōuersatione israel ⁊ hospites testamentoꝝ ꝓmissionis spem nō habentes ⁊ sine deo in hoc mūdo. Nunc autem in christo iesu vos qui aliquā eratſ lōge facti estſ ꝑ sāguīe xpi.

Prosecuto beneficio dei gentilibus exhibito q̄tum ad liberationē a peccato: hic recitat aplus beneficiū eis exhibitū in liberatione a statu gētilitatis. Circa quod duo facit. Primo cōmemorat conditionem status preteriti. Secundo recitat beneficia eis exhibita in statu presenti ibi. Nunc aūt in xpo iesu ⁊c. Circa primū duo facit. Primo cōmemorationis status preteriti ponit exhortationē Secundo ipsemet status ꝓteriti declarat conditionē ibi Quia aliquando ⁊c. Dicit ergo. Propter quod vt scilicet aduertere possitſ q̄ omnia sint nobis data ex dei gratia memores estote. Deut. 9. Memento ⁊ ne obliuiscaris quomodo ad iracundiā ꝓuocaueris dominū deū tuū ⁊c. Deut. 16. Memineris diei egressiōis tue de egypto omnibus diebus vite tue. Secundo cū dicit. Quia aliquando. Cōmemorat ꝓteriti status conditionē. ⁊ primo quantū ad mala que habebāt. Secūdo quantū ad bona quibus priuabantur ibi. Qui eratis illo tēpore ⁊c. Circa primū ponit tria mala. Primo gētilitatis crimē quo idolis seruiebant. cum dicit. Quia aliquando vos gentes eratis. 1. coꝝ. 12. Scitis quoniā cū gentes essetis ad simulachra muta ꝓut ducebamini euntes. Quidā vero libri habent. Vos qui gentes eratis. ⁊ tunc pendet constructio vsq̄ ibi. Nunc aūt in xpo iesu ⁊c. ¶ Secundo recitat coꝝ carnalem conuersationē cū dicit. In carne id ē carnaliter viuentes Ro. 8. Qui autē in carne sunt deo placere non possunt. ¶ Tertio recitat contemptus eoꝝ vilipensionē qua a iudeis vilipendebantur. Unde dicit. Qui dicebamini prepuciū id est incircūcisio ab ea scilicz circūcisione que dicitur circūcisio manifesta in carne id ē a iudeis tali circūcisione circumcisis. Et dicit manufacta. ad differentiā circūcisionis spiritualis: de qua dicit Col. 2. In quo circūcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione coꝝporis carnis: sed circūcisione xpi. Et sequitur parum post. Vos cū mortui essetis in delictis ⁊ prepucio carnis vestre conuiuificauit cū illo cōdonans vobis omnia ⁊c. ¶ Deinde cum dicit Qui eratis illo tēpore ⁊c. Cōmemorat bona quibus priuabantur. ⁊ primo participatione sacramentorum. Secundo dei cognitiōe ibi. Et sine deo in hoc mundo. Circa primum ponit tria sacramenta quorum ꝑticipatione priuabantur. Primo christi dignitate. Unde dicit. Qui eratis illo tēpore sine christo. id est sine promissione christi: que facta est iudeis. Jere. 23. Suscitabo dauid germē iustū ⁊c. Zach. 9. Exulta satis filia ſyon: iubila filia hierusalez. ecce rex tuus venit tibi iustus ⁊ saluator. ¶ Secundo tangit sanctitatē sanctoꝝ qua priuabantur quādiu in gētilitate ꝑmanebant cū dicit. Alienati a cōuersatione israel. quia scilicet iudeis cū gentilib⁹ nō erat licitū conuersari. Deut. 7. Non inibis cum eis fedus: non misereberis eoꝝ: neq̄ sociabis cū eis coniugia ⁊c. Job. 4. Non eñ contuntur iudei samaritanis. ¶ Et quantum ad illos qui in iudaismo recipiebantur contēptibiliter cum fiebant ꝓseliti Unde subditur. Et hospites testamentoꝝ. Quasi dicat huiusmodi proseliti quando conuertebātur ad iudeos ⁊ fiebant proseliti. non sicut ciues sed sicut hospites recipiebantur ad ꝓcipiendum testamenta dei. Dicit aūt testamentoꝝ. quia iudeis vetus testamentū erat exhibitū ⁊ nouum erat ꝓmissum. quia vt dicitur Ecc. 44. Testamētum suū confirmauit super caput iacob. Quod potest intelligi de veteri testamento. Promiserat eñ deus dare aliud testamentū Baruch. 2. Statuā illis testamētum altez sempiternū. Hoc autē reddidit illis quoꝝ adoptio est filioꝝ dei ⁊ gloria ⁊ testamentū. vt dicit Ro. 9. ¶ Ponit etiā aliud beneficiū quo priuabant. scilicz spez futuroꝝ bonoꝝ cū dicit. Promissionis spem non habentes. qz vt dz Gal. 3. Abrae dicte sunt ꝓmissiones ⁊ semini eius. ¶ Ulterius ponit summā dānificationē qua damnificabantur. scilicet dei cognitionem ibi. Et sine deo in hoc mundo id est sine cognitione dei. pō. Not⁹ in iudea deus. non autē notus gentibus vt dicit. 1. thes. 4. Nō in passione desiderij sicut ⁊ gentes que ignorant deū qō tamen intelligitur de cognitione que est per fidem. Nec de cognitione naturali dicitur. Ro. 1. Qui cum cognouissent deum: non sicut deum glorificauerunt ⁊c. ¶ Cōsequenter cū dicit: Nunc autē in xpo ⁊c. Cōmemorat beneficia eis exhibita in statu conuersionis per xpm. Circa quod duo facit. quia primo ostendit quomodo facti sunt participes bonoꝝ quibus ante priuabant. Secūdo ostēdit q̄ ad illa bona non sicut hospites: sed sicut ciues recipiuntur ibi. Ergo non estis hospites ⁊c. Prima iterum in duas. quia primo cōmemorat huiusmodi beneficia in generali Secundo in speciali ibi. Ipse eñ est pax nostra ⁊c. Dicit ergo primo. dixi q̄ in illo tēpore eratſ sine xpo alienati a conuersatione israel. Nūc autē id ē postq̄ conuersi estis ad xpm. vos qui estſ in christo. id est qui et adheretis per fidem ⁊ charitatē. 1. Joh. 4. Qui manet in charitate in deo manet: ⁊ deus in eo. Gal. vltio. In xpo enim iesu neq̄ circūcisio aliquid valet: neq̄ prepucium. sed noua creatura. Vos inq̄ qui aliquando eratis lōge. id est elongati a deo. non loco sed merito. pō. Longe a peccatoribus salus, ⁊ a conuersatione sanctoꝝ ⁊ partici

patione testamentoꝝ. vt dictū est. Statim facti estis ꝓpe deo scilicet ⁊ sanctis eius ⁊ testamentis Esa. 6. Filij tui de longe venient ⁊c. Mar. 8. Quidam eñ ex eis scilicet gentilibus de longe venerunt scilicet de regiõe dissimilitudinis ⁊ statu gentilitatis. vos autem modo facti estis ꝓpe. scilicet in sanguine christi id est per sanguinem eius: quo vos christus attraxit. Joh. 12. Ego si exaltatus fuero a terra omnia trahaꝫ ad meipsum Et hoc propter nimiam charitatē: que potissime in morte crucis mãifestatur. Jere. 31. In charitate ꝑpetua dilexi te. ideo attraxi te miserans.

Lectio quinta.

Ipse eñ est pax nostra q̃ fecit vtraq; vnum ⁊ mediū parietez macerie soluens inimicitias in carne sua: legem mandatoꝝ decretis euacuans vt duos condat in semetipso in vno nouo homĩe faciẽs pacẽ vt reconciliet ambos in vno corpore deo per crucẽ interficiens inimicitias in semetipso: ⁊ veniens euangelizauit pacẽ vobis qui longe fuistis ⁊ pacem his q̃ ꝓpe quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem.

Cõmemoratis beneficijs collatis ipsis ephesijs in generali per christum: hic ea cõmemorat in speciali. Circa qõ duo facit. Primo ostendit quomodo appropinquauerũt populo iudaico Secundo qualiẽ ꝓpinquiores facti sunt deo. Secunda ibi Ut reconciliet ambos ⁊c. Prima iterum in tres. quia primo ostẽdit causam approꝑinquationis. Secundo modũ. Tertio finem. Secũda ibi. Et medium parietẽ ⁊c. Tertia ibi. Ut duos ⁊c. Causa autem approꝑinquationis est christus. ꝓpẽ quod dicit: Ipse enim est pax nostra ⁊c. Et est emphatica locutio ad maiorem rei expressionẽ. Quasi dicat. Bene dico q̃ facti estis ꝓpe. sed hoc factum est per christum. quia ipse est pax nostra id est causa pacis nostre. Unde dicebat Joh. 14. Pacem meam do vobis. Hic aũt modus ioquendi fieri consueuit quando totum quod est in effectu dependet ex causa. sicut cum dicimus de deo: q̃ ipse est salus nostra. quia quicquid salutis est in nobis causatur a deo. Quia ergo quicquid pacis est in nobis causatur a christo: ⁊ per consequens quicquid approꝑinquationis. quia homo q̃ pacificatus est cũ alio secure potest ambulare seu approꝑinquare ad ipsum. Ideo dicit q̃ est pax nostra. Nam in eius natiuitate angeli annunciauerunt pacem. Luc. 2. Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax ⁊c. Ipso etiã christo in corꝑore existente: mundus maximã pacem habuit qualem ante non habuerat. ps. Orietur in diebus eius iustitia ⁊c. Ipse etiam resurgens pacẽ annunciauit Luc. vltimo. dixit eis Pax vobis. Sequitẽ Qui fecit vtraq; vnum. quia scilicet christus vtrumq; populũ: videlicet iudeorum colentium deum vez ⁊ gentiliũ ab huius modi dei cultura alienatoꝝ coniunxit in vnum. Johan. 10. Alias oues habeo q̃ nõ sunt ex hoc ouili ⁊c. vsq; ibi. Et fiet vnũ ouile ⁊ vn⁹ pastor. Ezech. 37. Rex vnus erit omnibus imperans ⁊c. Modus aũt approꝑinquationis ostenditur cũ subdit: Mediũ parietẽ ⁊c. Hic autem modus est per remotionem eius quod diuidebat. Debem⁹ autem ad intellectũ littere ymaginari vnũ magnũ campum ⁊ multos homines ibi congregatos. in quo quidez per medium protendatur ⁊ eleuet vnus paries diuidẽs eos ita q̃ non videatur populus vnus sed duo. Quicũ q̃ ergo remoueret parietem coniungeret illoꝝ hominũ congregationem in turbam vnã ⁊ efficeretur popul⁹ vn⁹ Sic intelligendũ est. qõ hic dicitur. Mundus eñ iste ẽ sicut ager. Matth. 13. Ager est mundus. hic aũt ager. s. mundus plenus est hominibus. Heñ. 8. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrã. In isto aũt agro est paries. quia quidam sunt ex vna parte: quidam ex alia. hic autem paries potest dici lex vetus ꝙm carnales obseruantias in qua iudei concluſi custodiebantur. vt dicit Gal. 3. Sub lege custodiebamur concluſi in eam fidẽ que reuelanda erat. Cañ. 2. Ipse stat post parietẽ nostrũ. quia videlicet christus per veterem legem figurabat. xps aũt hunc parietẽ remouit: ⁊ ita cum nullum remaneret inimicitium factus est populus vnus iudeoꝝ ⁊ gentium. Et hoc est quod dicit. Dico q̃ fecit vtraq; vnum. hoc modo scilicet soluens mediũ parietẽ. Parietem dico macerie non muri. Tunc eñ est paries macerie quando lapides in eo non conglutinantur cemento: nec ad hoc erigitur vt duret imperpetuũ sed vsq; ad tempus prefinitũ. Uel⁹ ergo lex est paries macerie ꝓpter duo. Primo q̃ non conglutinabatur charitate: que est quasi cementũ cõglutinans singulos sibi inuicẽ: ⁊ omnes simul xpo. infra. 4. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Uetus eñ lex: est lex timoris inducens homines per penas ⁊ cõminationes ad obseruantias mandatoꝝ. Et si qui illo tempore legis eam ex charitate obseruabant iam pertinebant ad nouum testamentũ. vt dicit Aug⁹. quod est lex amoris. Ro. 8. Non eñ accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore ⁊c. Secundo vetus lex est paries macerie. quia non fuit data vt perpetuo duraret sed vsq; ad tempus prefinitũ Gal. 4. Quanto tempore heres parvulus est nihil differt a seruo cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus ⁊ actoribus est vsq; ad prefinitũ tempus a patre ita ⁊ nos cuꝝ essemus ⁊c. ¶ Sed hic incidit questio. quia dicit parietẽ macerie soluentes. contrarium dicitur. Matth. 5. Non veni soluere legem sed adimplere. Respondeo dicendum est q̃ in veteri lege erant precepta moralia ⁊ cerimonialia. Moralia quidez precepta christus non soluit sed adimpleuit: superaddendo consilia ⁊ exponendo ea que scribe ⁊ pharisei male intelligebant. Unde dicebat Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plus q̃ scribaꝝ ⁊c. Et ꝛex dictuꝫ est ãtiquis Diliges proximum tuum ⁊ odio habebis inimicum tuum. Ego aũt dico vobis. Diligite inimicos vestros ⁊c. Cerimonialia vero precepta soluit quidem quantũ ad eoꝝ substantiam. sed adimpleuit quantũ ad illud quod figurabant adhibens figuratum figure. Est ergo intelligẽdũ quod hic dicit soluens. scilicet quantum ad obseruantiã legis carnalis. Et soluere hoc scilicet parietem macerie est soluere inimicitias que erant inter iudeos ⁊ gentiles quia isti volebant legẽ seruare: illi vero minime. ex quo oriebatur inter eos ira ⁊ inuidia. Sed certe has inimicitias christus soluit in carne sua assumpta. Nam in ei⁹ natiuitate statim pax hominibus annunciata est. Luc. 2. Uel in carne sua scilicet ĩmolata. quia vt dicitur infra. 5 Tradidit semetipsum pro nobis oblationez ⁊ hostiam. In quo quidem sacrificio impleta sunt omnia illa sacrificia ⁊ cessauerunt. Hebre. 10 Una eñ oblatione consummauit in sempiternũ sanctificatos. ¶ Quid aũt sit iste paries insinuat dicens: q̃ est lex mandatoꝝ. Quasi dicat. Soluens parietẽ ⁊ hoc legem mandatoꝝ ⁊c. Dicit aũt lex ver⁹ lex mandatoꝝ. nõ q̃ alie leges mãdaꝛ creãt. Noua eñ lex mãdata habꝫ Joh. 14. Mãdatũ nouum do vob. Sꝫ ꝓpt̃ duo. Prio q̃dẽ ꝓpt̃ magnũ numerũ mandatoꝝ legaliũ intãtũ q̃ ab oĩb⁹ fuari nõ possunt.

Im illud Act. 15. Hoc est onus quod neq nos neq patres nostri portare potuimus Joh. 11. q multiplex sit lex eius ꝛc. Vel dicitur Mandatorum. id est factor. Rom. 3. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quã legẽ Factor? Non. sed per legem fidei. Unde sicut baptism? Johannis dicitur baptismus aque: quia tantum exteri? mundabat: interius autẽ non sanctificabat. ita ⁊ lex vet? dicitur lex factorum. quia precipiebat tantuꝫ quid facere deberent: sed non conferebat gratiã per quã ad legẽ implendam iuuarentur. Nex vero noua dirigit in agendis precipiendo: ⁊ iuuat adimplendo gratiam conferendo. Euacuans dico sicut imperfectũ euacuatur per perfectũ ⁊ vmbra per veritatem. 1. cor. 13. Cum autẽ venerit qđ perfectum est euacuabitur quod ex parte est. scilicet imperfectio ⁊ vmbra veteris legis. de qua Hebre. 10. Umbram enim habens lex futuror bonorum ꝛc. Et hoc decretis id est preceptis noui testamenti per que excludit lex. Leuit. 26. Comedetis vetustissima vetex. id est precepta legis nature simul cum noua lege preceptis ei? susceptis vetera proiscietis scilicet cerimonialia precepta veteris legis quantũ ad eor substantiã vt dictũ est. ¶ Finem vero appropinquationis ostendit dicens. Ut duos condat in se ꝛc. Qui quidem finis est: vt duo populi efficiãtur vnus populus. Que autẽ vniuntur oportet vniri in aliquo vno. ⁊ quia lex diuidebat nõ poterant in lege vniri. christus autez in lege succedens ⁊ fides eius sicut veritas figure eos in semetipso ꝓdidit. Joh. 17. Ut sint vnum sicut ⁊ nos vnum sum?. Matth. 18. Ubi em̃ sunt duo vel tres congregati in nomĩe meo: ibi ego suz in medio eorum. Et hoc in vno nouo homine faciens pacẽ. id est in semetipso christo qui dicitur nouus homo propter nouum modum sue conceptionis. Jere. 31. Creauit dñs nouum super terrã: femina circũdabit virum. Item propter nouitatem gratie quam cõtulit. Gal. vltio. In xp̃o enim iesu neq circumcisio aliquid valet: neq prepuciũ: sed noua creatura. infra. 4. Renouamini spiritu mẽtis vestre: ⁊ induite nouum hominẽ qui ꝛc. Item propr̃ia mandata que attulit. Joban. 13. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem ꝛc. Et licet ista videat esse intentio apostoli. tamẽ in glosa paries duplicatur. qz ex parte iudeorum ponitur lex quasi obstaculum. ex parte vero gentium est idolatria. ¶ Consequenter cũ dicit: Ut reconciliet ambos ꝛc. Ostendit qualiter deo appropinquauerunt. Circa quod duo facit. Primo mãifestat eorum reconciliationẽ ad deũ. Secundo ponit mãifestationẽ reconciliationis ibi. Et veniens euangelizauit ꝛc. ¶ Sciendum est q dilectio proximi . via ad pacez dei quia vt dicitur. 1. Johan. 4. Qui enim nõ diligit fratrẽ suum quem videt: deum quem non videt quomodo potest diligere? Et Aug. dicit q nullus putet habere pacẽ cum christo si discors fuerit cum christiano. Primo ergo ponit pacem hominũ inuicem factã per christum. ⁊ exinde pacem hominum ad deum: propter quod dicit. Ut reconciliet ambos iam vnitos scilicet in vno corpore ecclesie scilicet in christo. Ro. 12 Mti vnũ corp? sum? in xp̃o. Reconciliet in ip̃o deo per fidem ⁊ charitatem. 2. cor. 5. Deus erat in christo mundum reconcilians sibi. Et hoc fecit per crucem: interficiẽs inimicitias in semetipso. qz iudeorum ⁊ gentilium que erant per legem inimicitias interfecit: implens figuras veteris testamenti. sed inimicitias que erant inter deum ⁊ homines per peccatũ intulit in semetipso. quando per mortẽ crucis deleuit peccatum. Gal. 1. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Hebre. 10. Christus semel oblatus est ad multorũ exhaurienda peccata. Dicit ergo interficiens inimicitias id est peccata in semetipso in ũmolatione corporis sui, Col. 1. Pacificãs p sanguinẽ crucis ei? siue q̃ ter̃ra siue q̃ terris sunt. Ro. 5. Cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij ei?. Item col. 1. In christo cõplacuit omnem plenitudinẽ habitare ⁊ per eum reconciliare omnia in ipso. Quia ergo christus satisfecit sufficienter pro peccatis nostris. consequẽs fuit vt soluto precio fieret reconciliatio. Manifestationẽ vero huius reconciliationis ponit dicens: Et veniens euangelizauit ꝛc. Ponit autẽ primo pacis seu reconciliationis annunciationem. Secundo pacis causam ⁊ rationem ibi. Quoniam per ipsum habemus accessum ꝛc. Est ergo manifesta dei reconciliatio ad hominem per christũ. quia ipse xp̃s non solum reconciliauit nos deo ⁊ interfecit inimicitias sed etiam veniens scilicet in carne euangelizauit id ẽ annunciauit pacem. Vel veniens post resurrectionẽ quando steti in medio discipulor ⁊ dixit eis Pax vobis. Luce vltio. ⁊ Joh. 20. Eia. 61. Ad ãnũciãdũ misit me ꝛc. Et. 52. Quã pulchri pedes supra mõtes annũciãt⁊ ꝓdicãt⁊ pacẽ ãnũciãt⁊ bonũ ꝓdicãtis salutẽ ꝛc. Euãgelizauit in ip̃m non vni populo tantũ sed vobis gentibus qui lõge fuistis. quibus ⁊ si non in persona propria tamẽ per apostolos suos annunciauit pacẽ. Matth. vltimo. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes ꝛc. Eia. 33. Audite qui longe estis que fecerim ⁊ cognoscite ꝛc. Et pacem his qui prope supple annunciauit. xp̃s in ꝑsona propria. Ro. 15. Dico em̃ christum iesum ministrum fuisse circũcisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrũ. Eia. 54. Ecce accola vẽiet qui nõ erat mecũ aduena quondam ciuis adiũgetur tibi. ¶ Causam autẽ pacis ⁊ formam ostendit dicens: Quoniã per ipsum habemus accessum ambo id est duo populi in vno spiritu. id est vniti vnione spiritussancti. infra. 4. Solliciti seruare vnitatẽ spũs ꝛc. 1. cor. 12. Hec aũt oĩa operat vn? atq idẽ spũs. Sic aũt habem? accessum ad patrẽ p xp̃m q̃niã xp̃s operat p spiritũsanctũ. Ro. 8. Si q̃s aũt spiritũ xp̃i nõ habet ꝫ nõ est eius. ⁊ ideo q̃cq̃d fit p xp̃m ſcz p hoc etiã qđ dicẽ ad patrẽ. intelligẽdũ ẽ q etiã ꝑtinet ad totam trinitatẽ. qz ꝓpr̃ essentie vnitatẽ in patre est filius? ⁊ spiritussanctus. ⁊ in spiritusancto pat ⁊ filius. Jdeo cũ dicit ad patrẽ. specialit ostẽdit q q̃cq̃d filius? hz a p̃re habet. et ab eo etiã se habere recognoscit.

Lectio sexta.

Ergo iam non estis hospites ⁊ aduene: sed estis ciues sanctorum ⁊ domestici dei: superedificati super fundamentum apostolorum ⁊ prophetarum ipso summo ãgulari lapide xp̃o iesu: in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo ⁊ vos coedificamini in tabernaculũ dei in spiritusancto.

Ostenso supra q ad spiritualia bñficia simul admissi sunt gentiles cũ iudeis: hic ondit q in illis bñficijs gentiles nõ sunt minozis dignitat⁊ q̃ sint ipi iudei: ſz eque plenarie ad xp̃i bñficia sunt admissi. Circa qđ duo facẽ. qz ꝓmo ꝓpõit intẽtũ. Secũdo mãifestat ꝓpositũ p exẽplum ibi. Superedificati ꝛc. Circa ꝓmũ duo facit. Primo excludit id qđ erat ĩ statu ꝑterito a statu p̃nti Scõdo ꝓcludit id qđ petit p̃nti statui ibi. Sz estis ciues ꝛc. qz g apls ꝓcludendo inducit hoc qđ dicẽ Ergo iã ꝛc. Cõsiderãdũ ẽ q similitudo seq̃tur ex ꝓmissis. Primo q̃dẽ ex hoc q ambo ꝓiuncti sunt ꝺo reconciliati. Scõdo q ãbo hñt accessum in vno spũ ad p̃rem. Quia ergo simil sunt configurati toti trinitati. patri ad quem habent accessum. filio q quẽ. spiritui

sancto in quo vno accedunt. In nullo ergo deficiūt a spiritualium bonorum participatione. ¶ Ad intellectū autem littere sciendum est q collegium fidelium quādoq; in scripturis vocatur domus. Sm illud p̄me Thymo. 3. Ut scias quomodo in domo dei oporteat te cōuersari q̄ ē dei ecclesia. Quandoq; autem vocatur ciuitas: Sm illud p̄s. Hierusalem que edificatur vt ciuitas. Ciuitas enim habet collegium politicum: domus autem yconomicū: inter que quidem duplex differentia inuenitur: Nam qui sunt de collegio domus cōmunicant sibi in actibus priuatis: qui vero sunt de collegio ciuitatis cōmunicant sibi in actibus publicis. Item qui sunt in collegio domus reguntur ab vno qui vocatur paterfamilias: sed qui sunt in collegio ciuitatis reguntur a rege. Ita enim est paterfamilias in domo sicut rex in regno. Sic igitur collegium fidelium aliquid habet de ciuitate: et aliquid de domo. Sed si consideretur rector collegij pater est. Mat. 6. Pater noster qui es in celis ⁊c. Jere. 3. Patrē vocabis me et post me ingredi non cessabis: et sic collegium ē domus. Si vero ipsos subditos consideres sic ciuitas est quia cōmunicant sibi in actibus preciputis scilicz fidei spei et charitatis. Et hoc modo si fideles considerētur in se est collegium ciuitatis. Si vero rector collegij attendatur ē collegium domus. Et ideo apostolus duo verba ponit hic scilicet hospites et aduene. Hospes enī dicitur quasi extraneus a domo. Eccl. 29. Sita nec̄ hospitandi de domo in domum. Aduena vero est qui extraneus venit ad ciuitatez. Ac si dicat apostolus Olim eratis extranei a collegio fidelium sicut hospites ad domuz et aduene ad ciuitatem. quemadmodū et pseliti ad legez veterem sed nunc non est ita quia iaz non estis hospites ⁊c. Esa. 54. Ecce accola veniet qui non erat mecū aduena quondam ciuis adiungetur tibi. ¶ Consequenter cū dicit. Sed estis ciues sanctorum ⁊c. concludit q̄ō conuenit statui presenti dicens. Sed estis ciues sanctoruz ⁊c. Quasi dicat. Quia collegium fidelium dicitur ciuitas in comparatione ad subditos: et domus in comparatione ad rectorem: collegium ad quod vocati estis est ciuitas sanctorum et domus dei. p̄s. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Unde Augustinus. Duas ciuitates faciunt duo amores. Nam amor dei vsq; ad contemptū sui scilicet hominis amantis facit ciuitatem hierusalem celestem. amor vero sui vsq; ad contemptum dei facit ciuitatem babylonis. Quilibet ergo vel est ciuis sanctoruz si diligit deum vsq; ad contemptum sui. Prouerb. vlti mo. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Si vero diligit se vsq; ad contemptum dei ē ciuis babylonis. ¶ Consequenter cum dicit. Superedificati. ⁊c. manifestat propositum. Consuetum est in scripturis q̄ in figura que methonomia dicitur continēs ponat p̄ ptēto: sicut quandoq; dom⁹ p̄ his q̄ sunt in domo. Secūdū hūc ergo modū loquit̄ ap̄ls de his qui sūt in domo dei. s. de fidelibus: sicut de vna domo et comparat eos edificio. Et circa hoc duo facit. quia primo proponit intentum Secundo ostendit q̄ huius edificij participes facti sunt ipsi ephesij ibi. In quo ⁊ vos coedificami ⁊c. Circa primum duo facit. Primo proponit huius edificij fundamentum. Secundo ipius constructionez seu complemētum ibi. In quo omnis edificatio constructa ⁊c. Fundamentum autem ponit duplex. Unum secundarium et aliud principale. Secundarium quidem fundamentū sunt apostoli et prophete. Et quantum ad hoc dicit eos non esse hospites sed ciues: quia iam pertinent ad edificium spirituale vtpote superedificati supra fundamentum apostolorū et prophetaz id est qui sūt apostoli et prophete. i. sup doctrinā eoz. Uel aliter supra fūdamētū ap̄loz et p̄phetarū. i. supra xp̄m qui ē fundamentū apostoloz et p̄phetarum. Quasi dicat. In eodem fundamento superedificati estis in quo ap̄li et prophete sunt edificati: qui ex iudeis fuerunt. Hee autē expositiones due tantū quo ad verba differunt sed prima conuenientior est: quia si alia conuenientior esset: tunc pro nihilo adiungeret: Ipso summo angulari lapide christo iesu: cum ipse iesus sit summum fundamentum. Secundū ergo primum modū magis consonat: ita tamen q̄ precipuus lapis et summum fundamentum sit christus. Quantum vero ad sententiam nihil differunt qz idem ē dicere christū eē fundamentum et doctrinam apostolorum et prophetaruz. cum christum tantuz non seipos predicauerint. vnde accipere eorum doctrinam est accipere christum crucifixum. p̄me Coz. p̄mo. Nos autem predicamus christum crucifixū. prime P̄et. p̄mo. Quibus reuelatum ē quia non sibi ipsis. ⁊c. Item prime Coz. 2. Nos autem sensum christi habemus. ¶ Notandum ē q̄ apostoli dicuntur fundamenta. p̄s. Fundamenta eius in montibus sanctis. Esa. 54. Fundabo te in saphiris. id est in celestibus viris. Expresse autem dicuntur fundamenta. Apoc. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. et in ipsis nomina duodecim apostolorum. Qui intantum dicuntur fundamenta inquantum eorum doctrina christū annunciat. Mat. 16. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Dicit autem apostolorum et prophetarū vt designet q̄ vtraq; doctrina ē necessaria ad salutem. Mat. 13. Scriba doctus in regno celorum similis ē homini patrisfamilias qui profert de thesauro suo noua et vetera. Item vt ostendat concordiam inter vtranq; ad alterandum idem ē vtriusq; fundamentū. Nam q̄ō prophete predixerunt futurum apostoli predicauerūt factuz Roma. p̄mo. Paulus seruus iesu christi vocatus apostolus segregatus in euangelium dei: q̄ō ante promiserat per prophetas suos. ¶ Principale vero fundamētum tantum ē christus iesus: et quantum ad hoc dicit. Ipso summo. ⁊c. Ubi tria dicit de eo scilicet q̄ sit lapis. q̄ angularis. et q̄ summus. Lapis quidem ē propter fūdamenti firmitatem. Unde dicitur Mat. 7. Q̄ domus que fundata erat supra petram firmiter edificata erat in tantum q̄ nec pluuia nec flumina nec venti potuerunt eam destruere. Non sic autem de domo fundata super arenam. Daniel. 2. Lapis abscisus de monte sine manibus. Angularis autem dicitur propter vtriusq; coniunctionem. Nam in angulo duo parietes vniuntur. Sic in christo populus iudeorum et gentium vniti sunt. p̄s. Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus ē in caput anguli. Act. 4. Hic est lapis qui reprobatus ē a vobis edificantibus qui factus est in caput anguli et non ē in aliquo alio salus. Et hoc idē de se introducit. Mat. 21. Nunq̄ legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. ⁊c. Summus autē dicit̄ ppter dignitatis celsitudinē Esa. 52. Ecce ego mittam in fundamentis sion lapidē angularem probatū preciosū in fundamento fundatum. Sed ē in fundamento spirituali et in edificio materiali. Materiale nāq; edificium fundamentū habet in terra. Et ideo oportet vt principali⁹ fundamētū sit magis infimū. Spūale vero edificiū fūdamētū hz in celo. et iō oz q̄ fundamētū ẏto ē p̄ncipali⁹ tāto sit sublimi⁹: vt sic imaginemur ciuitatē quādā descēdētē de celo cui⁹ fundamētū in celo existens edificiū dimissū ad nos videat inferi⁹: Sm illud Apoc. 21. Vidi ciuitatē hierlm descendentē de celo. ⁊c. ¶ Consequenter cum dicit. In quo omnis edificatio ⁊c. agit de constructione edificij In qualibet autem edificij

constructione quattuor requiruntur. Primo edificij fundatio. Secundo cōstructio. Tertio augmētatio. Quarto consumatio: Que quidem breuiter tangit cum dicit: In quo scz fundamēto qui christus ē principaliter ⁊ doctrina apostolorum ⁊ prophetarum secundario: quia vt dicit ꝑme Cor.3. Fundamentū aliud nemo potest ponere ꝑter id ⁊c. Secundo vero tangit secundum cum dicit Omnis edificatio constructa. Et quidem si intelligatur allegorice designat ipsam ecclesiā: que tunc construitur quādo homines ad fidem conuertunt. Si autē moraliter intelligatur significat animā sanctam ⁊ tunc eiusmodi edificatio construitur qū bona opera superedificātur super xp̄m. Prouerb.14. Sapiens mulier edificat domū suā. ꝑme Cor.3. Unusquisq; videat quomō superedificet. In hoc ergo fundamēto. scz christo omnis edificatio spiritualis construit̄ iudeorū vel gentilium a deo p auctoritatē. ꝑs. Nisi dominꝰ edificauerit domum .⁊c. Heb.3. Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo: qui autē omnia creauit deus ē. Sed instrumentaliter construit̄ edificium vel ab homine qui seip̄m edificat vel a p̄latis. Tertium tangit cum dicit. Crescit in templum ⁊c. qō ꝗdem fit quando multiplicant̄ qui salui fiunt. Act.6. Verbuz domini crescebat ⁊ multiplicabat̄ numerus discipulorū in hierusalem valde. Crescit etiam quādo homo crescit in bonis operib⁹. Et in gratia crescit quantuz ad hoc q̄ fit templū sanctū. Templū eſt a deo inhabitat̄ ⁊ iō oportet q̄ sit sanctū. ꝑs Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Et quia nos debemus inhabitari a deo vt deus in nobis habitet: ad hoc nos parare debemus vt sancti simus. ꝑme Cor.3. Nescitis quia templū dei estis ⁊ spūs dei habitat in vobis. Apoc.12. Ecce tabernaculum dei cum hominibus ⁊ habitabit cum eis. Sed nunq̄d statiz a principio cū charitatem habemus templū dei sumus. Respondeo dicendū ē q̄ sic. Et quātomagis proficim⁹: tanto magis deus habitat in nobis. Et ideo ad hoc edificiū Quarto requirit̄ p̄fectio ⁊ consūmatio qō ostēdit cū dicit. In domino. ¶ Cōsequēter cū dicit. In quo ⁊ vos ⁊c. ostendit quomō gentiles facti sunt participes huius edificij dicens. In quo scz edificio nō solum superedificātur iudei: sed etiam vos ephesij edificamini. i. ad similitudinē aliorum edificamini. ꝑme Pet.2. Ad quē accedentes lapidē viuū ab hoibus quidē reprobatum: a deo autē electum ⁊ honorificatū ⁊ ip̄i tanq̄ lapides viui superedificamini domos spūales. Et ideo subdit. In habitaculum dei. vt scz deus in vobis inhabitet per fidem. infra.3. Habitare xp̄m per fidem in cordibus vestris. Hoc autem nō potest fieri sine charitate: quia qui manet i charitate in deo manet ⁊c. ꝑme Jo.4. Charitas autē datur nobis per spūm sanctū. Ro.5. Charitas dei diffusa ē in cordibus nostris per spūm sanctū qui datus ē nobis. iō subdit. In spiritu sancto.

Capitulum tertiū.

Huius rei gratia ego paulus vinctus xp̄i iesu pro vobis gentibus si tamen audistis dispensationē gr̄e dei que data est mihi in vobis qm̄ scōm reuelationē notū mihi factū est sacramētum sicut supra scripsi in breui put potestis legentes intelligere prudentiam meā in ministerio xp̄i qō aliis generatiōibus nō ē agnitum filijs hominū: sicuti nunc reuelatū est sanctis apostolis eius ⁊ prophetis in spiritu esse gentes coheredes ⁊ concorporales ⁊ cōparticipes p̄missionis in christo iesu per euangelium.

Supra cōmemorauit apostolus multa dei beneficia humano generi ⁊ ip̄is apostolis collata: hic cōmemorat speialia beneficia sibi tradita. Primo ergo proponit intentionem suā in generali. Secundo exponit p̄ partes i speciali ibi. Quoniā p̄m reuelationē ⁊c. Circa p̄mum duo facit. Primo ponit suam conditionem q̄tū ad patientiā ⁊ tribulationes quas ptulit. Scōo quantū ad dona gratie que deus sibi contulit ibi. Si tamen audistis ⁊c. Dicit ergo. Dixi in quo ⁊ vos coedificamini ⁊c. Huius rei gratia. i. vt edificemini ⁊ cōuertamini ad xp̄m: ego paulus qui tantus sum: quia apls iesu xp̄i ⁊ magister gētiz in fide ⁊ veritate nunc vinctus sum rome. Nam hāc epistolam de vrbe scripsit vbi in vinculis tenebat. 2. Thy. 2. Laboro vsq; ad vincula quasi me operans. infra. 4. Obsecro vos itaq; ego paulus vinctus in dño. Ex quo apparet eius tribulatio ⁊ passio in squaloze carceris. Et quia pena nō facit martyrē sed causa. ideo addit suarum tribulationū cām. Duplex ē autē cā pro qua quis martyrij cām prosequit. Una si patiat̄ pro fide xp̄i vel pro qua cunq; alia virtute. 1. Pet.4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienoꝝ appetitor: si autem vt xp̄ianus nō erubescat. Et q̄tuz ad hoc dicit. Vinctus christi iesu. Alia si patiat̄ p ecclie vtilitate. Et quantum ad hoc ait. Pro vobis gentib⁹. i. tantū intendo conuersionē vr̄am ⁊ verbum salutis vobis predico q̄ traditus suz carceri. 2. Cor. ꝑmo. Tribulamur pro vr̄a exhortatione ⁊ salute. Col. ꝑmo. Nunc gaudeo in passionibus pro vobis. ¶ Consequenter cū dicit. Si tamen audistis ⁊c. ponit donū gratie sibi cōmissū. Qua si dicat. Dico q̄ sum p̄ vobis gentibus vinctus. Si tamen audistis. i. intellexistis dispensationē gratie q̄ data ē mihi pro vobis. Qō pōt intelligi dupliciter. Uno modo vt dispensatio accipiat̄ passiue: ⁊ sit sensus: si tamē audistis dispensationem gratie ⁊c. i. si intellexistis q̄ mihi hoc donum scz aplatus in gentibus ē dispensatum. Nā vt dicitur infra. 4. Uniciq; data ē gratia ꝑm mensurā donationis xp̄i. Et infra. Ipse dedit quosdam quidem aplos: quosdam autem prophetas ⁊c. Unde mihi dispēsatū ē a domino xp̄o. i. venit in sortem gratia dei hec vt in vobis fructum faciam. Col. ꝑmo. Factus sum ego minister ⁊c. Dico dispensationem dei que data ē mihi i vobis. id est eorum dispensatio tradita ē mihi. Alio mō vt dispensatio accipiat̄ actiue vt sit sensus. Si tñ audistis dispensationē. ⁊c. i. si intellexistis q̄ mihi datū sit vt vobis gr̄a dispensem p cōionem sacramentoꝝ ⁊ hoc in vob ꝑme Cor.4 Sic nos existimet hō vt ministros xp̄i. ¶ Consequenter cū dicit. Quoniā p̄m reuelationez ⁊c. manifestat cōditionem suam per partes ⁊ in spāli. Circa qō duo facit. quia primo ponit qō pertinet ad dignitatē officij scz dispensationē gratie. Secundo illud qō pertinet ad experientiā patientie scz tribulationes ibi. Quapropter peto ne deficiatis ⁊c. Prima iterū in duas. Primo ostendit gratie dispensationem q̄tum ad diuersoz mysteriozū cognitionem. Secundo quantum ad ipsoz executionem ibi. Cuius factus sum minister ⁊c. Primo iterum in duas. Primo ponit mysteriozum xp̄i sibi data tam cognitionem. Secundo exponit qō sit istud mysterium ibi. Esse gentes coheredes ⁊c. Circa cognitionem suam tria ponit. Primo q̄ sit certa. Secūdo q̄ sit plena Tertio q̄ sit excellens. Certa quidem ē quia non ē per humanā industriā nec p humanā intentionē q̄ falli pōt. Sap.9. Cogitationes enim mortalium timide ⁊ incerte

prouidentie nostre. Sed per legem diuinā que certissima est. Et ideo dicit. ¶Quoniam ſm reuelationem .ꝛc. Hab. primo. Neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici. sz per reuelationē iesu christi. 2. Cor. 3. Nos vero reuelata facie gloriā domini speculantes. ꝛc. ¶Itē plena ē. quia perfecte reuelatum est mihi: ꝛ cōmitto vestro iudicio quia ego in verbis paucis hoc expressi: in q̄bus cognoscere potestis q̄ perfectam cognitionem habeam de mysterijs fidei. Et quantum ad hoc dicit. Sicut scripsi in breui id ē in paucis verbis ꝛ aperte eo modo vt potestis legentes intelligere. Cañ. 4. Fauus distillans labia tua. ꝛc. Labium quidem breue quid ē. Et sic labia doctoris sunt fauus distillans q[illegible] breuibus ꝛ paucis verbis multa ꝛ magna insin[illegible]d attende vt dicit Augustinus q̄ debet intende[illegible]octor q̄. s. intelligat. Et ꝯdiu ad hoc laborat verba sua non sūt superflua sed si post ꝯ intelligit eis īmoratur superflua sunt eius verba. Dicit autē prudentiā meam: ſm illud Prouerb. 9. Scientia sanctoꝝ prudentia. Que quidem non ē mundana sed diuina ꝛ celestis ꝓpter qō dicit. In mysterio xpi. Est etiam excellens quia solis apostolis ē reuelata. Unde subdit. Qō alijs generationibus nō ē agnitum. Licet enim misteria xpi prophetis ꝛ patriarchis fuerint reuelata: nō tamē ita clare sicut apostolis. Nam ꝓphetis ꝛ patriarchis fuerunt reuelata in quadaz generalitate sed aplis manifestata sunt ꝯtum ad singulares ꝛ determinatas circumstantias. Hoc autem qō dicit q̄ alijs generationibus ꝛc. potest dupliciter exponi. Uno modo vt per generationes tempora generationū accipiantur. iuxta illud ps. Dñatio tua in omni generatiōe ꝛ generationē. Et tunc ē sensus q̄ alijs generationibus id ē temporib⁹ nō ē agnitum filijs hominū. i. rationalibus creaturis sz nec hominibus nec angelis. Mat. 11. Abscondisti hec a sapientibus ꝛ prudentib⁹ ꝛ reuelasti ea paruulis. Sicuti reuelatum ē nunc sanctis apostolis eius ꝛ ꝓphetis noui testamenti interp:etantib⁹ scripturas ꝛ explanantibus legem. Luc. 8. Vobis datum ē nosce mysteriū regni dei. ceteris autem ꝛc. Luc. 10. Beati oculi qui vident que vos videtis. Et infra. Dico autez vobis q̄ multi reges ꝛ ꝓphete voluerunt videre q̄ vos videtis ꝛ nō viderunt ꝛc. Alio modo potest exponi vt p generationes accipiant hoīes generati. ſm illud. Mat. 23. Uenient hec omnia sup generationem istam. ꝛc. Et tunc ē sensus q̄ alijs generationibus id ē hominib⁹ i ꝑcedentibus generationibus generatis nō ē cognitū. ꝛc. sicut ꝓius. Unde Esa. 53. Quis credidit auditui nr̄o ꝛ brachium domini cui reuelatū ē? Sed hoc quidem sacramentum fidei reuelatum ē aliquibus patribus veteris tamēti. ſm illud Jo. 8. Abraam pater vester exultauit vt videret diē meum vidit ꝛ gauisus ē. Et etiam ꝓphetis ſm illud Joel. 2. Post hec effundaz de spiritu meo super omnē carnem ꝛ prophetabunt filij vr̄i ꝛ filie vr̄e. Sed eis quidem reuelatum ē in quadam generalitate. apostolis vero clare ꝛ perfecte. Et hoc propter tria. Primo quia ipsi aplī habuerunt reuelationem immediate a filio dei. ſm illud Joh. 1. Unigenitus filius qui ē in sinu patris ipse enarrauit. Prophete vero ꝛ patres veteris testamēti ipsi edocti sunt per angelos vel per aliquas similitudines. Unde dicitur Esa. 6. Volauit ad me vnus de seraphin ꝛ in manu eius calculus quem. ꝛc. Et ideo ipsi aplī clarius acceperunt. Secundo quia non in figuris ꝛ in enigmatibus: sicut ꝓphete viderunt. sed reuelata facie gloriā domini speculantes. Luce. 10. Beati oculi qui vident que vos videtis. Tertio quia apostoli constituti fuerunt executores ꝛ dispēsatores huius sacramē: ti: ꝛ ideo oportebat q̄ melius ipi essent instructi ꝯ alij. Joh. 4. Alij laborauerunt ꝛ vos in labores eoꝝ introistis. ¶Consequenter cum dicit. Esse gentes .ꝛc. manifestat quod sit illud sacramentū. Circa quod sciendum ē q̄ iudei triplicem prerogatiuam habebāt respectu gentilium sz promissionis hereditatis. Roma. 4. Nō enim per legem promissio abrae aut semini eius vt heres esset mundi: sed per iusticiam fidei. ps. Dominus pars hereditatis mee ꝛc. Item per specialem a gentibus alijs institutionem. Deutero. 7. Te elegit dominus de⁹ tuus vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram. Unde ps. Nos autē populus eius ꝛ oues pascue ei⁹. Cañ. 6. Una est colūba mea: perfecta mea. ꝛc. Item per xpi promissionē. Heñ. 12. In te benedicēt vniuerse cognatiōes terre. Hec autem tria gentes nō habebant: supra. 2. Qui eratis illo tempore sine xpo alienati a conuersatione isrl. Sed ad hec tria recepti sunt p fidez Primo quidē quantū ad partipationem hereditatis. ꝛ quantū ad hoc dicit. Coheredes sz ipsis iudeis in hereditate celesti. Mat. 8. Multi ab oriente ꝛ occidente venient ꝛ recumbent cuz abraam ysaac ꝛ iacob in regno celorum. ꝛc. Secundo ad speciale collegium fidelium. Et quantum ad hoc dicit. Concorporales. i. in vnum corp⁹ Joh. 10. Alias oues habeo que nō sunt ex hoc ouili. i. gentes: ꝛ illas oportet me adducere ꝛ vocem meam audient ꝛ fiet vnum ouile ꝛ vnus pastor. Tertio ad participationem gratie repromisse. Et quantū ad hoc dicit. Et comparticipes sz promissionuz q̄ facte sunt abrae. Ro. 15. Dico autem christum fuisse ministrum circūcisionis propter veritatem dei ad confirmādas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare deum. Et hec omnia consecute sunt gentes, non per moysen sz in christo. Joh. ꝑmo. Lex per moysen data ē: gratia et veritas per iesum xpm facta est. 2. Pet. ꝑmo. Per quē maxima ꝛ ꝑciosa nobis promissa ꝛc. Item nec per impletionem legis: quia hoc ē iugum qō neq; patres nostri neq; nos portare potuim⁹. vt dicitur Act. 15. Sed p euangeliuz per quod omnes saluantur. Roma. ꝑmo. Nō em erubesco euangelium. Uirtus enim dei est in salutē omni credenti. ꝑme Cor. 15. Notum vobis facio euangelium quod predicaui vobis quod ꝛ accepistis in quo ꝛ statis p quod ꝛ saluamini.

Lectio secunda.

¶Huius factus sum ego minister scōm donū gratie dei q̄ data est mihi scōz operationem virtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hec in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias xpi ꝛ illuminare omnes que sit dispensatio sacramenti abscondite a seculis in deo qui omnia creauit.

Postq̄ ostendit apostolus esse sibi gratiam dispensataz quantū ad misteriorum diuersorum cognitionē: hic ostēdit hoc idem quantum ad ipsorum misteriorum executionem. Et circa quod duo facit. Primo cōmemorat auxilium gratie prestitum sibi ad exequendum. Secūdo ostendit sibi cōmissum officium ministerij ibi. Mihi omnium sanctorum minimo ꝛc. Prima in duas. Primo tangit ministeriorum diuinoꝝ executionē. Secundo ostendit auxilium sibi datum ad exequendum. ibi. Secūdū donū gratie ꝛc. Executio autē diuinoꝝ sibi cōmissa ē p modū ministerij: ꝛ quantum ad hoc dic. Dico q̄ hoc misteriuz ē mihi cōmissū sz gentes esse coheredes p euangelium

per qꝫ gentes participes fiunt promissionis dei in christo iesu cuius ego paulus factꝰ sum minister ꝛc. Quasi dicat. Non ego impleo vel exequor vt a me vel vt meū: sed sicut ministerium quod dei est. Act. 9. Vas electionis ē mihi iste ꝛc. Unde apostolus. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros xpi ⁊ dispensatores misteriorum dei. ¶ Deinde cum dicit. Secundum donū gratie ꝛc. tangit auxiliū sibi prestitum ad ministeriorū executionem. Huiusmodi autē auxiliū duplex fuit. Unum quidem ipa facultas exequendi: aliud ipa operatio siue actualitas. Facultatem autem dat deus infundendo virtutem ⁊ gram per quas efficitur homo potens ⁊ aptus ad operandum: sed ipam operationem confert inquantū operatur in nobis interius mouendo ⁊ instigando ad bonum. Et ideo hoc accipiens apls a deo dicit quantuz ad pmū. Dico qꝫ factꝰ sū mīster ſz certe nō meis meritj nec virtute ppria: sed ām donū gratie dei que data ē mihi. quia. s. idoneus efficior ad executionem diuinoꝝ ministeriorꝝ qui fui prius persecutor. 1. Cor. 15. Plus omnibus laborauj nō ego sed gratia dei mecum. Quantū ad secundū dicit. Scōm opationē quā deus efficit inꝫtum virtus eius operat in nobis ⁊ velle ⁊ perficere p bona voluntate. Potest autez hoc aliter exponi ām glo. vt qō dictū est modo referat ad precedentia: vt. s. dicat qꝫ esse gentes coheredes ⁊ cōcorporales ⁊ cōparticipes pmissionis eiꝰ. s. dei patris. hoc quidem donū dedit deꝰ gentibus in xpo. id est per xpm ⁊ hoc ām operationem virtutis. ⁊ per hoc qꝫ potenter operatus est suscitando xpm a morte. ¶ Consequenter cū dicit. Mihi sanctorum minimo. ꝛc. ondit officiū cōmissū. cuius quidē cōmissionis gratia cōmendatur ex tribus. Primo quidem ex persone sue cōditione. Secūdo ex cōmissoꝝ magnitudine ibi. Euangelizare inuestigabiles ꝛc. Tertio ex fructus vtilitate ibi. Ut innotescat ꝛc. Cōmendat igitur officium sibi cōmissum: ex persone conditione. Si eñ rex aliquis aliquod quidem magnū officiū alicui magno principi et excellenti cōmitteret nō multū ei magnā gratiam faceret quantū ad hunc magnū in magno officio: sed si magnuz ⁊ arduissimū officium alicui paruo cōmittat. multū eum inganificat ⁊ magnaz gram facit ei: ⁊ tanto magis ꝫto officij excellentia excedit ipm. Secundū ergo hūc modū paulus gram sibi cōmissi officij cōmendat dicēs. Mihi omniū sanctoꝝ minimo data est gratia hec. Et vocat se minimū non ex potestate sibi cōmissa: sed ex cōsideratiōe status p̄ teriti. pme Cor. 15. Ego sum minimꝰ apostolorum qui nō sum dignus vocari apls: quoniā persecutus sum ecclīam dei. Isa. 60. Minimus erit in mille ⁊ parvulus in gentē fortissimam. Et hoc in gentibus. id est inter gentes. Hab. 2. Qui eñ operatus ē petro in apostolatum circūcisionis: operatus est ⁊ mihi inter gētes. Et cū cognouissent gram dei q̄ data est mihi inter gentes. ꝛc. Secundo cōmendat hmōi cōmissionis gra ex officij magnitudine qō ē reuelare ⁊ manifestare secreta dei que sunt magna ⁊ occulta: puta de magnitudine xpi ⁊ de salute fideliū facta p eum. De his autē duobꝰ ē totum euāgelium. Quantū ad primū dicit. Euāgelizare ꝛc. Quasi dicat. Hec gratia data ē mihi vt annūciem bonū. pme Cor. 1. Non misit me xpus baptizare sed euangelizare. Et ibidem. 9. Ue enim mihi si non euangelizauero. Et hoc inuestigabiles xpi diuitias que sunt vere diuitie. supra. 2. Deus autem qui diues ē in misericordia ꝛc. Ro. 2. An diuitias bonitatis eius ⁊ patientie ⁊ longanimitatis contemnis. ꝛc. Ro. 10. Diues in omnes q̄ inuocant illum. Quasi dicat. Diuitie iste vere inuestigabiles sūt quia tanta est misericordia eius qꝫ intelligi vel inuestigari nō posset. Isa. 33. Diuitie salutis sapiētia ⁊ sciētia timor domini ipe thesaurus eius scz xpi: qz in xpo abūdātissime fuit timor domini. Isa. 11. Replebit eum spiritꝰ timoris dñi. In xpo enim sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie absconditi. Col. 2. Et hec sunt inuestigabiles quia perfecte sapientia ⁊ scientia xpi inuestigari nō possunt. Job. 11. Reperies forsan vestigia dei ⁊ vsqꝫ ad perfectum omnipotentem? Quasi dicat. Non. Nam p creaturas in quibus relucet vestigiū creatoris peruenirj nō potest ad perfectam eius cognitionē. Huiusmodi autem diuitias stupens admiratur apostolus, dicens. Roma. 11. O altitudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei quam. ꝛc. Eccl. pmo. Sapientiā dei precedentem omnia quis inuestigabit? ¶ Quantum ad secundū. id est ad manifestandum salutem fidelibus ex xpo prouenientem dicit. Illuminare omnes non solum iudeos sed etiaz gentiles per predicationē ⁊ miracula. Eccl. 24. Illuminabo omnes sperantes in domino. Act. 9. Vas electiōis est. ꝛc. Mat. 5. Vos estis lux mundi. Illuminare inꝫ quantuz in me est omnes. s. credere volētes. 2. Thy. 2. Qui oēs homines vult saluos fieri ⁊ ad agnitionē veritatis venire. Ad hoc. s. vt intelligant que sit dispensatio sacramenti: quia nihil valent ista nisi dispensent. Quasi dicat. de hoc illuminabo. s. qꝫ mirabilis ⁊ ex quanta dilectione sit facta adimpletio archane redemptionis. Huiusmōi aūt diuitie inuestigabiles per xpm vobis dispensate sūt. Sz qz dici posset istud qō dicis ⁊ si sit magnū omnes tamen hoc sciunt. ideo ad hoc respondet apostolus dicēs qꝫ nō quia abscondita a seculis. Ubi sciendū ē qꝫ omnia q̄ sunt in effectu latent virtute in suis causis: sicut in virtute solis cōtinent oīa que sunt in generabilibꝰ ⁊ corruptibilibus. Sed tamē ibi quedā sunt absconditā quedā manifesta. Nam calor ē manifeste in igne. aliquoꝝ vero rō que occulto modo pducit latet in eo. Deus autē ē omnium rerū cā efficiens: sed producit quedā quozū ratio potest ē manifesta illa scz que mediantibꝰ causis secūdis producit. Aliqua vero sunt in eo absconditā illa scz que immediate per seipm producit. Et quia sacramentuz humane redemptionis per seipm operatus ē deus: ideo in eo solo hoc sacramentū ē absconditū. Et hoc ē qō dicit. Absconditā a seculis in deo. i. in sola notitia dei. Inuestigare autē secreta prime cause maximū ē. pme Cor. 2. Sapientiā loquimur inter pfectos. Sapiam vero nō huius seculi neqꝫ principū hui seculi qui destruunt sed loquimur dei sapientiā in mysterio que absconditā ē quā predestinauit deꝰ ante secula qui inꝫ oīa creauit.

Lectio tertia.

Ut innotescat principibus ⁊ potestatibus in celestibus per ecclesiā multiformis sapientia dei scōm pfinitionem seculorum quā fecit in xpo iesu domino nostro: in quo habemus fiduciā ⁊ accessum in cōfidentia per fidem eius.

Posita dignitate officij ex magnitudine cōmissoꝝ: hic commendat apostolus officij dignitatem ex vtilitate effectus: que quidem est reuelatio magnarum rerum magnis personis. Sunt autem circa hoc tria considerandā Primo quidem quibus sit reuelatum: ⁊ quantū ad hoc dicit. Ut innotescat principibus ꝛc. Secundo per quem reueletur qz per ecclesiam. Tertio quid reueletur: quia multiformis sapiētia dei. Ad cuius quidē sapientie descriptionē quattuor tāgit apls. Prio ei multiplicitatē ibi. Multiformis sapia dei. Scōo modū multiplicitatj ibi. Prefinitiōz seculoz. Tertio multiplicitatj auctoritatē.

Ut impleamini ꝛc. Operationē virtutis ibi. Ut ambuletis ꝛc. Tolerantiā maloꝝ ibi. In omni patiētia. Triplicem vero cognitionē optat scz agendoꝝ. Unde dicit. Ut impleamini in agnitiōe ꝛc. id est vt plene cognoscatis voluntatē dei. 1ᶜ. thes. 4. Hec est volūtas dei sanctificatio vestra vt abstineatis ꝛc. Ille ergo cognoscit voluntatē dei qui in sanctitate viuit. Qui ergo peccat non cognoscit voluntatē dei, quia oīs peccans est ignorans Rom. 12. Ut ꝓbetis que sit volūtas dei ꝛc. Item cognitionē diuinoꝝ ibi. In omni sapiētia que est cognitio diuinoꝝ ꝑm aug. Sap. 1. Sentite de dño in bonitate. Itez spiritualiū donoꝝ ibi. Et intellectu spirituali. id est non haꝝ corporaliū rerū. 1ᶜ. corinth. 2. Nos autē nō spiritū huius mūdi accepimus, sed spiritū qui ex deo est ꝛc. Et apte coniūg untur hec duo sapiētia ⁊ intellectus. qz minor est sapiētia si intellectu careat vt dicit Hegozi⁹. ⁊ inutilis est intellectus sine sapiētia, quia sapientia iudicat ⁊ intellectus capit ⁊ nō valet cape nisi iudicet. ⁊ ecō uerso. Glo. dicit q primū sumit generaliter. Secundū pertinet ad actiuā vitā. Tertiū ad contemplatiuā. Hec sufficit cognoscere: quia sciēti bonū ⁊ nō operanti peccatū est illi vt dicit Jaco. 4. Unde oportet q assit virtuosa operatio quā prio tangit ibi. Ut ambuletis digne deo Indigne eīm ambulat qui non viuit sicut decet filiū dei. 2ᶜ. corinth. 6⁰. In oībus exhibeamus nosmetipos sicut dei ministros in multa patiētia ꝛc. 1. thes. 4. Sicut prediximus ⁊ testificati sumus. Secūdo tangit rectā intentionē ibi. Per oīa placentes. Sap. 4. Placēs deo factus est dilectus ꝛc. Tertio studiū ꝓficiendi ibi. In omni opere bono ꝛc. Semper eīm homo debet niti ad vlterius bonū. Eccl. 24. Flores mei fructus honoris ⁊ honestatis ꝛc. Rom. 6. Habetis fructū vestrū in sanctificationē ꝛc. Ad fructificationē sequitur augmentū sciētie. ideo dicit. Et crescētes ꝛc. Ex hoc eīm q aliquis studet implere mandata disponit ad cognitionē. ps. Super senes intellexi: quia mādata tua quesiui. Sap. 1. Non habitabit in corpore subdito peccatis ꝛc. Et dicit dei: non mūdi. Sap. 10. Dedit illi scientiā sanctoꝝ ꝛc. ¶ Deinde tangit tolerantiā maloꝝ. quia ad virtutē non sufficit scire vel velle nisi īmobiliter operet quod nō potest esse sine patiētia ⁊ maloꝝ tolerantia. Et ideo dicit. In omni virtute cōfortati. Eccl. 44. Diuites in virtute pulchri tudīs studiū habentes Que virtus est a deo. Unde dicit. ꝑm potentiā claritatis eius. Ephes. 6. Confortamini in dño. Sed addit claritatis eius. id est xp̄i qui est claritas patris, quia pergere ad peccatū est pergere ad tenebras Sap. 7. Vapor est eīm virtutis dei ⁊ emanatio quedam est claritatis oīpotentis dei sincera. ¶ Deinde cū dicit. In oī patientia ꝛc. petit eis tolerātiaz in aduersis. Quidam enim deficiūt vel ꝓpter difficile aduersoꝝ. et ideo oportet habere patientiā Luce. 21⁰. In patiētia vestra possidebitis aīas vestras. Uel ꝓpter dilationē premij Et ideo dicit. Et longanimitate. Que facit sustinere rē ꝓmissam. Abac. 2. Si morā fecerit expecta eū ꝛc. Heb. 6. Longanimiter ferēs adeptus est repromissionē Sed aliqui hec duo vitāt: sed cū tristicia. Contra hoc dicit. Cum gaudio. Jaco. 1. Omne gaudiū existimate fratres cū in varias temptatiōes incideritis ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Gratias agentes ꝛc. agit gratias ꝓ beneficijs exhibitis oībus fidelibus. Et hoc ꝓ beneficio gratie qō primo ponit. Secūdo fructū gratie ibi. Qui eripuit ꝛc. Dicit ergo. Gramus ꝓ vobis agētes gratias deo scz creāti. ⁊ patri. scz adoptanti. qui dignos ꝛc. Dixerūt aliqui q dona gratiarū danē pro meritis. ⁊ q deus dat dignis gratiā non aūt indignis. ideo hoc excludit apls. qz quicquid habes dignitatis ⁊ gratie: hoc de⁹ fecit in te. ergo ⁊ effectus gratie. Et ideo dicit. Qui dignos nos fecit ꝛc. 2ᶜ. coz. 3. Non q sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis ꝛc. In partem sortis sanctoꝝ ꝛc. Omnes homīes de mūdo ꝑm naturā sunt boni. Et ideo iustū est eos aliquā partē habere dei. Mali quidē partē habent voluptates ⁊ temporalia. Sap. 2. Hec est pars nostra ⁊ hec sors. Sancti vero habent ipm deū partem. Trenoꝝ. 3⁰. Pars mea dñs. ps. Dñs pars hereditatis mee. Et ideo dicit. Qui dignos ꝛc. Et addit. Sortis. quia dupliciter aliqui diuidūt. Quādoq per electionē quādo vnus hanc: alius illā partē eligit. Aliquādo sorte. Prouer. 18. Contradictiones cōpimit sors. Hec aūt pars cedit sanctis nō per electionē ꝓpriā. Joh. 15. Non vos me elegistis sed ego elegi vos ꝛc. Sed quia ipe deus elegit nos. Sors eīm nihil aliud ē q cōmittere aliq̄d diuino iudicio. Sors autē triplex est. scz cōsultoria. diuinatoria. ⁊ diuisoria. Prima in tempalibus nō est mala. Secūda vana est ⁊ mala. Tertia in necessitatib⁹ aliquādo permittēda. sed hec per se est possessio lumis. 1ᶜ. tymoth. vlti. Lucem habitat inaccessibilē. Joh. 36. In manibus abscōdit lucē ꝛc. Sed ex hac parte seq̄t effect⁹ gratie. scz translatio de tenebris ad lucē. Et ideo primo ponit translationē. Secō modoz in quo hoīes ante gratiā sunt serui peccati. Et peccatū est tenebra. ⁊ ideo sunt in potestate tenebraꝝ siue demonū siue peccatoꝝ Ephe. vlti. Aduersus rectores mūdi tenebrarū haꝝ ꝛc. Elsaie. 49. Captiuitas a forti tollet ꝛc. ¶ Trāstulit vt essem⁹ regū dei. Joh. 19. Regnū meū non est de hoc mūdo ꝛc. Et hoc fit qn liberamur a peccato Apoc. 5. Fecisti nos deo nr̄o regnū ꝛc. vel ad litterā vt vitam eternā. Mat. 3. ⁊. 4. ⁊. 10. Appropinquabit regnū celoꝝ. Et hoc est quod dicit. Regnū filij dilectiōis sue. Dilectio vt dicit August. in glo. quādoq dicit spūssanctus qui est amor patris ⁊ filij. Sed si dilectio sic semp teneret personaliter. tūc filius esset filius spūssancti. sed qn̄q dicit essentialiter. vt dicit in glo. Filij ergo dilectiōis sue dicit. i. filij sui dilecti. vel filij essentie sue. Sed nūquid hec est vera filius est filius essentie patris? Dicendū est q sig nitiu⁹ designat habitudinē cause efficiētis est falsum. qz essentia nō generat nec generat. Si aūt designat formaz id est habens essentiā suā quasi materialiter. sicut dicit. Egregie forme. i. habens egregiā formā. sic est vera Jo. 3. Pater diligit filiū ⁊ oīa dedit in manu eius ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. In quo habemus ꝛc. ostendit modū trāslationis. Homo eīm existens in peccato dupliciter tenebat subditus scz per seruitutē Jo. 8. Qui facit pctm̄ seruus est peccati. Itē erat reus pene ⁊ auersus a deo. Esa. 59. Iniq̄tates vestre diuiserūt inter vos ⁊ deū vestrū. ⁊ pcta nostra abscōderūt faciē eius a nobis ne exaudiret. Hec duo remouet xp̄s qz inquantū hō factus est ꝓ nobis sacrificiū. ⁊ redemit nos in sanguīe suo. Et ideo dicit. In quo habemus redemptionē. 1ᶜ. coz. 6. Empti estis ꝑcio magno ꝛc. Sed inquantū est deus habemus per cū peccatoꝝ remissionē: qz reatus peccati solutus est per eum.

Lectio quarta.

Qui est ymago dei inuisibilis p̄ri genitus omnis creature: quonis in ipso condita sunt vniuersa in celis: ⁊ in terra visibilia ⁊ inuisibilia. Siue throni: siue dominatiōes: siue p̄incipatus: siue ptātes. Oīa per ipm ⁊ in ipo creata sunt: et ipse est ante omnes: ⁊ omnia in ipso ꝓstant. Postq superi⁹ cōmemorauit gr̄e būficia spēalia ⁊ vlia

hic cōmendat actorē hui⁹ gratie scz xp̄m. Et primo per cōparatiōz ad deū. Secōo generalit̄ p cōparationē ad totā creaturā ibi. ¶Primogenit⁹ ꝛc. Tertio specialit̄ p cōparatiōzad eccl̄iā ibi. Et ipse ē caput ꝛc. Circa primū no duz est q deus dicit̄ inuisibilis. qz excedit capacitatē visionis cuiuscūqz intellectus creati, ita q nullus intellectus creatus naturali cognitione potest ptingere ad ei⁹ essentiam Job.36. Ecce deus magnus vincens scientiā nostram. 1. Ti. vltimo. Lucem habitat inaccessibilē ꝛc. Videt ergo a beatis ex gratia nō ex natura. Ratio hui⁹ assignat a dionysio: qz omnis cognitio terminat ad existens id ē ad aliquā naturā participantē eē. Deus aūt ē ipsum esse non participatū. ergo est incognitus. ¶Huius ergo dei inuisibilis filius est imago. Sz videndū est quō dicat imago dei ⁊ quare dicat inuisibilis. Et quidem de ratione imaginis sunt tria scz q sit ibi similitudo. q deducta sit vel expressa ex eo cuz quo ē similitudo. ⁊ q deducta sit in aliquo pertinente ad speciem vl signum speciei. Si em̄ sint duo similia quoꝝ vnum non deriuet ab alio neutrum dicimus alterius imaginē. sicut ouum nō dicit imago oui. Et ideo ab imitando dicit imago. Item si sit simile. sed non quantū ad speciem vel signū speciei tunc nec imago dicit. sicut in homine multa sunt accidētia vt color quantitas ⁊ huiusmodi. et p̄m nullum horuz dicit imago. Sed si figuram eius accipiat: sic potest esse imago: qz figura est signum speciei. filius aūt est similis patri. et pater similis filio. sed fili⁹ habet hoc a patre: pater autē non a filio. Et ideo ꝓprie loquendo dicim⁹ filiū imaginem patris. ⁊ non econuerso. qz deducit̄ et deriuatur hec similitudo a patre. Item hec similitudo ē p̄m speciem. quia filius in diuinis repꝛesentat̄ aliquo modo: sz deficienter p verbum mentis nostre. Verbū autem mentis nostre est qñ formam⁹ actu formā rei cuius notitiā habemus. et hoc significamus verbo exteriori. Et hoc verbum sic conceptū est quedam rei similitudo quā in mente tenemus. ⁊ simile p̄m speciem. Et ideo verbū dei imago dei dicit̄. ¶Quantū ad secundū sciendū est q arriani hoc verbum male intellexerunt iudicantes de dei imagine p̄m imagines q̄ fiebant ab antiq̄s vt viderēt in eis charos suos subtractos sibi. sicut ⁊ nos facimus imagines sanctorū: vt quos non videmus in substantia videamus in imagine. Et ideo dicunt q inuisibile est ꝓprium patri. fili⁹ autē est p̄mū visibile in q̄ manifestat̄ bonitas p̄ris: q̄si p̄ sit vere inuisibilis. fili⁹ vo visibil⁹ ⁊ sic alteri⁹ essent nature. Hoc autē excludit ap̄lus ad Heb.1. dicēs. Qui cum sit splendor glorie ⁊ figura substantie eius ꝛc. Et sic est imago non solum dei inuisibilis: sed etiam ipse inuisibilis est. sicut pater Col.1. Qui est imago inuisibilis dei. ¶Deinde cum dicit. ¶Primogenitus ꝛc. cōmendat xp̄um p comparationē ad creaturam. Et primo facit hoc. Secundo exponit ibi. Quia in ipso ꝛc. Circa primum sciendū est q arriani sic intelligunt quasi dicat primogenitus: qz sit p̄ma creatura. sed hic non est sensus vt patebit. Et ideo duo sunt videnda: scz quomō hec imago sit genita. ⁊ quomō primogenita creature. Quantuz ergo ad primum sciendū est q in vnaquaq; re generatio est p̄m moduz sui esse ⁊ sue nature. Alius em̄ modus generationis est in hominib⁹ ⁊ alius in plantis ⁊ sic de aliis. Natura autē dei est ipsum esse intelligere. ⁊ sic oportet q eius generatio vel conceptio intellectualis sit generatio vel conceptio nature eius. In nobis autē conceptio intelligibilis non est conceptio nature nostre. qz in nobis aliud est intelligere ⁊ natura nostra. Et ideo cum hec imago sit verbum ⁊ conceptio intellectus oportet dicere q sit germē nature ⁊ sic de necessitate genitus: quia accipit naturam ab alio. ¶Secūdo dicenduz est quomō dicat primogenit⁹. Deus em̄ non alio se cognoscit ⁊ creaturam. sed om̄ia in sua essentia sicut in p̄ma causa effectiua. Filius autē est conceptio intellectualis dei p̄m q cognoscit se. ⁊ p consequens omnē creaturā. Inquantū ergo gignit̄ videt quoddam verbū repꝛesentans totam creaturam ⁊ ipsum est p̄ncipiū om̄is creature. Si em̄ nō sic gigneret̄ solum verbum patris esset p̄mogenitus patris: sed nō creature. Ecc̄.24. Ego ex ore altissimi prodij p̄mogenita ante oēm creaturam ꝛc. ¶Deinde cum dicit: Quia in ipso ꝛc. exponit qō dixerat scz q sit p̄mogenitus. qz scz est genitus vt p̄ncipium creature. Et hoc quantū ad tria. ¶Primo quantū ad rerū creationē. Secōo quantū ad earum distinctionez ibi. In celis ꝛc. Tertio quantū ad conuersationē in esse ibi. Et omnia in ipso ꝛc. Dicit ergo est p̄mogenitus creature qz est genitus vt p̄ncipiū oīs creature. Et ideo dicit. Quia in ipso ꝛc. Circa quod sciendū est q platonici ponēbāt ydeas dicentes q quelibet res fiebat ex eo q participabat ydeā: puta hoīs vel alicuius alterius speciei. Loco oīm harū ydearū nos habemus vnum scz filiū verbuz dei. Artifex em̄ facit artificium ex hoc q facit illud participare formaz apud se conceptam quasi inuoluens eam exteriori materie. sicut si dicat̄ q artifex facit domū p formaz rei quā hz apud se conceptam. Et sic deus om̄ia in sua sapientia dicit̄ facere. qz sapientia dei se habet ad res creatas sicut ars edificatoris ad domū factam. Hec autē forma ⁊ sapientia est verbū. et ideo oīa in ipso condita sunt sicut in quodā exemplari. Heñ.1. Dixit et facta sunt: qz in verbo suo eterno creauit om̄ia vt fierent. ¶Quantum autē ad distinctionē sciendū est q aliqui sicut manichei errauerunt dicentes hec corpora terrena quia corruptibilia facta esse a malo deo. celestia vero quia incorruptibilia a bono deo scilicz patre christi. Sed mentiunt: quia in eodem sunt vtraq; creata. Ideo dicit. In celis ꝛc. Et est hec distinctio p̄m partes nature corporee. Heñ.1. In p̄ncipio id ē in filio creauit deus ꝛc. ¶Platonici etiam dicunt q deus per se creauit creaturas inuisibiles scilicet angelos. ⁊ p angl̄os creauit naturas corpeas. Sz hoc excludit qz dicit. Visibilia et inuisibilia. De p̄mo Heb.11. Fide intelligimus esse aptata secula vt ex inuisibilib⁹ visibilia fierent. De secundo autem Ecc̄.43. ¶Pauca vidimus operum eius. Omnia autem dominus fecit ꝛc. Hec autem distinctio est scōm creaturarū naturā. Tertia distinctio est ordinis et gradus in inuisibilibus cum dicit: Siue throni ꝛc. ¶Platonici etiam errant hic: dicebant enim in rebus diuersas esse perfectiones et quālibet attribuebāt vni primo principio. et scōm ordines earum perfectionum ponebant ordines principiorū sicut ponebant primum ens a quo participant omnia esse. et aliud principium ab isto scilicet primum intellectum a quo omnia participāt intelligere. ⁊ aliud ꝓncipiuz vitam a quo om̄ia participant viuere. Sed nos non sic ponim⁹: sed ab vno principio res habent quicquid in eis perfectiōis est. Et ideo dicit. Siue throni ꝛc. Quasi dicat. Nō dependēt ab alijs principijs ordinatis: sed ab ipso vno solo verbo dei. Sed quid est quod dicit. Ephe.1. Ipsum dedit caput ꝛc. Ubi quedam diuersitas videtur esse ab istis. Solutio. Hic enim enumerat descendēdo: quia ostendit p̄gressum creature a deo. ibi ascendendo: quia ostendit q filius dei scōm q hō super omnes creaturas est. Sed tñ ibi p̄ncipatus ponunt̄ sub potestatibus. ⁊ virtutes inter dominationes et potestates: hic principatus super potestates: et p̄ncipatus mediū inter dñationes ⁊ potestates. Et p̄m hoc diuerse sunt sentētie gregorij ⁊ dionysij. Dionysius em̄ ordinat eos p̄m q dicit ad ephesios. qz in secunda ierarchia ponit dominationes virtutes ⁊ po-

testates. Gregorius vero ordinat eos sicut hic habetur. qz in secūda ierarchia ponit dñationes ꝓncipatus ⁊ potestates. in tertia vero virtutes archangelos ⁊ angelos. ¶Sed sciendum est q sicut Gregorius ⁊ Dionysius dicunt hec dona spūalia ex quibus nominanꝫ hij ordines cōmunia sunt omnib⁹. tamē quidā nominanꝫ a q̄busdaz quidā ab alijs. cuius ratio accipiꝫ ex dictis platonicoꝝ. qz omne quod conuenit alicui conuenit tripliciter. quia aut essentialiter aut participatiue. aut causaliter. Essentialiꝫ quidē qō cōuenit rei ꝑm ꝓportionē sue nature. sicut homini rationale. ¶Participatiue autē quod excedit suam naturā. sed tamē aliquid de illo participat sed imperfecte sicut intellectuale homini qō est supra rationale ⁊ est essentiale angelorum. ⁊ idem aliquid participat homo. Causaliter vero quod conuenit rei supeminēter sicut homini artificialia. qz in eo nō sunt sicut ī materia sed ꝑ modum artis. Unūquodq; autē denominaꝫ solum ab eo quod conuenit ei essentialiter. Unde homo non dicitur intellectualis nec artificialis: sz rationalis. De dictis autē donis in angelis ea que conueniunt superioribus essentialiter: inferioꝛib⁹ conueniūt participatiue. q̄ vero inferioꝛib⁹ essentialiter cōueniūt: superioꝛibus causaliter cōueniunt. Et ideo supioꝛes denominanꝫ a superioꝛibus donis. Supremū autē in creatura spūali est q attingat deū ⁊ quodāmodo participet eum. Et ideo denominanꝫ superiores ex hoc q attingunt deum. Cherubin q̄si scientes deū. Seraphin q̄si ardentes vel accendentes. Throni quasi habentes in seipsis deuz. Tripliciter eñ aliquid potest alio participare. Uno modo accipiendo ꝑpietatē nature eius. Alio mō vt recipiat ipm ꝑ modū intentionis cognitiue. Alio modo vt deseruiat aliqualiter eius virtuti. sicut alijs medicinalem artem a medico. Uel qz accipit in se medicine artem. vel accipit cognitionē artis medicinalis. vel qz deseruit arti medicine. Primū est maius secundo. ⁊ secundū tertio. In sacra aūt scriptura significaꝫ aliq̄d diuinū ꝑ ignez. Deut. 4. Domin⁹ deus tu⁹ ignis consumēs est ꝛc. Et ideo supremus ordo dicit seraphin quasi ardentes deo et continentes aliquam diuinam ꝑpietatem. Secundus ordo est cherubin consequentes eum cognitiue. et throni ei⁹ virtuti deseruiētes. Alij aūt ordines nō nominanꝫ ex attingendo deū. sed per aliquaz eius operationē. Et aliq̄ vt dirigentes. ⁊ sic sunt dominationes. alij exequentes. Et horum quidā vt principaliores vt principatus. pō. ¶Preuenerūt ꝓncipes ꝛc. Alij ꝑm executionē. ⁊ sic sunt exequentes supra spūales creaturas. vt sunt potestates qui arcent demones. supra naturalia sunt virtutes que miracula faciūt. supra homines sunt archangeli ad magna: angeli ad minima. Et sic cōcludendo dicit. Omnia ꝑ ipsum sicut ꝑ causam effectiuam. ⁊ in ipso sicut causaz exemplarem. Jo. 1. Omnia ꝑ ipsum facta sunt ꝛc. Sed qz posset aliquis dicere. Unaq̄ oīa sunt eterna. ideo apostolus quasi respondens ad hoc dicit. q nō. sed ipse est ante omnia sc̄z tempoza et res alias. prouer. 8. Dominus possedit me in initio viarū suarum anteq̄ quicq̄ faceret a principio ꝛc. Uel ante dignitatem. pō. Quis similis deo ꝛc. ¶Quantū ad conseruationem dicit. Et omnia in illo constant id est conseruantur. Sic enim se habet deus ad res sicut sol ad lunam. quo recedente deficit lumen lune. Et sic si deus subtrahat suam virtutem a nobis: in momēto deficerent oīa Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis sue.

Lectio quinta.

Ipse est caput corporis ecclesie qui est principium primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare ⁊ per eum reconciliari oīa in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius siue que in terris siue que in celis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati ⁊ inimici sensu in operibus malis. nunc autē reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos sanctos ⁊ immaculatos ⁊ irreprehensibiles coram ipso: si tamen ꝑmanetis in fide fundati ⁊ stabiles ⁊ immobiles a spe euangelij qō audistis qō ꝓdicatū est in vniuersa creatura q̄ sub celo est.

¶Postq̄ apostolus cōmendauit christum ꝑ compationē ad deum ⁊ ad totam creaturā: hic cōmendat ipsum in cōparatione ad ecclesiaz. Et ꝑmo generaliter. Secūdo specialiter q̄tum ad colossenses ibi. Et vos cum essetis ꝛc. Tertio quantū ad suam ꝑsonam singulariter ibi. Cuius factus sum ꝛc. Circa primuz duo facit. quia ꝑmo ꝓponit habitudinem xpi ad totam ecclesiam. Secundo exponit ibi. Qui est ꝓncipium ꝛc. Dicit ergo. Iste in quo habemus redemptionē christus est ⁊ ꝑmogenit⁹ creature. Sz ꝑm q hmōi fact⁹ ē caput ecclesie. Duo occurūt hic exponenda. Et ꝑmo quō corpus sit ecclesia. ⁊ secundo quō xp̄us est caput. Ecclesia dicit corp⁹ ad similitudinē vni⁹ hoīs. ⁊ hoc duplicit. sc̄z et q̄tum ad distinctiōz mēbroꝝ Eph̄. 4. Dedit quosdā quidē ap̄los: quosdā aūt ꝓphas ꝛc. Et q̄tum ad seruitia q̄ licz sint distincta tñ vnuz seruit alteri. i. Corin. 12. ¶Pro inuicē sollicita sint membra Gal. 6. Alē alteri⁹ onera portate ꝛc. Itē sic ꝓstituiē vnū corp⁹ ex vnitate aīe: ita eccl̄ia ex vnitate spūs. Eph̄. 4. Unū corp⁹ ⁊ vn⁹ spūs. 1. corin. 10. Un⁹ panis ⁊ vnū corpus multi sum⁹ ꝛc. Itē est alia ꝓsideratio mēbroꝝ ad caput ⁊ ecclie ad xp̄m. Ipse eñ xp̄s ē caput ecclie. pō. Tu exaltas caput meū ꝛc. ¶Et exponit q̄d est eē caput dicēs Qui ē ꝓncipiū ꝛc. Caput ei respectu alioꝝ mēbroꝝ hēt tria ꝓuilegia. ¶Prīo qz distinguiē ab alijs ordiē dignitatis: qz est ꝓncipiū ⁊ ꝓsidens. Secūdo in plenitudine sensuū q̄ sunt oēs in capite. Tertio in q̄dā influxu sensus et mot⁹ ad mēbra. Et iō ꝑmo oñdit quō xp̄s est caput ratione dignitatis. Secdo rōne plenitudinis gr̄aꝝ ibi. Quia in ipso complacuit ꝛc. Itē tertio rōne influentie ibi. Et ꝑ eū ꝛc. Ecclesia quidē hz duplicē statū: sc̄z gr̄e in p̄senti ⁊ gl̄ie in futuro ⁊ est eadē eccl̄ia. ⁊ xp̄s est caput ꝑm vtrūq; statum. qz ꝑmus in gr̄a ⁊ ꝑm⁹ in gl̄ia. Quantū ad ꝑmū dicit. Qui est ꝓncipiū: qz nō solū est in gr̄a ꝑm q hō. sed etiā oēs sunt iustificati ꝑ fidē xp̄i Ro. 5. ¶Per obedientiaz vni⁹ hoīs iusti ꝓstituunē multi. Et iō dicit. Qui est ꝓncipiū sc̄z iustificationis ⁊ gr̄e in tota eccl̄ia. qz in veteri testamento sunt aliq̄ iustificati ꝑ fidem xp̄i Jo. 8. Ego ꝓncipiū q̄ ⁊ loquoz ꝛc. pō. Tecū ꝓncipiū ꝛc. Item est ꝓncipium q̄tum ad statū glorie. Ideo dicit. ¶Primogenitus ex mortuis. Quia eñ resurrectio mortuoꝝ ē quasi quedam secunda generatio: qz homo in ea ad vitam eternaz reparaē Matth̄. 19. In regeneratione cū sederit fili⁹ hominis ꝛc. et ꝑ oīb⁹ ꝑmus est christus. ideo est ꝑmogenit⁹ ex mortuis id ē coz q̄ sunt geniti ꝑ resurrectionē. Sz ꝓtra de lazaro Jo. 11. Rūdeo. dicit q isti ⁊ alij nō resurrexerūt ad illā vitā immortalē: sed ad mortalē. sz xp̄s resurgens ex mortuis iam non moriē ꝛc. vt dicit Ro. 6. Apoc. 1. ¶Primogenitus mortuoꝝ ꝛc. 1. corin. 15. Hūc

aũt christus resurrexit a mortuis ꝑmitte dormientiũ. Et hoc vt in omnib⁹ sit ipse ꝑncipatum tenens. quantũ ad dona gratie qz ipse est ꝑncipium quantum ad dona glorie. qz ipse est ꝑmogenitus. Ecc. 24. In omni gente et in omni populo ꝑmatum habui ꝛc. ¶ Deinde cum dicit Quia in ipso ꝛc. ostendit dignitatem capitis quantũ ad plenitudinem gratiarũ omniũ. Alij em̃ sancti habuerũt diuisiones gratiarum: sed xp̃s habuit oẽs. Jdeo dicit. Quia in ipso ꝛc. Singula verba pondus suũz habent. ¶ Cõplacuit designat qꝺ dona homĩs xp̃i nõ erant ex facto seu meritis vt dicit fotinus. sed ex diuine voluntatis complacentia assumentis hunc hominẽ in vnitatem p̃sone. Matth. 3. Hic est filius meus ꝛc. Item dicit omnẽ quia alij habent hoc donum: alij aliud. Jo. 13. Oẽa dedit in manus eius. Item dicit plenitudinẽ. quia aliquis aliquod habuit donuz: sed non plenitudinẽ eius seu virtutis. quia forte in illa in aliquo defecit. Sz Jo. 1. dicit de christo. Vidimus eum plenũ gratie et veritatis. Ecc. 24. In plenitudine sanctoꝝ detentio mea ꝛc. Item dicit habitare. Alij em̃ acceperunt vsum gratie ad tẽp⁹ quia spũs ꝓphetarum non semꝑ adest ꝓphetis. sed in christo est habitualiter quia semꝑ ad votum in christo ẽ dominiũ huius plenitudinis Jo. j. Super quez videris spũm descendentẽ ꝛ in eo manentẽ ꝛc. ¶ Deinde cuz dicit. Et per eum ꝛc. ostendit christuz esse caput ecclesie ratione influxus. Et hec est tertia ratio capitis. Et primo ostendit influxum gratie. Secũdo exponit qõ dilexerat ibi. ¶ Pacificans ꝛc. Dicit ergo ꝑmo. dico qꝺ complacuit non solũ ꝙtum ad hoc qꝺ haberet in se. sed etiam ꝑ vt eũ ad nos deriuaret. Unde dicit. Et per eum reconciliari oẽa in ipsuz. 2. corin. 5. Deus erat in xp̃o mũdũ reconcilians sibi. Exponit autẽ qualis sit ista reco̅ciliatio ꝛ quomodo omnia reconciliata. In reconciliatione autez sunt duo consideranda. ¶ Primo in quo conueniunt qui reconciliantur. discordes em̃ diuersas habent volũtates. Reconciliati autez consentiunt in aliquo vno Et sic voluntates ꝓius discordes concordant in xp̃o. Et huiusmodi voluntates sunt et hominũ et dei ꝛ angelorum. Hominũ qz christus hõ est. dei qz deus est. Itẽ discordia erat inꝛ iudeos qui volebant legez. ꝛ gentiles qꝺ nõ volebãt legẽ sz vtrosqꝫ xp̃s ꝓcordat: qz ex iudeis ẽ. ꝛ qz absoluit observatias legis. Et hec concordia ẽ facta ꝑ sanguinẽ ꝛc. Inꝛ deum em̃ ꝛ hominẽ causa discordie fuit peccatũ. Inter iudeos ꝛ gentes lex. Christus ꝑ crucem destruxit peccatum ꝛ impleuit legem. Et ita remouit causam discordie. Heb. 12. Accessistis ad syon montem ꝛ ciuitatez dei viuentis hierusalem ꝛc. Et sic reconciliati sumus: Et ista sunt siue que in celis vt angeli et deus: siue que in terris sez iudei et gẽtiles. Jdeo christo nato dicit Luc. 2. Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus ꝛc. Item in resurrectione dixit. ¶ Pax vobis ꝛc. vt habetur Jo. 20 Eph. 2. Ipse em̃ est pax nostra qui fecit vtraqꝫ vnum ꝛ̃ ¶ Deinde cum dicit. Et vos ꝛc. ponit cõmendatio christi per dona eis collata. Ubi ꝓmo cõmemorat statuz preteritum. Secundo xp̃i beneficium ibi. Nunc autem ꝛ̃. Tertio quid exigat ab eis ibi. Si tamen ꝛc. Status em̃ preteritus habuit tria mala. Quantũ em̃ ad intellectuz erant ignorantes. quantum ad affectum inimici iusticie. quantum ad actum in multis peccatis. Quantũ ad primum dicit. Alienati ꝛc. quantũ ad secundum. Et inimici sensus ꝛm vnam litteram: ꝛ ostendit defectum sapientie quam predicabant iudei de vno deo. Jo. 3. Dilexerunt magis tenebras ꝙꝫ lucem. Sed nunquid tenebant ad legem moysi?. Dicendum est qꝺ sic quantutũ ad cultum vnius dei. Uel alienati sensu id ẽ ex electione contradicentes ex malicia Job. 34. Qui quasi de industria recesserunt ab eo. Quantũ ad tertium dicit. In operib⁹ malis Jo. 3. Erant em̃ eoꝝ opera mala ꝛc. ¶ Deinde cũ dicit. Nunc autẽ. ponit beneficia christi. Et primũ est reconciliatio in corpore eius. Et dicit corpus carnis nõ qꝺ aliud sit corpus ꝛ aliud caro. sed ad ostendendũ qꝺ accepit corpus in esse nature Jo. 1. Et verbum caro factũ est ꝛc. Item carnis id est mortale Ro. 8. Deus filium suum mittens in similitudinem peccati ꝛc. Secundum est sanctificatio. Unde dicit. Exhibere vos sanctos Heb. 13. Jesus vt sanctificaret populum suum ꝛc. Tertium est ablutio a peccatis ibi. Et imaculatos Heb. 9. Sanguis christi qui ꝑ spũm sanctũ semetipsum obtulit deo emundabit conscientiam nostram ꝛc. ¶ Item quantũ ad futura ibi. Irreprehensibilis. 2. Pe. 3. Satagite immaculati ꝛ inviolati ei inueniri in pace ꝛc. Et addit. Coram ipso. 1. Reg. 16. Homo videt que foris patent. dominus autem intuet cor. Exigit a nobis firmitatẽ fidei ꝛ spei. Jdeo subiungit dicens. Si tamẽ ꝑmanetis ꝛc. Fides est sicut fundamentum ex cuius firmitate tota firmat ecclesie structura. Item stabiles in spe quasi non moti a seipsis. ꝛ immobiles quasi non excidentes a spe per alios. A spe inquã euangelij id est quam dat euangelium de bonis regni celorum Matth. 4. Penitentiam agite appropinquabit em̃ regnum celorum ꝛc. Hec est excusatio qz est predicatum: videlicet ꝑ apostolos. Utitur preterito ꝓ futuro ꝓpter certitudinẽ ei⁹. Uel oẽi creature noue sez fidelibus quibus paratum erat.

Lectio sexta.

C Uius factus sum ego paulus minister: qui nunc gaudeo in passionibus ꝓ vobis: ꝛ adimpleo ea que desunt passionum christi in carne mea ꝓ corpore eius quidem ecclesia. Cuius factus sum ego minister scõm dispensationez dei que data est mihi in vobis: vt impleam verbis dei mysterium quod absconditũ fuit a seculis ꝛ generationibus: nunc autẽ manifestatum est sanctis eius quibus voluit deus notas facere diuitias glorie sacramenti huius in gentib⁹ quod est christus in vobis spes glorie quem nos annunciauimus. corripientes omnem hominem ꝛ docentes in omni sapientia: vt exhibeamus omnem hominem perfectum in christo iesu in quo ꝛ laboro certando scõm operationem eius quã operat in me in virtute.

Postꝙ cõmendauit christũ in comparatione ad deum ꝛ ad vniuersam creaturam: ad totam ecclesiam: ꝛ ad ipsos colossenses: hic cõmendat euz in comparatione ad seipsum. ostendẽs se ei⁹ ministrũ. Et ꝓmo ponit ministeriũ. Secundo ostendit fidelitatem in ministrando ibi. Qui nunc gaudeo ꝛc. Tertio ministerij magnitudinẽ ibi. Cuius factus sum ꝛc. Dicit ergo. Dico qꝺ predicatuz est in vniuersa creatura cuius euangelij factus sum minister ꝑdicandi. non mea auctoritate. sed predicationi ministerium exhibens. 1. Corin. 4. Sic nos existimet homo vt ministros christi ꝛ dispẽsatores ꝛc. Sz est minister fidelis. qõ patet qz non refugit pati pericula quin diligẽter exeq̃t. Ẽm ꝓmo oñdit q̃ affectu sustinet passiones. Secõdo q̃ fructu ibi. Adimpleo ꝛc. Affectu quidẽ leto: qz nun-

Explanatio sancti Thome

gaudeo ꝛc. ꝓ vobis id est ꝓpter vestram vtilitatem. 2. cozin. 1. Siue tribulamur ꝓ vestra exhortatione ⁊ salute ꝛc. Et ꝓpter gaudium vite eterne quod inde expecto qđ est fructꝰ ministerij ei⁹. Jac. j. Oñe gaudiũ existimate frēs mei cum in tẽptationes varias incideritis. scientes ꝛc. Phil. 2. Si emulor sup sacrificiũ fidei vr̃e. gaudeo ⁊ cõgratulor ꝛc. Et etiã hoc fructu vt adimpleã ꝛc. Hec verba ſm supficiẽ malũ possent habere intellectum scz q̃ xp̃i passio non esset sufficiens ad redemptionẽ. sed addite sunt ad complendũ passiones sanctorũ. Sed hoc est hereticũ: qz sanguis xp̃i est sufficiens ad redemptionem etiaz multoꝝ mundoꝝ. 1. Jo. 2. Ipse est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris ꝛc. Sed intelligendũ est q̃ xp̃s et ecclesia est vna ꝑsona mystica cuius caput est xp̃s. corpus oñes iusti. quilibet aũt iustus est quasi membrũ hui⁹ capitis. 1. cozin. 12. Et membra de membro. Deus autem ordinauit in sua p̃destinatione q̃rum meritoz deberet esse ꝓ totã ecclesiam tam in capite q̃ in membris. sicut et predestinauit numerũ electoꝝ. Et inter hec merita precipue sunt passiones sanctoꝝ. sed xp̃i scz capitis merita sunt infinita. quilibet vero sanctus exhibet aliqua merita ſm mẽsurã suã. Et ideo dicit: Adimpleo ea q̃ desunt passionũ christi id est totius ecclesie cuius caput est xp̃s: adimpleo id est addo mensurã meam. Et hoc in carne id est egoipse patiens. Vel que sunt id est desunt in carne mea. Hoc eñ deerat q̃ sicut xp̃s passus erat ī cozpe suo. ita pateret ī paulo mẽbro suo ⁊ similr in alijs. Et hoc ꝓ cozpe qđ ẽ eccl̃ia q̃ erat redumẽda ꝓ xp̃m. Eph̃. 5. Vt exhiberet ipe sibi ecclesiã gloriosaz ñ hñtẽ maculã neq; rugam ꝛc. Sic etiam oñes sancti patiunt ꝓpter ecclesiam que ex eorũ exemplo roborat. Glosa. Passiones adhuc desunt eo q̃ paritoria meritoꝝ ecclesie non est plena: nec adimplebit nisi cum seculum fuerit finitũ. Paritoria aũt est vas vel dom⁹ vbi pariter multa inferunt. Deinde cum dicit. Cuius sum ꝛc. ostendit dignitatem ministerij tripliciter. Primo ex materia adoptionis. Secundo ex fine ad quem ducit ibi. Vt impleamini ꝛc. Tertio ex vsu ibi. Quoniã vos cum ꝛc. Sed diceret aliq̃s. Est ne magnũ hoc ministeriũ. Et respondet dicens. Ita est. qz traditum est mihi ſm dispensationẽ. Quod dupliciter potest exponi: scz actiue. ⁊ sic est sensus id est vt dispensem vobis diuina fideliter tradens ea. ⁊ hec potestas data est mihi. Vel passiue. ⁊ tunc est sensus id est ſm q̃ mihi est dispensatũ a deo Ephe. 4. Dedit quosdã quidez ap̃los quosdam ꝓphetas ꝛc. Act̃. 13. Segregate mihi barnabam et paulũ in opus quo assumpsi eos ꝛc. Ecce quis est finis certe non pecunia nec gloria ꝓpria: sed zali quod magnũ ad quod accepi. qz vt impleam ꝛc. Et ꝓmo ostendit dignitatẽ eius ad quod accepit. Secundo ostẽdit qđ est illud quod est xp̃s. Itẽ ꝓmo cõmendat magnitudinẽ eius ex diffusa predicatione ⁊ occultatiõe ⁊ ex manifestatiõe. Accipit aũt ad conuersionẽ gentiliũ. Vñ vt adimpleã verbum non predicationis: sed dispensationem eternam dei: id est vt mea predicatione impletum ostendã verbũ dei id ẽ dei dispensatoz ⁊ ꝓordinationẽ ⁊ ꝓmissionẽ de verbo dei incarnãdo vel dispensationẽ dei eternã q̃ disposuit vt gentes ꝓ xp̃m cõuerterent ad fidez veri dei. Et hoc oportebat impleri Numeri. 23. Dixit ḡ et non faciet. locutus est ⁊ non implebit Esa. 55. Verbũ quod egredietꝫ de ore meo nõ reuertet̃ ad me vacuũ: sed faciet quecũq; volui ⁊ ꝓsperabit̃ ꝛc. Sed hoc dispositum impleri ꝓ ministeriuz pauli. Unde dicit. Vt impleã hoc mysteriũ scz inquantũ est res abscondita. qz mysteriuz quod est absconditũ est hoc verbum Esa. 24. Secretuz meuz mihi ꝛc. Quod absconditũ fuit a seculis id ẽ a ꝑncipio seculoꝝ ⁊ oñibus generationib⁹ hominũ qui hoc scire non potuerũt Eph̃. 3. Que sit dispensatio sacram̃ti absconditi a seculis in deo. Nam ⁊ si ꝑti antiqui quedam de xp̃i deitate videant dixisse vel ꝓpria vel appropriata sicut augustin⁹ inuenit in libris platonis. In ꝑncipio erat verbũ ꝛc. tamẽ q̃ verbum caro factũ est nulli⁹ scire potuit. Sz dicis. Nõne fuit scitũ ꝓ ꝓphetas. Respondeo. dicendũ est q̃ sic tamen inquantũ ptinebat ad euangelium. Vel non ita apperte sicut apostoli sciuerũt Deinde cum dicit. Nunc aũt ꝛc. agit de manifestatione eius. ⁊ ꝓmo ostendit quibus manifestatũ est. Secundo ostendit quare manifestatũ est eis ibi. Quibus voluit ꝛc. Dicit ergo. manifestatũ est nunc scz tempore gratie. 2. cozin. 6. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis ꝛc. Hec autẽ est scientia sanctoruz Sap̃. 10. Dedit illi scientiam sanctorũ ꝛc. Job. 36. Annũciat de ea amico suo ꝛc. Sed hoc non ꝓpter eorum merita. sed ꝓpter beneplacitũ suum. Unde dicit. Quib⁹ voluit deus ꝛc. Jo. 15. Que audiui a patre meo nota feci vobis. ꝛc. Et subdit. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. ꝛc. Matth̃. 11. Ita placitum fuit ante te ꝛc. Notas facere diuitias glorie. qz per ista occulta deus apparet abundanter gloriosus. Nam olim notus in iudea deus. Sz ꝓ hoc sacramentũ cõuersionis gent illũ gloria dei notificat̃ ꝓ totũ mundũ. Jo. 17. Ego te clarificaui ꝛc. Et hoc intelligentibus scz quod completur in eis Ro. 5. Gloriamur in spe glorie filiorum dei. Et Ro. 11. O altitudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei ꝛc. Hoc verbum est qđ est christus id est quod ꝓ christum adipiscimur scz spem glorie que olim videbat̃ ꝓmissa solũ iudeis Act̃. 10. Mirabant̃ q̃ ⁊ in nationes diffusa est gratia ꝛc. Ro. 5. Justificati ex fide pacem habeam⁹ ꝛc. Et post. ⁊ gloriamur in spe glorie filiorum dei ꝛc. Esa. 11. Radix ieſſe qui stat in signum populoꝝ ꝛc. Sic ergo ostendit ordo ministerij ⁊ finis. Sz subdit vsuz eius cũ dicit. Quẽ nos ꝛc. Et circa hoc tria facit. qz ꝓmo ostẽdit vsum eius. Secũdo fructum ibi. Vt exhibeamus ꝛc. Tertio auxilium sibi impensum ad consequendũ vsum ibi. In quo ⁊ laboro ꝛc. Usus eius est nunciare christum. Et ponit vsum ⁊ modum vtendi. ꝑs. Annunciate inter gentes studia ei⁹ ꝛc. 1. Jo. 1. Quod vidimus ⁊ audinim⁹ annũciamus vobis ꝛc. Modus ponit ibi. Corripientes ꝛc. Quod est perfecta ãnunciatio: quia oñi homini non solum iudeis. Matth̃. vltimo. Docete omnes gentes ꝛc. Modus etiam eius est docere veritatem ⁊ refellere falsitatem. Et ideo dicit. Corripientes omnez errorem vel infideles in vita. 2. Cozin. 10. Arma militie nostre nõ sunt carnalia sed potentia dei ad destructionẽ munitionũ. consilia destruentes ꝛc. Et docentes oẽm hoiem in omni sapientia scz q̃ est cognitio dei Sap̃. 15. Hosce eñ te ꝓsumata iusticia est: ⁊ scire iusticiam ⁊ veritatez tuam radix est immortalitatis ꝛc. Et. 1. Cozin. 2. Sapientiã loquimur ẽ Fructus autẽ hic est q̃ homines ducunt̃ ad perfectũ. Unde dicit. Vt exhibeamus omnẽ hominem scz cuius cũq; conditionis perfectum non in lege: sed in christo. Matth̃. 5. Estote perfecti ꝛc. Sed nunquid quilibet tenetur ad perfectionem? Non. sed intentio predicatoris ad hoc debet esse. Est autẽ duplex perfectio charitatis. Una de necessitate precepti: scz vt in corde nihil admittat contrarium deo. Matth̃. 22. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo ꝛc. Alia de vtilitate cõsilij vt abstineat etiam a licitis. ⁊ hec est perfectio superogationis Sed ad hoc habuit auxilium a deo. Unde dicit. In quo laboro scilicet certando cõtra infideles ⁊ peccatores. 2. Timo. 2°. Labora sicut bonus miles christi ꝛc. Item eiusdem. 4. Bonum certamen certaui ꝛc. Et hoc scõm operationez eius. j. Cozin. 15. Hñs dei mecũ. Et hoc facit

de⁹ in me ī virtute miraculoꝝ scz p̄bēdo virtutē. Luc. vlti. Sedete ī ciuitate donec induamini virtute ex alto.

Capitulum secundū.

VOlo enim vos scire qualē sollicitudinem habeā p̄ vobis ⁊ p̄ his qui sunt loadicie ⁊ quicūq; non viderunt faciez meā in carne vt consolent corda ipsorum instructi in charitate ⁊ in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitione mysterij dei patris ⁊ iesu christi: in quo sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie absconditi. Hoc aūt dico: vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonū.

Supza cōmendauit statū fideliū: qui est gratie. ⁊ actorē scz xp̄m: hic p̄tegit eos contra ꝓtrarıantia huic statui: et p̄mo ꝓtra doctrinā corrumpentē. Secūdo ꝓtra puersos mores. 3°. cā. ibi. Igit̄ si consurrexistis ⁊c. Circa p̄mum duo facit. Quia p̄mo ostēdit sollicitudinē de eoꝝ statu. Scōo tuet eos contra malā doctrinā ibi. Hoc aūt dico. ⁊c. Iteꝝ p̄ma pars diuidit̄ in tres particulas. Quia primo ponit sollicitudinē. Scōo p̄sonas de quib⁹ sollicitat ibi. ℣ro vobis ⁊c. Tertio de q̄ sit sollicitus ibi. Vt consolent ⁊c. Dicit g̃. Volo em̄ vos scire qualē habeam sollicitudinē scz magnā. Et hoc ꝓtinet ad bonū p̄latū Ro. 12. Qui p̄est in sollicitudie Luc. 2. Pastores erāt in eadem regione vigilantes et custodientes vigilias noctis supza gregem suū ⁊c. Et non solum p̄ a se cōuersis ⁊ sibi p̄sentibus sed etiaz p̄ alijs. Unde dicit. ℣ro vobis quos non vidi corpore: sed ⁊ mente. et non solū p̄ istis: sed etiam p̄ illis q̄ nō viderūt ⁊c. Sollicitus q̄ppe erat p̄ toto mūdo. Sap̄. 18. In veste poderis aaron totus erat orbis terraꝝ ⁊c. Sic in mente ap̄li. 2. Cozin. 11. ℣reter ea q̄ extrinsec⁹ sunt instantia mea quotidiana sollicitudo oīm eccl̄iaꝝ ⁊c. Sed de quib⁹ magis sollicitat̄ Respondeo. de non visis q̄tum ad aliq̄d: qz nesciebat q̄d fieret circa eos: nō aūt simplicit̄. ¶ Deinde cū dicit. Vt cōsolent ⁊c. ostendit de q̄ sollicitus sit scz de eoꝝ consolatione. Et p̄mo hoc ponit. Secūdo quō possit hoc haberi ibi. Instructi ⁊c. Dicit g̃. Vt cōsolent id est p̄ me habeant consolationē spūalē cuius consolationis factiuū est bonum. Est em̄ factiuū gaudij vt q̄ tristat̄ de aliq̄: consolet̄ de alio eque bono. Duo aūt sunt que consolant nos: scz meditatio sapientie. Sap̄. 8. Erit allocutio cogitationis tedij mei. Aliud est oratio Jac. 5. Tristat̄ q̄s in vobis oret equo aīo ⁊ psallat. ¶ Cōsequenter cū dicit. Instructi ⁊c. ponit spēaliter sapientie instructionē. Duplex est hic lr̄a scz q̄ dicta est et que habet̄ in glo. sic. Vt consolētur corda ipsoꝝ instructoꝝ ⁊c. ad cognoscendū ⁊c. Et est idem sensus. Instructio g̃ sapie consolat̄ cōtra mala temporalia. Debet aūt hic esse instructus de via. et ideo dicit. In charitate q̄ scz est via ad deū. 1. cozin. 12. Adhuc excellentioꝛē viā vobis demonstro: si linguis ⁊c. Instructi ergo in charitate q̄ deus nos diligit: ⁊ qua nos euz diligim⁹. vtrūq; em̄ nos consolat scz ⁊ qz dñs diligit nos Hal. 2. Viuo ego ⁊c. Et post. Qui dilexit me et tradidit semetipsum p̄ me ⁊c. Ep̄h. 2. Dives in misericordia p̄pter nimiā charitatē suā qua dilexit nos ⁊c. Itē qua nos deū diligimus nos cōsolamur. qz consolatio ē amici si p̄ eo sustineat mala Ecc̄. 22. Et si euenerint mihi mala p̄pter illum sustinebo ⁊c. Et subdit. In oīes diuitias id est in oīm capacitate. Intellectus em̄ noster est in potentia ad aliq̄d cognoscendū. scz intellect⁹ angeli in sua creatione impletus est sciētia intelligibiliū. Et ideo oportet q̄ nostro intellectui humano supueniat sciētia'. Uel per disciplinā. scz hec ē insufficiens. qz nunq̄ aliq̄d tm̄ potest sciri sic q̄ capacitatē eius impleat. Uel p̄ reuelationē diuinam ⁊ donum dei. Et hec est sufficiens Ecc̄. 15. Impleuit euz dñs spū sapientie ⁊ intellectus ⁊c. Et ideo dicit. Plenitudinis intellectus id est in copiam. Sap̄. 8. Quid sapientia locupletius? Esa. 33. Diuitie salutis sapientia ⁊ scientia. Instructi ergo in copia diuine sapientie que copia implet intellectū. Et hoc habebim⁹ cognoscendo deuz. Et ideo dicit. In agnitionē mysterij ⁊c. id est ad cognoscendū veritatē sacramenti huius occulti scz q̄ deus sit pater iesu x̄pi. Uel mysterij dei patris q̄ est x̄ps iesus. Ideo dicit̄ Matth. 11. de aplis. Absconditi hec a sapientib⁹ ⁊ prudētib⁹ ⁊ reuelasti ea paruulis. Uel in agnitione eius generatiōis et incarnatiōis x̄pi Sap̄. 6. Cogitare ergo de illa sensus est cōsumatus. Augustin⁹ Beatus q̄ te nouit: infelix q̄ te non nouit. ℣er cognitōz dei habet homo omnē plenitudinem Jo. 17. Hec ē vita eterna vt cognoscant te solum verum deū ⁊c. Sed numq̄d p̄ cognitionē x̄pi impleꝛ intellectus? Respondeo sic. qz in eo sunt oēs thesauri ⁊c. Deus hz oīm rerū noticiā: et hec noticia compaꝛ thesauro. Sap̄. 7. Infinitus em̄ est thesaurus hominibus ⁊c. Thesaurus est diuitie congregate. sed effuse non dicunt̄ thesaurus: scz que in vno sunt Deus em̄ sapientiam suā sparsit sup oīa opa sua. Ecc̄. 1. Et sic non habet rationē thesauri: sed ꝛm q̄ huiusmodi rationes vniunt̄ in vno scz in sapientia diuina. ⁊ omnes hmōi thesauri sūt in x̄po. Sapia em̄ ē cognitio diuinorum. Scientia vero est creaturaꝝ cognitio. Quicq̄d aute]se deo potest sciri ꝓtinens ad sapientiā totum deus abundanter in se cognoscit. Iteꝝ quicq̄d potest cognosci de creaturis cognoscit in se supeminenter. Quicq̄d aūt in sapientia dei est: est in verbo suo vno. qz vno simplici actu intellectus cognoscit oīa. qz in eo non est scientia in potentia nec in habitu. Et ideo in isto verbo sunt oēs thesauri ⁊c. Sed addit. Absconditi. qz q̄ mihi aliquid absconditꝝ contingit dupliciter. scz vel p̄pter debilitatē intellectus mei: vel p̄pter velamen oppositū. sicut quis non videt candelam. vel quia cecus est vel velata est. Ita in verbo dei sunt oīes thesauri sapientie ⁊ scientie sed absconditi nobis qui nō habemus limpidos oculos sed lippos Jo. 12. Adhuc modicū lumē in vobis est. Et qz est velatū duplici velamine scz creature. qz intellect⁹ noster nunc ad illam cognitionē non potest nisi p̄ similitudinem creaturaꝝ Ro. 1. Inuisibilia dei p̄ ea que facta sunt intellecta conspiciunt̄ ⁊c. Iteꝝ velatū in carne. Jo. 1. Et verbū caro factū ē ⁊c. Et si aliq̄d videm⁹ de deo: nō tm̄ totum Esa. 45. Vere tu es deus absconditus ⁊c. Numeri. 20. Aperi eis thesaurū tuum. ℣onam⁹ q̄ aliquis habeat candelā velatā non q̄reret aliunde lumen nisi q̄ habitū ab eo reueletur. ⁊ ideo nō oportet sapientiā quere nisi in x̄po. 1. cozin. 1. Non existimaui me aliquid scire nisi x̄p̄m iesum ⁊c. Et. 1. Jo. 3. Cum reuelabit̄ tunc similes ei erimus scz oīa sciētes. sicut qui haberet librum vbi esset tota scientia non quereret nisi vt sciret illum librum. sic ⁊ nos non oportet amplius querere nisi x̄p̄m. ¶ Deinde cum dicit. Hoc aūt dico ⁊c. Instruit ⁊ monet eos ꝓtra doctrinā corrūpentē. Seducebāt aūt a q̄busdā p̄bis ꝓtra fidē ⁊ ab hereticis q̄ docebāt obseruātias legalium. Iō p̄mo instruit eos ꝓtra p̄bos. Scōo ꝓtra iudaizātes ibi. In q̄ et circūcisi ⁊c. In sciētia vero mūdana duo continent. qz est quedā scientia loquendi. et quedā scientia rerum. ⁊ ideo dupliciter possunt decipere. Ideo p̄mo munit eos contra p̄bos decipientes eos p̄ scientiam

loquendi. Secundo contra decipientes eos p scientiam rerū ibi. Videte ne quis ꝛc. Primo manifestat deceptionem. Secundo assignat rōem ibi. Nam si corpore ꝛc. Dicit ergo. dico q̄ in christo est oīs sciēcia. Et hoc dico vt nō querentes alibi scientiam decipiamini. Et dicit nemo id est nec demosthenes nec tullius in sublimitate sermonis Esa. 33. Populum ibi alti sermonis non videbis ꝛc. Sed nunquid est peccatū vti sermonib⁹ sublimibus? Respondeo. Non. q̄ etiam sancti viri elegantius loquunt̄ q̄ etiam rhetores mundi. sicut ambrosius. hieronymus. ꝛ leo papa. Nam si licet vti ad persuadendū in malo ornata locutione. multomagis in bono.

Lectio secunda.

Nam ꝛ si corpore absens sum: ꝫ spiritu vobiscū suz gaudens ꝛ videns ordinem vestrum et firmamentuz eius que in christo est fidei vestre. Sicut ergo accepistis iesum christum dominū nostrum: in ipso ambulate: radicati ꝛ supedificati in ipso ꝛ ꝓformati in fide sicut ꝛ didicistis: abundantes in illo in gratiarūactione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam ꝛ inanem fallaciam ſm traditionē hominū scōm elementa mundi ꝛ non scōm christum. q̄ in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ꝛ estis in illo repleti qui est caput omnis principatus et potestatis.

Supra monuit ne per aliquā fallaciā sermonis decidāt a fide: hic ponit rationem monitionis: que sumit̄ ex bonis que in istis erant que non debebant perdere sed ꝓficere in eis. ꝛ primo cōmemorat bona habita. Secundo ostēdit quō in eis ꝓficiant ibi. Sicut ergo ꝛc. Circa primum duo facit. quia ꝑmo ostendit qualiter sunt sibi nota bona eorum. Secundo que bona in eis sunt ibi. Gaudens ꝛc. Dicit ergo. Nam ꝛ si ꝛc. quasi dicat. Licet nō ꝑdicauerim vobis nec vīa facta oculi videā tū spū vobis interesum p affectionē gaudens de bonis vestris. 1. corī. 5. Absens quidē corpore: presens vero spū. puer. 10. Filius sapiens letificat patrez ꝛc. Et hoc q̄ reuelabat̄ sibi per spūmsanctū. Et ideo dicit. Sed spū vobiscū sum. 4. Reg. 5. Nonne cor meū in presenti erat qñ reuersus est homo de curru in occursuz tui ꝛc. Gaudens inq̄ sum q̄ videns sum ordinē id ē ordinatā vestrā cōuersationē. 1. cozin. 14. Omnia honeste ꝛ ſm ordinem fiant in vobis. Judic. 5. Stelle manentes in ordine ꝛ cursu suo ꝛc. Et firmamentū ꝛc. 2. Ti. 2. Firmū fundamentū dei stat ꝛc. Et hoc in xpo Eph. 3. Habitare christū p fidem in cordibus vestris ꝛc. Ecclesia eñ est spūale edificium Eph. 2. In quo oīs edificatio constructa crescit in templum sanctū in dño. Huius aūt bonitas ꝓsistit in debito fundamento q̄ est fides ꝛ in debita supedificatione. Et ideo hec duo posuit. Deinde cum dicit. Sicut ergo ꝛc. monet eos ad hec seruanda. Et ꝑmo ad ꝓficiendū. Secundo ad persistendū. Tertio ad gratias agendum. Dicit ꝫ Sicut accepistis xpm iesum dñm nostrum non puertendo in ipo ambulatē Ro. 12. Adherentes bono. Ecclesia qñq̄ compaī spūali edificio. 1. cozin. 3. Templū dei sanctum est quod estis vos. Quādoq̄ arbori q̄ fert fructū Et eadem est comparatio fundamēti ad domū. ꝛ radicis ad arborē. q̄ vtriusq̄ firmitas est radix ꝛ fundamentum xp̄s Esa. 11. Erit radix iesse qui stat in signū populoꝝ. 1. Cozin. 3. Fundamentū aliud nemo potest ponere preter id qđ positum est. qđ est xp̄s iesus ꝛc. Ideo dicit. Radicati scz sicut boni rami. ꝛ supedificati in ipso ꝛ confirmati scz sicē boni lapides. hoc ē si pstiteritis i fide ei⁹. 1. Pe. vltimo. Aduersarius vester ꝛc. Et post Cui resistite fortes in fide ꝛc. Et hoc sicut didicistis scz in vera fide Gal. 1. Si quis vobis euangelizauerit preter id qđ accepistis anathema sit ꝛc. Abundantes in eo in gratiarūactioe id est gratias agentes abūdanter. 1. thessal. vltimo. In omnibus gratias agite. 2. Machab. 1. De magnis periculis a deo liberati magnifice grās agimus ipsi ꝛc. Deinde cuz dicit. Videte ꝛc. monet ne decipiant̄ p vanā sapientiam. Et ꝑmo ponit monitionē. Secundo rationem ibi. In ipso ꝛc. Circa primū ꝑmo docet vitare qđ potest decipere. Secūdo ostendit quare illud decipiat ibi. Secundū traditiones ꝛc. Sed q̄ aliquis decipiat̄ p sapientiam secularē dupliciter contingit scz quandoq̄ p principia realia ꝓbie. qñq̄ p sophisticas rationes. Et vtraq̄ docet cauere. Unde dicit. Ne quis ꝛc. id est p philosphica documēta Esa. 47. Sapientia tua ꝛ sciētia hec decepit te. Multi eñ sunt ꝑpter pbiam decepti a fide deuiantes. Jere. 10. Stultus est factus oīs homo a scia sua ꝛc. Quantū ad secundū dicit. Et inanem fallaciaz q̄ non fundat̄ nisi sup apparēti inuolutione verboꝝ Eph. 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. Sed quō seducens? Qui seducit oportet habere aliq̄d apparens ꝛ aliquid non existens. Ideo ꝑmo ponit principiū apparentie. Secundo defectum existentie. Principiū apparentie est duplex scz auctoritas phoꝝ. ꝛ ꝫtuz ad hoc dicit. Scōm traditionē hominū id est ſm ea q̄ aliqui tradiderunt ꝓpria ratione. ps. Domin⁹ scit cogitationes hominū qñ vane sunt. Aliud est adinuentio rationis qñ scz aliquis vult metiri ea que sunt fidei ſm principia rerum. ꝛ nō ſm sapientiam diuinam. Ex hoc eñ multi decipiunt̄. Et iō dicit. Scōm elementa mundi. ꝛc. Sap. 13. Neq̄ operibus attendentes agnouerunt q̄s effect artifex ꝛc. Quanto enim causa est altioꝛ: tanto habet superiorez effectuz. Unde qui voluerit considerare effectus superiores ſm causas inferiores decipitur. sicut si quis consideret motum aque ſm virtutem aque non potest scire causam refluxus maris. sed sic si considerat eū ſm virtutē lune. Uñ multomagis decipit̄ q̄ cōsiderat ꝓpios dei effectus ſm elementa mundi. Et hec est causa apparētie. Sz nunq̄d sunt semp respuēde traditiōes hoīm ꝛ rationes? Respondeo. Non. sed tunc qñ ꝓcedit phisica ratio ſm illa ꝛ nō ſm xp̄m. Infra eodez. Non tenentes caput ex quo totū corpus p nexus et cōiunctiones subministratū crescit in augmentum dei ꝛc. Vel potest exponi ſm elementa mūdi mensurando scz veritatē ſm veritatē creaturarū. Vel hoc dicit ꝑpter idolatras colentes idola ꝛ dicentes. Jouem celum. Vel ſm iudeos vt sit sensus. Per pbiam id est p rationē volentium trahere ad legalia ſm elementa mūdi id ē ſm obseruatiōes corporales Gal. 4. Sub elementis mundi eramus seruientes. Sed prima expositio est melioꝛ. Deinde cum dicit. Quia in ipso ꝛc. ponit rationē predictoꝝ dicens. Quicq̄d nō est ſm xp̄m respuendum est. Sed nunq̄d est xp̄s tantus vt p eo omnia respui debeant. Et respondet q̄ ita. qđ ostendit tripliciter ꝑmo p compationē ad diuinitatē. Secūdo p compationem ad fideles ibi. Et estis ꝛc. Tertio p compationē ad angelos ibi. Qui est capnt ꝛc. Dicit ꝫ. Ideo respuendum est qđ est contra eum quia ipse est deus. Unde plus est ei standum q̄ omnibus. quia in ipso habitat ꝛc. Deo eñ est in omnibus. sed in quibusdam per participationē similitudinis sue bonitatis vt lapis ꝛ alia huiusmodi

Hic incipit epl'aris narratio. ⁊ est hec epla q̄si pastoralis regula quam apostol⁹ tradit timotheo instruens de omnibus que spectant ad regimē plator. et eo ordine quo debet esse intentio. Primo q̄ instruit eum de spūalibus ministrādis. Scdo d tpalib⁹ in. 4°. ca. ibi. Spūs aūt ⁊c Item ad prelatū ptinet ꝑmo qz doceat de forma fidei: ne fides subditoz corrumpat Luc. 22. Ego rogaui p te vt non deficiat fides tua. ⁊ tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos. Secūdo vt instruat eos de ptinentib⁹ ad cultum dei: qō non potest esse nisi fides sit recta. Jdeo ꝑmo instruit de fide. Scdo de cultu dei. 2°. ca. ibi. Obsecro igit ⁊c. Tertio agit de instructione officioz ecclesiastis cozū in tertio capitulo ibi. Fidelis sermo. Sciendū ē aūt qz in ꝑmitiua eccl'ia erroz fuit piculosus quozundā dicētium legalia debere seruari simul cum euangelio. quod apl'us excludit ꝑmo ostēdens legis conditionē. Secundo ꝓbat p experimentū in seipso ibi. Hr̄as ago ⁊c. Circa primū tria facit. qz ꝑmo ostendit q̄d de lege sit repudiandum. Secūdo q̄d in ea acceptandū ibi. Finis aūt p̄cepti ⁊c. Tertio concludit legis conditionē ibi. Scim⁹ aūt qz ⁊c. Repudiandū est aūt in lege qō alij male addiderunt nō qō a deo est datum nisi iam ſm carnalē intellectum. Et ꝑmo docet falsas fabulas ⁊ traditiones esse repudiādas. Secundo rōem assignat ibi. Que questiones ⁊c. Dicit ergo. Dico q̄ debes facere sicut rogaui te cum tū possem imperare Ecc̄. 32. Rectozez te posuerūt: noli extolli. esto in illis quasi vnus ex illis ⁊c. ¶ Ut denunciares quibusdā. Vel aliter duo ptinent ad prelatuz vt cohibeat docentes falsa. Et ideo dicit. Ne aliter docerent. Gal. 1. Si q̄s vobis euangelizauerit ꝓter id qō accepistis anathema sit. Deut. 4. Non addetis ad verbū quod ego loquoz vobis neq̄ auferetis ex eo. Secūdo vt si contingat q̄ aliq̄ falsa docerent ꝓhibeat populū ne eis intendant. Unde dicit. Neq̄ intendant ⁊c. Fuerūt aūt quidā heretici q̄ detestantes vetus testamētū exponebāt q̄ apl's ip̄m repudiabat deridēdo hist̄oriaſ ei⁹ dicēs. Fabulis ⁊ genealogijs interminatis ⁊c. Cōtra qō dicit augustin⁹ q̄ apl'us vtit hist̄orijs ⁊ genealogijs veteris testamēti. Gal. 4. Abraā duos filios habuit ⁊c. Si g̃ respbaret non eis vteret. Dicit g̃ fabulas non datā legem in scr̄ptis: sed in ore scz thalmuth nō que moyses ore tradidit sed que alij addiderūt: vt sunt stulte fabule scz q̄ adam habuit aliam vxorem ex q̄ dicunt natos demones Matth. 15. Irritum fecistis mandatū dei ꝑpter traditionem vestrā. 2. Ti. 4. Ad fabulas aūt cōuertent. ¶ Ratio huius est qz prestant questiones id ē contentiones. 2 Ti. 2. Noli verbis contendere puer. 20. Honoz est homini q̄ se sepat a cōtentiōib⁹ ⁊c. ¶ Quā edificatioz dei q̄ est p fidē ⁊ in fide qñ scz aliq̄s est ꝑfirmatus in veritate fidei ad qō debet oīs doctrina tendere. ¶ Deinde cuz dicit. Finis aūt ⁊c. ostendit q̄d ō lege sit tenēdū. Et circa hoc duo facit. qz ꝑmo ostendit hoc. Scdo qō piculuz est his q̄ hoc nō tenent ibi. A q̄busdā ⁊c. Circa ꝑmum sciendū est q̄ lex vetus dicit ler mandato ꝝ. qz mandatis ⁊ p̄ceptis ptinet. Eph. 2. Legē mandatoꝝ decretis euacuās Illud g̃ ad qō ordinant oīa mādata legis est p̄cipue tenendū: hoc aūt ē charitas Mat. 22. Diliges deū tuum ex toto corde tuo ⁊c. Et paulo post. Jn his duob⁹ mādatiſ vniuersa lex pēdet ⁊ ꝓphe. Sz quō charitas ē finis p̄cepti? Ad hoc sciendū duo sūt cōsiderāda. Primo q̄ oīa p̄cepta legis sunt de actib⁹ virtutū. ⁊ q̄ p oēs actus virtutuz ordinat hō vn⁹ ad aliū. Secūdo q̄ obiectū vnius virtutis est finis alteri⁹. qz qñcūq̄ vna potentia est circa aliquē finē: ad illā ordinant oīa q̄ sunt eiusdē sicut ad finē. sicut frenefactiua ad equestrē. qz officiū eq̄stris ē ei⁹ finis. hec aūt ad ducē. Virtutes aūt theologice vltimū finē habēt ꝓ obiecto. Alie aūt sunt circa ea q̄ sunt ad finē. Virtutes g̃ oēs respicūt theologicas sicut finē. Jnt theologicas vero illa plus habet de ratiōe finis que ꝓpinquiꝰ se habet ad vltimū finem. Fides autē ostendit eum. Spes facit tendere in eum. charitas vnit. Ergo oēs ordinant ad charitatē. Et sic dicit charitas finis p̄ceptoz. Sz cuz ea q̄ sunt ad finem disponūt ad finē. precepta aūt sunt ad charitatem ideo disponunt ad eam. Jdeo dicit. De corde puro. Ad hoc eīn q̄ coz sit purum danē precepta virtutum quarum quedam ordinant ad modum rectificandi passiones. quarum sciliꝯ virtutum materie sunt passiones, sicut temperantia q̄ ordinat concupiscentiā. mā-

suetudo iras. fortitudo rixe ⁊ audacias. ℘ Per has em̃ passiones turbat puritas cordis. Et ideo iste virtutes faciũt cor purũ. Sed nũquid hoc requirit ad charitatem? Respondeo. Dicendũ est q̃ sic. qz impossibile est q̃ cor impurũ sit promptũ ad charitatẽ: quia vnicuiq; est diligibile qđ sibi est conforme. Cor impurũ diligit illud qđ competit ei ꝑm passionẽ. Ergo necesse est q̃ sit expeditũ a passionibus. Cant. 1°. Recti diligũt te. Alie virtutes sunt que rectificãt hominẽ ad ꝓximuz ⁊ ex hoc sequit̃ q̃ habeat conscientiã bonã: quia nõ facit alteri qđ sibi non vult fieri. Mat. 7. Oĩa ergo quecũq; vultis vt faciant vobis homines ⁊ vos facite illis ⁊c. Et ideo que cõtra proximũ sunt: sunt cõtra conscientiã. Qui ergo nõ habuerit conscientiã bonaz nõ potest deũ pure diligere. qz qui nõ habet conscientiã bonã timet penã. Timor autẽ non est in charitate sed fugit deũ ⁊ non vnit̃ ei. Et ideo precepta que ꝓscientiã rectificant bene disponunt ad charitatẽ. Alie sunt virtutes ad habendã veram fidem. scz virtutes quibus deũ colimus. scz latria ⁊ hmõi que sunt ordinata ad remouendũ errores ⁊ ad firmandũ in cordib⁹ fidei firmitatẽ de deo. Qui em̃ non habent veram fidem: nõ possunt deũ diligere. qz qui falso credit de deo iã nõ diligit deũ. Non em̃ diligit qui nõ credit. quia non figit̃ affectus nisi in illo qđ ostendit intellectus. Et ideo que faciũt fidem bonã ordinantur ad charitatẽ. Et ideo dicit De corde puro qz faciũt hoc. Math. 5. Beati mũdo cor de qm̃ ipsi deũ videbũt. ¶ De cõscientia bona. 2ª. cor. 1°. Gloria nostra hec est testimoniũ consciẽtie nostre ⁊c. Et fide nõ ficta. id est vera. Et ideo virtutes ⁊ precepta ordinant̃ ad finem qui est charitas. que ⁊ sumitur scõm ista tria ⁊c.

Lectio tertia.

Quibus quidã aberrantes cõuersi sunt in vaniloquiũ: volentes esse legis doctores. nõ intelligentes. neq; que loquũtur: neq; de quibus affirmant Scimus aũt qz bona est lex si quis ea legitime vtat̃. sciẽtes hoc qz lex iusto nõ est posita: sed iniustis ⁊ nõ subditis. impijs ⁊ peccatoribus. sceleratis ⁊ cõtaminatis. patricidis ⁊ matricidis. homicidis. fornicarijs. masculoz cõcubitoribus. plagiarijs. mendacibus ⁊ periuris. ⁊ si quid aliud sane doctrie aduersat̃ que est ꝑm euangeliũ glorie beati dei qđ creditũ est mihi. Gratias ago ei qui me ꝓfortauit in xp̃o iesu dño nostro: qz fidelez me existimauit ponẽs in misterio. Qui prius blasphemus fui ⁊ persecutor ⁊ cõtumeliosus: sed misericordiã dei ꝓsecutus suz qz ignorãs feci in incredulitate. Superabũdauit aũt gratia dñi nostri cũ fide ⁊ dilectione que est in xp̃o iesu.

Supra ostendit virtutũ dignitatẽ ⁊ vtilitatẽ: hic declarat harũ necessitatẽ quia quicũq; ab his descendit in periculũ false doctrine cadit. Et circa hoc duo facit. qz primo ponit falsitas doctrine in quã incidũt. Scđo cõditionẽ falso dicentiũ ibi. Volentes esse ⁊c. Dicit ergo. Finis precepti ⁊c. ⁊ hec sunt principalia legis a quibus quidã discedũt. ꝑs. Vana locuti sunt ⁊c. ¶ Et nota q̃ recessus a charitate causa est false doctrine. qz qui nõ amant charitatẽ cadunt in mendaciũ. 2ª. thes. 2°. Qui nõ crediderũt veritati sed consenserũt iniquitati. Similiter qui dimittũt cordis puritatẽ. Habentes em̃ cor infectũ passionibus iudicant scõm affectũ earum ⁊ non scõm deũ. 1ª. corinth. 2. Animalis homo nõ percipit que dei sunt ⁊c. Similiter habẽtes conscientiã malã: qz nõ possunt quiescere in veritate Et inde est q̃ querũt falsa vt in eis quiescant. Infra eodẽ. Habens fidez ⁊ conscientiã bonã. Similiter qui hz fidẽ fictã. Esa. 21. Qui incredulus est infideliter aget. ¶ Deinde cuz dicit. Volentes ⁊c. ponit cõditio falsa docentiũ. ⁊ primo inordinata ambitio. Secũdo defectus eoz. Quantũ ad primũ dicit Volentes esse ⁊c. Math. 23. Amãt primos recubitus in cenis ⁊ vocari ab hominibus rabbi ⁊c. Jaco. 3. Nolite plures magistri fieri ⁊c. Quantũ ad ꝑm dicit. Non intelligẽtes ⁊c. ꝑs. Nescierũt neq; intellexerũt: in tenebris ambulãt. Sap. 5. Sol intelligentie nõ est ortus nobis ⁊c. Neq; que dicunt̃ per auctoritates quas nõ intelligũt. neq; de quib⁹ affirmãt. scz cõcludendo. ¶ Deinde cum dicit. Scimus autẽ ⁊c. ponit legis conditionẽ quantũ ad duo. ℘ Primo quantũ ad bonitatẽ legis. Secũdo quantũ ad finẽ ⁊ intentionẽ legislatoris ibi. Scientes ⁊c. Dicit ergo. Scim⁹. scz per certitudinẽ. q̃ lex bona est nõ mala vt heretici dicũt. ꝑs. Lex dñi imaculata ⁊c. Ro. 7. Lex q̃dẽ sct̃a est ⁊ mandatũ sanctũ ⁊ iustũ ⁊ bonũ. Sed ꝓtingit q̃ aliquis bono vtat̃ male. Cuz ergo lex sit bona requirit̃ q̃ homo ea bene vtat̃. Et ideo dicit. Siquis ⁊c. Als fit ei mors vt dicit̃ Rom̃. 8. In lege em̃ sunt que dã moralia ⁊ que daz cerimonialia. Cerimonialia quidẽ in figura xp̃i ⁊ ecclesie sunt data: sed indigent vt intelliganẽ non solũ carnaliter sed etiã spiritualiter ⁊ in figura futuroz. ⁊ vt scias q̃ nõ sunt perpetuo seruãda. sed cessant veritate veniente. Jere. 31°. Et feriã domui israel ⁊ domui iuda fedus nouũ. non scõm pactũ quod pepigi cũ patribus vestris ⁊c. Et sic exponit glo. Sed apls videt̃ loqui de moralibus. quia subdit q̃ lex posita est ꝓpter peccata ⁊ hec sunt precepta moralia. Nor legitim⁹ vsus est vt homo nõ attribuat eis q̃ in eis cõtinet̃. Data est lex vt cognoscat̃ peccatũ. Ro. 7. Quia nisi lex diceret. Non cõcupisces ⁊c. qđ dicit̃ in decalogo. Nõ est ergo in eis spes iustificatiõis sed in sola fide. Ro. 3. Arbitramur iustificari hominẽ per fidẽ sine operibus legis. ¶ Deinde cũ dicit. Scientes ⁊c. ostendit conditionẽ legis quantũ ad legislatoris intentionẽ. ⁊ primo ponit existimatã. Scđo ponit veram intentionẽ ibi. Sed iniustis ⁊c. Existimata intẽtio excludit̃ cũ dicit. Justo ⁊c. Ubi posset esse duplex falsus intellectus. Unus q̃ iustus legẽ non seruat qđ falsum est: quia nisi seruaret eaz quantũ ad moralia iustus non esset. Unde ⁊ xp̃us factus est sub lege. Alius q̃ iustus non obligat̃ ad precepta legis ⁊ nõ peccaret si faceret contra ea. Sed verus est qz quod imponit̃ alicui imponit̃ sicut onus. sed lex iustis non imponit̃ sicut onus: quia habitus eoz interior inclinat eos ad hoc ad qđ lex ⁊ ideo nõ est onus eis. Rom̃. 2°. Ipsi sibi sunt lex. Vel aliter lex nõ est posita pro iustis sed pro iniustis. Quasi dicat. Si omnes essent iusti nulla necessitas esset dandi legem. quia omnes essent sibi lex. Intentio bonozuz debet esse vt alios inducant ad virtutes. Quidã autez per se sunt bene dispositi ad virtutes. alij habent mentẽ bene dispositã sed per aliũ. Et de istis sufficit paterna monitio non coactiua. Alij aũt nec per se: nec per aliũ bene disponunt̃. ideo eis oĩo est necessaria lex vt ꝓz in ethicis ¶ Deinde cum dicit. Sed iniustis ⁊c. ponit veram intentionẽ. ⁊ primo describit eos in generali quibus necessa

ria est lex. Scõo in speciali ibi. Paricidis ꝛc. Sciendũ est aũt ꝙ sicut. 1. Jo. 3. dicit. Oẽ peccatũ est iniquitas. ꝛ ideo repugnat alicui iuri. Cũ aũt sit duplex ius. scz naturale ꝛ positiuũ. naturali repugnat qõ ẽm se est malũ. positiuo aũt repugnat qõ est malũ quia prohibitũ. Quantũ ad primũ dicit. Sed iniustis qui scz agũt cõtra ius naturale. Esa. 24. Transgressi sunt leges. mutauerũt ius dissipauerũt fedus sempiternũ ꝛc. Quantũ ad secundũ dicit. Non subditis scz precepto humano. Ro. 1. Parẽtibus nõ obedientes. Et hec duo respiciũt rationẽ peccati. Ponit aũt alia que sumunt per cõparationẽ ad aliud. ꝛ hoc est vel cõtra deũ: vel cõtra proximũ: vel in seipsum. In deũ dicit impietas: quia pietas importat cultũ dei. In primũ sic dicit peccatoribus. ps. Non resurgẽt impij in iudicio ꝛc. Gal. 2. Nos eñ natura iudei ꝛ non ex gentibus peccatores. Sed ẽm august. de doctrina xp̃iana. peccata distinguũt in duo. scz in spũalia que dicunt facinora ꝛ in carnalia. ꝛ hec dicunt flagitia. ꝛ ideo dicit. Sceleratis. quantũ ad spũalia. Prouer. 17. Qui abscõdit scelera ꝛc. quantũ ad carnalia dicit. Contaminatis. Malach. 2. Contaminauit iudas sanctificationẽ deo ꝛc. ¶ Deinde cõnumerat peccata in spẽali. Et primo notat quedã in speciali. Secũdo colligit alia in generali. ibi. Et si quid aliud ꝛc. Primo ponit peccata operis. Scõo peccata oris ibi. Mẽdacibus ꝛc. Circa primũ primo ponit quantũ ad facinora. Scõo quantũ ad flagitia. Facinora dicunt que sunt in nocumentũ primi. Et quãto est primus coniũctius tanto est eor peccatũ grauius: quia plus eis tenemur. Et ideo primo dicit de patre. scõo de matre. Exo. 20. Honora patrẽ tuũ ꝛ matrẽ tuam ꝛc. Et postea. 21. Qui percusserit patrẽ suum aut matrẽ morte moriat ꝛc. ¶ Deinde prosequit de alijs primis homicidis dicẽs: Exo. 21. Si quis per industriã occiderit proximũ suũ ꝛc. ¶ Deinde ponit flagitia. ꝛ primo que ẽm naturã sunt cũ dicit. Fornicarijs. Heb. vlti. Fornicatores ꝛ adulteros iudicabit deus. Scõo cõtra naturã dicens: Masculor ꝛc. 1ᵉ. cor. 6. Neq masculor ꝛ cubitores regnũ dei possidebũt. ¶ Deinde ponit nocumenta oris. ꝛ primo quantũ ad simplex mendaciũ dicens: Mendacibus. Ephe. 4. Deponẽtes mendaciũ loquimĩ veritatez ꝛc. Scõo quantũ ad iuramentuz dicens: Periuris. Et tũc colligit alia in generali dicens: Et si quid aliud ꝛc. Job. 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ: nec in faucibus meis stultitia pronabit ꝛc. Tyt. 2. Loq̃re que decet sanã doctrinã. ¶ Deide cũ dicit. Que est ẽm euãgeliũ ꝛc. ostendit ꝙ euangeliũ cõmunicat sanã doctrinã qõ tripliciter describit. Et primo a fine cũ dicit. Glorie. scz quã annũciat. ps. Annũciate inter gentes gloriã eiꝰ Scõo ab actore glorie cũ dicit. Beati dei. Infra vltimo Quẽ suis tribus ostendet beatus ꝛ solus potens rex regũ ꝛc. Tertio a mĩstro cũ dicit. Quod creditũ est mihi. Gal. 2. Cum vidissent ꝙ creditũ est mihi euangeliũ preputij ꝛc. ¶ Deinde cũ dicit. Gratias ago ꝛc. probat per experimentũ in seipso quid fuerit ipse tempe legis. ꝛ qd cõsecutus sit tempe gratie. Et primo ostendit quid circa se vtroq tempore sit actũ. Secũdo inducit tymotheũ ad imitandũ se ibi. Hoc preceptũ ꝛc. Circa primũ duo facit qz primo ostẽdit quid datũ sibi fuit in lege: ꝛ quid sibi sit datũ in euangelio. Scõo rationẽ assignat. ibi. Fidelis sermo ꝛc. Item prima pars diuidit in tres particulas. qz primo ponit dignitatẽ quã cõsecutus est in euangelio Scõo peccata quibus subiacuit in statu legis ibi. Qui prius fui ꝛc. Tertio quomodo liberatus fuit. ibi. Sed misericordiã ꝛc. Sed ad hoc ꝙ aliquis sit minister euangelij tria requirunt. Primo ꝙ sibi cõmittat. Rom. 10. Quomõ predicabũt nisi mittant ꝛc. Secũdo ydoneitas id est vt sit fidelis. 1ᵉ. cor. 4. Hic iam querit inter dispẽsatores vt fidelis quis inueniat. Item vt sit fortis ad ꝓsequendũ. Et hec tria ponit ordine retrogrado. ꝛ primo tertiũ dicens: Qui me confirmauit ꝛc. scz ad ꝓsequendũ officiũ iniunctũ. Ezech. 3. Manus dñi erat mecũ confortans me. Secundũ ponit ibi. Quia fidelẽ me ꝛc. Mat. 24. Fidelis seruus ꝛ prudens quẽ constituit dñs super familiã suã ꝛc. Et hoc quia querebat solũ que dei erant. Primũ vero ostendit cũ dicit. In ministerio. id est committen emihi ministeriũ hoc. Act. 13. Segregate mihi barnabã ꝛ saulũ in opus ad qõ assumpsi eos. 2ᵉ. cor. 11. Ministri xp̃i sunt ꝛ ego. ¶ Sed qualis erat in statu legis: Peccator. Et primo in deũ cũ dicit. Qui prius ꝛc. scz non xp̃i. Luc. 24. Educ blasphemũ extra castra: ꝛ ponãt oẽs qui audierũt manus suas super caput eiꝰ ꝛ lapidet eũ populꝰ vniuersus. Unde sibi illud cõpetebat. Item in primũ cũ dicit. Persecutor. 1ᵉ. cor. 15ᵒ. Non sum dignus vocari apls: qm̃ persecutus suz ecclesiã dei Item cõtumeliose verbis ꝛ factis. Jer. 20. Audiui cõtumelias multoꝝ ꝛc. ¶ Deinde cũ dicit. Sed misericordiã dei ꝛc. ostendit qõ fuit liberatus per xp̃m. Et circa hoc duo facit. quia primo ponit misericordiã liberantẽ. Secũdo ostendit ꝙ superabũdanter in bonis replet ibi. Superabũdauit aũt ꝛc. Quantũ ad primũ dicit. Sz misericordiã ꝛc. Treñ. 3ᵒ. Misericordie dñi ꝙ non sumus cõsumpti. Ro. 9. Cuiꝰ vult miserẽ ꝛ quẽ vult indurat Sed ex parte mea aliqua est excusatio peccati: qz ignorans feci. Minus dicit plus significat. qz aliud est ignoranter agere. aliud per ignorantiã: qz ignoranter facit aliquid qui nescit qõ facit. tamen si sciret etiã faceret illud sicut credẽs se interficere ferã occidit inimicũ suũ. quem tamen occidisset etiã libentius si nouisset eum. Sed per ignorantiã facit qui facit aliquid qõ nõ faceret si nosceret sicut occidens patrẽ quẽ si sciret nõ occideret eũ quẽ tamen occidit: quia eũ credit inimicũ. Sed paulus fecit ꝙ ignorantiã qz si sciuisset ꝙ xp̃s esset filius dei hoc nõ fecisset. Sed iudei per ignorantiã nõ occiderunt xp̃m: sed ignoranter qz si sciuissent tm̃ esse xp̃m libentius occidissent eũ. Luce. 12ᵒ. Seruus qui nouit voluntatẽ dñi: et nõ se parauit nec fecit voluntatẽ eius vapulabit multis ꝛc. Quantũ vero ad secundũ dicit. Superabũdauit ꝛc. Rom. 5. Ubi abũdauit delictũ superabũdauit ꝛ gratia ꝛc. Et fecit ibi effectũ fidei per dilectionẽ operantẽ Gal. 5ᵒ. In xp̃o iesu vt pollicitationẽ spũs accipiamus p fidẽ

Lectio quarta.

Fidelis sermo ꝛ omni acceptione dignus: qz xp̃us iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorꝝ primus ego sum. Sed ideo misericordiam cõsecutus sum: vt in me primo ostenderet xp̃us iesus omnẽ patientiã: ad informationẽ eorꝝ qui crediturꝝ sunt illi in vitaz eternaz. Regi autẽ seculorꝝ immortali inuisibili soli deo honor ꝛ gloria in secula seculorꝝ amen. Hoc preceptuz cõmendo tibi fili tymothee scẽm precedentes in te prophetias vt milites in illis bonam militiã habẽs fidem et bonam conscientiã. Quã quidam repellentes circa fidem naufragauerunt ex quibus est hymeneus ꝛ alexãder quos tradidi sathane vt discant non blasphemare.

Supra ostēdit conditionē suā: ⁊ quantū ad peccata sub lege ⁊ quantū ad bona tempe gratie: hic ostendit rationem hoꝝ beneficioꝝ que sumit ex diuina miseratiōe. Et primo proponit diuinā miserationē in cōmuni. Secūdo aptat ad se ibi. Quoꝝ primus ⁊c. Tertio ponit gratiaꝝ actionē ibi. Regi autē seculoꝝ ⁊c. Circa primū duo facit. quia primo cōmendat veritatē proponendā. Secūdo ꝓponit diuinā miserationē ibi. Quia xp̄us iesus ⁊c. Quantū ad primū. dicit ergo. Fidelis ⁊c. Duo autē sūt in sermone cōmendanda. scz q̄ sit verus ⁊ q̄ sit acceptabilis. Aliqñ em̄ sermo verus est dur⁹ ⁊ odia ꝓcitās Gal. 4°. Inimicus factus sum vobis verū dicens vobis. Sz hic sermo primo quidē habet veritatē. Unde dicit. Fidelis sermo. Apoca. vlti°. Hec verba fidelissima ⁊ vera sunt. Item acceptabilis est. quia de salute nostra. Ideo dicit. Et oīni acceptione dignus. Zacha. 1. Et respōdit dn̄s angelo qui loquebat ⁊c. Alia littera habet human⁹ sermo q̄ de susceptiōe hoīm. Tyt. 3. Apparuit benignitas ⁊ hūanitas saluatoris nostri dei ⁊c. Et hic ꝟmo est talis. quia xp̄s venit ⁊c. Q̄ in mundū venit exprimit duplicē naturā. scz diuinitatis qua erat anteq̄ in mūdo appareret. Joh. 16. Exiui a patre ⁊ veni in mundū ⁊c. Et humanitatis qua deo qui celū ⁊ terrā implet. Jere. 23°. Et ideo non cōpetit in aliquo loco esse. sed cōpetit ei ꝟm humanā naturā. Joh. 1. In mūdo erat ⁊ mūdus ⁊c. In ꝓpria venit ⁊c. Sed ad quid venit? ꝓpeccatores saluos facere. id est ꝓpter salutē populoꝝ. Joh. 3. Non em̄ misit deus filiū in mundū vt iudicet mundū: sed vt mūdus saluet̄ per ipm̄ ⁊c. Joh. 12. Non em̄ veni vt iudicē mundum. Sed si nullus fuisset peccator nūquid incarnatus non fuisset? Videt̄ q̄ non. quia venit peccatores saluos facere. Non ergo fuisset necessaria incarnatio. Jtē glo. Tolle morbū ⁊ medicine opus nō erit. Respondeo. Dicendū est q̄ ex verbis sanctoꝝ satis hoc patet. Sed hec quēstio nō est magne auctoritatis. quia deus ordinauit fienda scōm q̄ res fiende erāt. Et nescimus quid ordinasset si nō prescisset peccatū: nihilomin⁹ tamē auctoritates videnť expresse sonare q̄ nō fuisset incarnatus si non peccasset homo. in quā partem ego magis declino. ¶ Deinde cū dicit. Quoꝝ primus ⁊c. adaptat hoc ad se ꝓpria. Primo ꝓfitens se peccatorē. Secūdo dicit se saluatū ibi Sed misericordiā ⁊c. Dicit ergo. Quorum primus ⁊c. Hic dicit hereticus q̄ aīa ade fuit in paulo: ⁊ trāsiuit de corpore in corpus. Quasi dicat. Ego primus peccatorum quia aīa ade est anima mea. sed hoc est cōtra apostolū. Rom. 9. Cum nōdum nati essent ⁊c. Ergo aīa non est ante corpus. primus ergo nō tempore sed peccatoꝝ magnitudine. Et hoc dicit ex humilitate. ꝓuerb. 18°. Justus prior est accusator sui. ꝓuer. 30. Stultissimi⁹ sum̄ viroꝝ ⁊c. Sed nūquid fuit apl̄s maximus peccatorum? Et videt̄ q̄ iudas fuit maior. Sed quidā dicūt q̄ peccatū pauli generalius fuit: quia cōtra totam ecclesiā. Sed hoc nihil est quia paulus in incredulitate. ⁊ multi iudei persequebant̄ ex malitia. Dicendū est ergo q̄ est primꝰ nō q̄ inter peccatores maximus qui tūc erant. sed maximus inter peccatores saluatos. Quasi dicat. Venit peccatores saluos facere quoꝝ scz peccatoꝝ saluatoꝝ ego sū primus. qō est de illis intelligendū qui precesserāt apostolū. quia ꝓius etiam multi alij sunt ecclesiā persecuti. Et hoc dicit vt ostenderet q̄ oīnia que deus facit: facit ad ostensionē bonitatis sue. ꝓuerb. 16. Uniuersa ꝓpter semetip̄m operatus est dn̄s ⁊c. Eccl. 42. Gloria domini plenū est opus eius. Jtez ꝓpter nostrā vtilitatē. ⁊ ideo dicit. Jdeo saluauit me primo ꝓpter gloriā suam. Unde primū. vel tempore. vel primū. id est potissime. ¶ Omnē patientiā. id est perfectā. quia ꝓuocatus non puniuit. sed potiꝰ aduersariū exaltauit. ⁊ ad vtilitatē nostrā. Unde dicit ad exemplū. i. ad informationē ⁊ eruditionē. Quasi dicat. Ut nō diffidant peccātes ad eū accedere. 1ª. petri. vlti. Forma facti gregis. ¶ Deinde cū dicit. Regi ⁊c. ponit gratiarūactiōes. Et circa hoc duo facit. quia primo cōmendat euz cui gratias agit. Secūdo gratias refert ibi. Honor ⁊c. Commēdat autē eū primo ex potestate. Secūdo ex nature ꝓprietate. Quantū ad primū dicit. Regi. Dominiū suū est maximū: quia solus dominat̄ ⁊ habet liberaz potestatē. non scōm statuta. vt politicus. deus autē vnus est dn̄s omniū. Et ideo dicit Deo. Apoc. 1. Rex regū ⁊ domin⁹ dominantiū ⁊c. ps. Quoniā rex oīnis terre deus. Item alicuius regis potestas vt plurumim quinquaginta annis durat. sed iste est omniū seculorum. ps. Regnū tuum regnum omniū seculorum ⁊c. Eccl. 10°. In manu dei potestas terre. Cui etiā conuenit ꝓprietas nature dei. Circa q̄ sciendū est q̄ in rebus prima differētia rerū naturaliū est corruptibile ⁊ incorruptibile. Et incorruptibiliū quedā visibilia ⁊ corporalia. vt corpora terrestria. quedā aūt inuisibilia ⁊ spūalia: vt angeli. Et hec diuidunť ꝟm platonicos in deos qui per naturā supremi sunt. ⁊ in intellect⁹ qui nō sūt diꝫ sed diuini ⁊ in aīas. sed apud nos est vn⁹ solus deus. Deutro. 6. Audi israel dn̄s deus tuus vn⁹ est ⁊c. Dicit ergo primo. Immortali. vt distinguat a corruptibilibus. Invisibili. vt ad inuisibilē ostendat pertinere ⁊ vt distinguat ab alijs visibilibus. Dicit soli deo. ⁊ nō soli immortali vel inuisibili. q̄ solus est deus per naturā. licet posset dici solus ĩmortalis ⁊ solus inuisibilis. id est specialis ꝓ alijs. Infra vlt. Qui solus habet immortalitatē. ¶ Deinde cū dicit. Honor ⁊c. agit gratias. Quasi dicat. Exhibendus est ei honor ex subiectiōe totius creature. ⁊ in manifestationē excellentissime ipsius bonitatis claritas ⁊ gloria. Apoc. 7. Benedictio ⁊ claritas ⁊ sapiētia ⁊ gratiarūactio honor virtus ⁊ fortitudo deo nostro ⁊c. In secula seculoꝝ. Quia seculū alioꝝ est modico tempe. Esa. 40. Omnis caro fenū ⁊ oīs gloria eius vt flos feni. ¶ Deinde cum dicit. Hoc preceptū ⁊c. Instruit tymotheū permanere in his que dicunť. Primo cōmemorās quid sit ei cōmissum. Secūdo monet ad debitū vsum. Et tertio docet vtendi modū. Dicit ergo. Hoc preceptū. vt scz tu custodias sine legis. id est charitatē conserues semp. non autē fabulas iudeoꝝ. cōmendo tibi sicut fidele depositū: quia tibi ideo est cōmissum. Et qūo? Scōm precedētes ⁊c. id est quia hoc euangelium nō discordat a ꝓphetijs quas ante dicicerat: quia fuit filius mulieris iudee. 2ª. petri. 1°. Habemus firmiorē ꝓphēticū sermonē cui bene facitis attendētes quasi lucerne ardenti in caliginoso loco ⁊c. 1ª. thes. vlti. Prophetias nolite spernere ⁊c. Uel scōm precedentes id est ꝟm q̄ ego ⁊ alij sancti de te per spiritū ꝓphetie cognouerūt tradendū esse tibi vt in illis milites. scz ꝓphetijs: bonā militiā Militia est duplex. quedā spiritualis. quedā carnalis. 2ª. cor. 10. Arma militie nostre nō sunt carnalia sed potētia deo ⁊c. In bona militia requirunť duo ex parte militis. scz vt nihil agat cōtrariū disciplīne militaris. ⁊ vt nō marcescat ocio. 1ª. cor. 9. Omnis qui in agone cōtendit ab oīnibus se abstinet ⁊c. Item ex parte militie duo requirunť. scz vt expugnet cōtrarios reipublice. et vt subijciat eos qui debent esse subiecti. Sic ⁊ in militia spirituali est. q̄ ordinat̄ ad destruendū omnes extollentes se ⁊ ad subijciendū omnē intellectū in obsequiū xp̄i. vt dicitur. 2ª. corinth. 10. Et hec est vera militia de qua dicit. Milites ⁊c. Ubi etiam primo modus vtendi ponit. ⁊ secūdo eius necessitas ibi. Quam quidem ⁊c. Dicit ergo. Milites ⁊c. Quasi dicat. Potes quidez face-

re bonā militiā. Primo per fidem bonā quā habes. 1ᵉ. Joh. vlt. Hec est victoria que vincit mundū fides ꝛc. Itē per conscientiā bonam quia defacili homo recedit ab eo quod mordet eū. vnde remorsus cōscientie est sicut quidam stimulus qui habentē malā conscientiā pungit. et ideo cito a peccatis per bonā conscientiā ꝛ rectā fidez recedit Act. 23. Ego omni cōscientia bona ꝓuersatus sum ante deū vsq; in hodiernā diez ꝛc. 2ᵉ. cor. 1°. Gloria nostra hec est testimoniū conscientie nostre ꝛc. ¶ Necessitas bone cōscientie cōsequenter ostendit cū dicit. Quā quidem ꝛc. vbi primo ponit culpā. Scōo penā. Tertio fructū pene. Culpā ibi. Quā sez conscientiā bonā repellentes circa fidez naufragauerūt. Qui em̄ contra fidē errat perdit oīa que habet. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Item morit: quia iustus meus ex fide viuit Abac. 2. ꝛ Ro. 1. Ex quibus est alexāder ꝛ hymeneus. 2. tymoth. 4. Alexander erarius multa mala mihi ostēdit ꝛc. ¶ Deinde ponit eor pena cū dicit. Quos tradidi ꝛc. q; excōmunicauit eos. vt fideles vitent eos ne coinquinēt ipsos. Fuit aūt excōicatio apostoli tante virtutis q; excōicati mox corripiebanť a dyabolo ꝛ corporaliter vexabanť. 1ᵉ. cor. 5°. Congregatis vobis ꝛ meo spiritu in virtute domini iesu tradere huiusmōi sathane in interitū carnis vt spiritus saluus sit ꝛc. Tamen etiaz modo tradunť ad vexandū spiritualiter. q; amittunt suffragia ecclesie que multū iuuant cōtra dyabolū. Et tradidi sicut deus tradidit in reprobū sensuz. Ro. 1. Quasi subtrahēdo suū auxiliū ꝛ cōmunionē ecclesie ꝛ suffragia. Et hoc nō ex odio sed ex charitate ad ꝓfectū eor. 1ᵉ. corinth. 5. Ut spiritus saluus fiat. Unde dicit. Ut discant saltē per penā non blasphemare. Discit autē quis recedere a peccato tripliciter. qñq; scz ex pena qñ corporaliter vexať. Itē ex cōfusione excōmunicatiōis. Itez ex hoc q; cū ecclesia tradit aliquē sathane ruit in peccata mānifesta. vnde cōfusus humiliať ꝛ abstinet etiam ab occultis que ꝓius nō cognoscebat se habere.

Capitulum secundū.

Obsecro igitur primū omniū fieri obsecrationes. oratiōes. postulatiōes. gratiarūactiones. pro omnibus hominibus. pro regibus. ꝛ pro omnibus qui in sublimitate constituti sunt vt quietā ꝛ tranquillā vitam agam⁹ in omni pietate ꝛ castitate. Hoc enim bonū est ꝛ acceptū coram saluatore nostro deo: qui omnes homines vult saluos fieri ꝛ ad agnitionē veritatis venire. Unus enim deus: vnus ꝛ mediator dei ꝛ hominū homo xp̄us iesus: qui dedit redemptionez semetipsum pro omnibus.

Supra docuit tymotheū qūo reducat populū ad formā vere fidei: hic agit de pertinētibus ad cultū fidei. scz orationibus ꝛ obsequijs. ꝛ primo ponit doctrinā orationis in cōmuni. Scōo descendit ad determinatas cōditiōes hominū ibi Volo ergo ꝛc. Item primo distinguit diuersos modos orationis. Secūdo ostendit ꝓ quibus sit orandū. ibi. Pro oīnibus ꝛc. Tertio assignat rationē ibi. Hoc em̄ bonū ꝛc. Dicit ergo. Quia ita est q; xp̄us venit peccatores saluos facere. igit primo omniū obsecro ꝛc. In quo aperte ostendit q; inter oīa necessaria ad vitā xp̄ianā precipua est oratio que valet cōtra pericula temptatiōis ꝛ ad ꝓficiendū in bono. Jacobi. vlti. Multū valet oratio iusti assidua. Distinguit ergo orationē in quattuor. scz obsecratiōes. oratiōes postulatiōes. ꝛ gratiarūactiōes. quoz tria pertinēt ad beneficia impetrāda. vltimū ad beneficia accepta. In impetrādis autē beneficijs tria requirunť. Primo vt scz impetrans assignet causaz quare debeat ei cōcedi. Scōo oportet q; ostendat causā esse rationabilē. Tercio cōcludit petitionē. Et sicut rhetores faciūt sic nos in orando debemus facere. Primo excogitare causam quare sit cōcedendū. ꝛ hoc nō merita nostra. sed miseratio diuina. Dañ. 9. Non in iustificationibus nostris ꝓsternimus preces ante faciē tuaz: sed in miserationibus tuis multis ꝛc. Et ad hoc est obsecratio q̄ est attestatio per sacra. sicut per passionē ꝛ crucē tuā libera nos dñe. Hac causa excogitata necesse est q; meditemur q; hoc sacrū est causa salutis. Et ideo requirit oratio que est ascēsus intellectus in deū. ps. Ego vero orationē meā ad te dñe ꝛc. Dicit autē oratio quasi oris ratio. Persuasiones em̄ rethor dicunt orationes quia persuadent. sed aliter ibi. aliter in nostra ad deū. quia nō intendimus q; animū dei flectamus: qui semp ad bonū est paratus. sed vt nostrū cor sit in oratione ad deū eleuatū. Tertio postulatio. Jacobi. 1. Postulet aūt in fide nihil hesitans. Item de acceptis donis gratiarūactiones. 1ᵉ. thes. vlti. In oībus gratias agite. Phil. 4°. In oī oratiōe ꝛ obsecratiōe cum gratiarūactione petitiōes vestre innotescāt ante deū ꝛc. Unde iste modus orandi est in ecclesia dei. Omnipotēs sempiterne deus. Ecce ascensus mētis qui est oratio. Qui dedisti ecclesie tale beneficiū. Ecce gratiarūactio. Presta quesum⁹. Ecce postulatio. Per dñm. Ecce obsecratio. Similiter in missa est obsecratio vsq; ad consecrationē corporis ꝛ sanguis: quia in eis est cōmemoratio sacrorū ex quibus est fiducia impetrandi. In mysterio cōsecratiōis est oratio quia meditatio eor que xp̄us egit. In alijs vero vsq; ad cōmunionē est postulatio ꝓ viuis ꝛ mortuis ꝛ ꝓ se. In fine autē est gratiarūactio. Vel hec quattuor referunť ad quattuor q̄ nos volumus in oratiōe obtinere. vt obsecratio referat ad difficilia impetrāda vt ad impioz conuersionē. Oratio qñ iam cōuersis imploramus gratiā vt ꝓficiāt. Postulatio vt premia ꝓ meritis retribuanť. Et pro beneficijs iam acceptis est gratiarūactio. ¶ Deinde cum dicit. Pro oñibus ꝛc. ostendit ꝓ quibus est orandū. Et circa hoc duo facit. q; primo ostendit orandū esse ꝓ omnibus Scōo assignat fructū oratiōis. ibi. Ut quietā ꝛc. Circa primū ergo dicit esse orandū pro oībus hoībus. Cuius ratio est. q; oratio est interpres desiderij nostri. Orādo em̄ petimus qđ desideram⁹. Charitas aūt requirit q; desideremus bonū oībus ad quos se extendit. Jaco. vlti°. Orate ꝓ inuicē vt saluemī ꝛc. Sz ꝓ q̄bus spēalr? Pro regibus. Baruch. 1. Orate ꝓ vita nabuchodonosor regis babylonie. ꝛ ꝓ vita balthazar filij eius ꝛc. Et apls dicit. Ro. 13°. Dis aīa ptātibus sublimiozib⁹ subdita sit. 1ᵉ. petri. 3°. Subiecti estote oñi humane creature ꝓpter deū siue regi quasi precellēti. siue ducibus tanq̄ ab eo missis ꝛc. Subiecti quippe oportet q; impendāt dominis suis de suis officijs. vtilitas aūt est q; per hoc etiam ꝓcuramus bonū nostrum. In pace enim eor est pax nostra. Unde dicit. Ut quietam et tranquillam ꝛc. In his duobus est pax mūdi. Ecclesia siquidem habet pacē ꝓpriā in qua non est mūdus. quia nō est pax impijs. Sz quedā est pax cōis vtriq;. ꝛ hac idiget ecclesia Jer. 29. Querite pacē ciuitatis ad quā trāsmigrare vos feci Pax terrena quādoq; perturbať ab interiori. quādo q; ab exteriori. 2ᵉ. corint. 7°. Foris pugne intus timores. Quantū ad primū dicit. Ut quietaz. Quantū ad scōm dicit. Et tranquillā vitaz. Et licet pax terrena cōmunis

bonis ⁊ malis. tñ diuersimode vtriq; illa vtunt. Mali enim tūc ad duo ea vtebant. scz ad cultū demonū quia illā prosperitatē falsis dijs attribuebāt. Item ad lasciuiam quia tempe pacis vitia carnalia abundabāt. Sapi. 14. Magno viuētes in scientie bello tot ⁊ tā magna mala pacem appellāt. Sed sancti ecōuerso qz in cultu veri dei ⁊ in castitate. Et ideo dicit. In oñi pietate ⁊ castitate. Tyt. 2. Sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo. ¶ Deinde cū dicit. Hoc enim bonū ⁊c. ponit ratio oratiōis. Et circa hoc duo facit. qz primo ponit ratiōes. Secūdo ꝓbat quoddā ꝓpositū ibi. Unus eñ deus. Itē primo assignat rationē ex specie operis. Secōo ex parte dei ibi. Et acceptū ⁊c. ¶ Ponit ergo rationē ex opis specie. quia qñ aliquid est ꝑm se bonū illud debemus facere. sz ꝑ alijs orare est hmōi. qz est actus charitatis. Et ideo dicit. Hoc eñ bonū est. ꝑs. Quoniā bonū est in ꝓspectu sanctoꝝ tuoꝝ. Item ex parte dei qz est acceptū deo. ꝑs. Tūc acceptabis sacrificiū ⁊c. Et hoc nō nisi in charitate fuerit oblatū. Et dicit. Saluatore. qz solus deus saluat Esa. 43. Non est absq; me saluator. Et ꝓbat q̄ sit acceptū ibi. Qui vult ⁊c. 2ª. petri. 3. Nolēs aliquos perire: sed oēs ad penitentiā reuerti ⁊c. Sed cōtra. Oñia que cunq; voluit fecit. Ergo oēs saluat. Sed si dicis q̄ nō. qz homo nō vult. videt inconueniēs q̄ oīpotens impediat̄ per voluntatē non oīpotentis. Respondeo. Velle ponit quādoq; ꝑ volūtate beneplaciti: quādoq; ꝑ volūtate signi. ꝓ volūtate signi vult saluare oēs. qz oībus ꝓposuit salutis precepta: ꝓsilia: ⁊ remedia. Vel volūtate beneplaciti. ⁊ sic quattuor modis. Uno mō vt sit locutio causalis sicut deus dicit aliquid facere. qz facit alios illud facere. sicut Ro. 8. Spiritus postulat. id est postulare nos facit. Sic ergo deus vult. qz scz facit suos sanctos velle q̄ oñes salui fiant. Hoc eñ debet esse in sanctis quia nesciūt qui sint predestinati ⁊ qui nō. Alio modo vt sit distributio accomoda. id est oēs qui saluabunt. quia nullus saluat̄ nisi per voluntatez eius. sicut in vna schola magister docet oēs pueros huius ciuitatis. quia nullus docet̄ nisi ab eo. Alio modo vt sit distributio ꝓ generibus singuloꝝ: nō ꝓ singulis generꝝ. id est nullū genus hominū excipit a salute. quia olim tantū iudeis: sed modo oībus prebet̄. Et hoc magis facit ad intentionē apostoli. Alio vero modo scōm dam̄. vt intelligat̄ de volūtate antecedente nō consequēte. In volūtate enim dei licet nō sit ꝓius ⁊ posterius. dicit tamē volūtas antecedens ⁊ cōsequens. Item scōm ordinē volitoꝝ scōm q̄ volūtas potest dupliciter cōsiderari. scz in vniuersali vel absolute ⁊ scōm aliquas circūstantias ⁊ in particulari. Et ꝓius est absoluta cōsideratio ⁊ in vniuersali q̄ in particulari ⁊ cōparata. Et ideo volūtas absoluta est qua si antecedēs. ⁊ volūtas alicui⁹ rei in particulari est quasi consequēs. Exemplū de mercatore qui vult omēs merces suas saluare absolute. et hoc voluntate antecedēte. Sed si cōsideret salutē non vult oēs merces per cōparationē ad alia saluare. s. qñ cū salute sequit̄ submersio nauis. Et hec volūtas est consequēs. Sic in deo salus omniū hoīm ꝑm se cōsiderata habet rationē vt sit volibilis. Et apl̄us hic ita loquit̄. ⁊ sic eius volūtas est antecedēs Sed si consideret̄ bonū iusticie ⁊ q̄ peccata puniant̄: sic nō vult. Et hec est volūtas consequēs. ¶ Et subdit. Ad agnitionē ⁊c. quia salus nō est nisi per agnitionē veritatis. Jo. 8. Agnoscetis veritatē ⁊ veritas liberabit vos. ¶ Deinde cū dicit. Unus ⁊c. ꝓbat quod dixerat per rationē. ⁊ sunt tres probatiōes. Una ex parte dei. Alia ex parte hominis xp̄i. Tertia ex parte testiū xp̄i. Dicit ergo q̄ deus velit oēs ⁊c. patet qz vnus est deꝰ omniū qui saluat. Ro. 3. An iudeoꝝ deus tantū: an non ⁊ gentiū: immo ⁊ gentiū quoniā quidē vnus deus ⁊c. ¶ Tūc ponit̄ ratio ex parte xp̄i ibi. Unus ⁊ mediator ⁊c. Ubi ꝓio ꝓbat intentū. Secūdo inducit signū ibi. Qui dedit ⁊c. Dicit ergo homo xp̄us iesus est mediator dei ⁊ hominū non quorūdam sed inter deū ⁊ omnes homīes. ⁊ hoc nō fuisset nisi vellet oñes saluare. Et potest dici q̄ xp̄s mediator est similis vtriq; extremo. scz deo ⁊ homini inquā tū deus ⁊ inquantū homo. quia mediū debet habere aliq̄d de vtroq; extremoꝝ. Et hec sunt homo ⁊ deus. Sed quia mediū est distinctū ab vtroq; extremoꝝ. ⁊ filius nō est alius deus a patre. ideo melius est dicendū q̄ mediator est scōm q̄ homo. Sic eñ cōmunicat cū vtroq; extremoꝝ. Jn deo eñ sunt duo. scz iusticia ⁊ imortalitas. in homīibus vero est iniustitia ⁊ mortalitas. Media ergo sunt duo. Unū in quo est iusticia ⁊ mortalitas. Aliud in quo est immortalitas ⁊ iniusticia. ⁊ vtrūq; est mediū. sed primuꝝ mediū conuenit xp̄o. secundū vero diabolo. Et ideo diabolus est mediū disiungēs. quia per iniusticiaꝝ suā disiungit nos a diuina iusticia. sed xp̄us est medium coniūgens. quia est iustus ⁊ mortalis. ⁊ per suā mortem coniūgit nos dei iusticie. 1ª. Joh. 2°. Ipse est ꝓpitiatio ꝑ peccatis nostris ⁊c. ꝓ aliquibus efficaciter sed pro oībus sufficienter. quia preciū sanguinis eius est sufficiens ad salutē omniū. sed nō habet efficatiam nisi in electis ꝓpter impedimentū.

Lectio secunda.

C Uius testimoniū temporibus suis confirmatuꝝ est in quo positus sum ego predicator ⁊ apostolus. Veritatem dico non mentior: doctor gentiū in fide ⁊ veritate Volo ergo vos orare in omni loco: leuantes puras manus sine ira ⁊ disceptatiōe. Similiter ⁊ mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornātes se: non in tortis crinibus aut auro aut margaritis vel veste preciosa: sed qđ decet mulieres ꝓmittentes pietatē per opera bona.

Supra dixit q̄ deus vult omnes saluos fieri ⁊ probauit hoc ex parte dei qui est vnus omniuꝝ: ⁊ ex parte xp̄i qui est vnus mediator omniū: hic ꝓbat idem ex parte testimonij. ⁊ primo inducit alios testes. Secūdo suū testimoniū ibi. In quo positus sum ⁊c. Dicit ergo. Dedit se pro oībus. Sed nūquid subito deo in mentē venit vt qui elegerat saluare iudeos solum: vellet saluare totū mundū. hoc excludens dicit. Cuius testimoniū ⁊c. Quasi dicat Hec lex nō est subita sed antiquitus attestata per legē ⁊ per ꝓphetas. Esa. 44. Vos estis testes mei. Act. 10. Huic oñes ꝓphete testimoniū perhibēt. ⁊c. ¶ Confirmatū est scz impletiōe ⁊ ostensione signoꝝ ⁊ predicatione apostoloꝝ. Tempibus suis scz quibus predeterminatū erat fieri. Eccl. 3. Oñia tempus habēt. Vel testimoniū apostoloꝝ confirmatū est tpibus determinatis Act. 1°. Eritis mihi testes in hierusalē ⁊ in omni iudea ⁊ samaria ⁊ vsq; ad vltimū terre ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. In quo positus sum ⁊c. ponit testimoniū suū. Et primo ostēdit suū officium. Secundo officij sui vsum. ibi. Veritatem ⁊c. Dicit ergo. In quo scilicet officio testificandi positus sum. scilicet a deo. Johañ. 15. ꝓposui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat ⁊c. Et predicator. quia ad hoc me posuit vt predicē. Marci. vltimo. Euntes in mundū vniuersum predicate euangeliū omni creature ⁊c. Sed in quolibz artificio sunt duo q̄

dam ministerialiter operãtes. quidã qui disponũt de aliis scz architectores. sed in officio ecclesie disponẽtes sũt apostoli. ꝛ ideo dicit. Apostolus quasi cũ auctoritate. 1ª cozinth. 9. Signaculũ apl'atus mei vos estis in dño ꝛc. Usus autẽ officij est predicare veritatẽ. ꝛ hoc est officius predicatoꝝ vt veritatẽ dicant. Prouer. 8. Veritatẽ meditabit guttur meũ ꝛc. Ephes. 4. Loquimini veritatẽ Sed. nõ est aliqua doctrina que nõ habeat aliquã veritatẽ: sed in hoc damnat aliqua doctrina quia miscet veritati falsitatẽ. Et ideo dicit. Veritatẽ dico nõ mentior. Prouerb. 8. Recti sunt omnes sermones mei. Job. 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ ꝛc. Et hic est vsus officij. scz veritatẽ sine mendacio predicare: qui cõpetit meo officio qui sum doctor gentiũ. Doctor autẽ generat scientiã in anima discipuli. Scientia autẽ non est de falso. vnde docens falsum nõ est doctor. Sed contra Math. 23. Nolite vocari rabbi. Respõdeo. Non prohibet ministeriũ doctrine. sed ambitionẽ officij. Actuũ. 9. Vas electiõis est mihi iste vt portet nomẽ meũ ꝛc. Esa. 49. Dedi te in lucem gentiũ ꝛc. Et debeo eas docere in fide ꝛ veritate. qz docere fidẽ ꝛ bonos mores. Et dicit in fide. id est de his que pertinent ad statum presentẽ in quo scõm fidem viuimus ꝛ in veritate quantũ ad statuꝝ glorie. ¶ Deinde cũ dicit. Volo aũt ꝛc. descendit ad spirituales gradꝰ hoĩm. Et circa hoc duo facit. quia primo monet viros de oratiõe. Scõo mulieres. ibi. Silr ꝛ mulieres ꝛc. Dicit g. Volo ꝛc. Tria exigit a viris in orando. Primo q oratio sit assidua. Secũdo pura. Tertio quieta. Assidua vt in omni tempe ꝛ in oĩi loco. ꝛ dicit. Volo: quia bonũ est q homo oret. ꝛ ego doctor volo viros orare in omni loco. non in hierusalẽ tantũ vt iudei. nec in monte garisim vt samaritani. Jo. 4. In omni loco potest homo spũaliter ꝛ mentaliter orare. Soph. 2º. Adorabũt eum viri de loco suo omnes insule gentiũ ꝛc. Sed quomodo dñs reprehendit phariseos stãtes in angulis. Math. 6. Respondeo. Oratio mẽtalis vbiq; potest fieri. sed signa oratiõis exterius nõ debẽt fieri in omni loco. quia homo nõ debet singularis apparere in exterioribus. ꝛ ꝓpter hoc potest haberi inanis gloria. Sed quare nũc sunt facte ecclesie? Respondeo. Non q locus sit de necessitate oratiõis. sed ad bene esse eius: qz oratio requirit solitudinẽ ꝛ quietẽ. ¶ Item pura. Jdeo dicit. Leuantes ꝛc. Aug. quod exterius orando agimus: faciamus vt affectus noster interius excitetur. Genuflexiões eĩm ꝛ huiusmõi non sunt per se accepte deo. sed quia per hec tanꝝ per humilitatis signa homo interius humiliatur. sicut eleuatio manus significat eleuationẽ cordis. Treñ. 3. Leuemus corda nostra cũ manibus ad dñm in celo. ¶ Leuantes ꝛc. id est orantes cũ deuotiõe cordis Job. 8. Si diluculo cõsurrexeris ad deũ ꝛ omnipotentẽ fueris deprecatus. si mũdus ꝛ rectus incesseris statĩ eui gilabit ad te ꝛ pacatũ reddet habitaculũ iusticie tue ꝛc. ¶ Item quieta. ꝛ ponit duo. Primo vt scz mens sit sine ira que animũ inquietat ad inferendũ nocumentũ proximo. a qua oportet liberũ esse animũ orantis. Eccl. 28º. Homo homini seruat irã ꝛ a deo querit medelã. Item liber debet esse bõ a disceptatiõe quod potest intelligi dupliciter. Uno modo scõm glo. vt nõ disceptemus cõtra deũ increduli verbis eius ꝛ murmurãdo cõtra eius ordinationẽ. Rom. 9. O homo tu qui es vt respondeas deo ꝛc. Item cõtra proximũ vt non rũpamus pacem cũ eo. quod fit per disceptationẽ. Pax eĩm est necessaria orãti Mat. 18. Si duo ex vobis ꝓsenserint super terrã de omni re quã petierint fiet illis a patre meo ꝛc. ¶ Deinde cũ dicit. Similiter ꝛ mulieres ꝛc. ordinat mulieres. ꝛ primo quantũ ad oratiõnẽ. Scõo quantũ ad doctrinã. ibi. Mulieres in silentio ꝛc. Item primo ostẽdit quid requirat a muliere orante. Secundo exponit que dixerat ibi. Non in tortis ꝛc. Circa primũ sciendũ est q omnia que requirũtur ad virum orantem: requirunt ꝛ ad mulieres Et ideo dicit: Similiter et mulieres ꝛc. Quasi dicat. Omnia seruent que dicta sunt. Sed addit duo. scilicet ornamenta ꝛ verecundiam. cuius ratio est: quia naturale est q sicut mulieres sũt molliozis corpozis q̃ viri: ita ꝛ debiliozis ratiõis. Ratiõis autẽ est ordinare actus et effectus vniuscuiusq; rei. Ornatus vero cõsistit in debita ordinatiõe ꝛ dispositione. Sic in interiozi decoze nisi sint oĩa ordinata ex dispositiõe per rationẽ non habẽt pulchritudinẽ spiritualẽ. Et ideo qz mulieres deficiunt a ratõe requirit ab eis ornatũ. Itẽ verecũdia est de turpi actu. ꝛ ideo est laudabilis in illis qui facile solẽt declinare in actus turpes hmõi sunt iuuenes ꝛ mulieres. Et lõ hoc in eis laudat non autem senes ꝛ perfecti. Eccl. 26. Gratia super gratiã mulier sancta ꝛ pudorata ꝛc. Item sobrietatẽ requirit. Quia eĩm in mulieribus ratio est debilis. sobrietas autẽ conseruat virtutẽ ratiõis. ꝛ ideo in mulieribus maxime reprehendit ebrietas. Unde antiq̃tus apud romanos eis nõ dabat vinũ. ¶ Non in tortis ꝛc. exponit qõ dixerat. ꝛ primo de ornatu. Scõo de verecũdia ibi. Sed quod decet ꝛc. Circa primũ primo excludit corpozalẽ. Secũdo ponit spiritualẽ. ibi. Sed qõ decet ꝛc. Circa primũ dicit. Quod dixi de habitu ordinato nõ intelligo de exteriozi. qz nõ in tortis crinibꝰ. id est nõ ornato capite vel toto corpoze. Sed precipue mulieres ornãt caput quod est naturale mulieri: vt dicit. 1ª cozinth. 11. Et ideo ornamẽta in capite habẽt. In capite vero est duplex velamentũ. Unũ est naturale. scz capilli vt dicit. 1ª. coz. 11. Item artificiale. ꝛ in vtriq; se ornãt quia capillos torquẽt. Unde dicit. Non in tortis. id est in crispatis. Esaie. 3. Erit ꝓ crispanti crine calutiũ. Itẽ artificialia ꝓhibet cũ dicit. Aut auro ꝛ argento. 1ª. petri 3º. Non extrinsecus capillatura. aut circũdatio auri. aut indumenti. aut vestimentoꝝ cultus ꝛc. Vel nõ in tortis crinibus. ꝛ hoc auro. id est nõ habẽtes crines tortos auro: vel margaritis. Quantũ vero ad totũ corpus dicit. vel veste preciosa. hoc eĩm damnat aplus hic ꝛ Esaie. 3. Sed nũquid hoc est peccatũ? Respondeo. Dicendũ est q scõm augs. duo sunt cõsideranda in ornatu mulierũ. scz simplex ornatus ꝛ fucatus. Simplex ornatus. puta in veste ꝛ auro ꝛ huiusmõi. quod potest fieri cum peccato tribus modis. scz ex praua intentiõe vt si intẽdant cõmotionẽ concupiscẽtie ostentationẽ vel inanẽ gloriam. Prouerb. 7. Preparata ad capiendas aĩas Secũdo si fiat preter consuetudinẽ patrie qõ fit diuersimode. Aut eĩm excedit modũ cõsuetũ patrie quod ex leuitate animi est. aut si cõditionẽ sui status excedit. Sed seruata recta intentiõe. cõsuetudine patrie. ꝛ conditiõe status non est peccatũ. Fucato autẽ semper est peccatũ. Mulieribꝰ eĩm non permittit ornari nisi ꝓpter viros. ꝛ viri nolunt decipi vt fucate eis appareãt Sit ergo nõ talis ornatus sed qualis decet mulieres ꝓmittentes pietatẽ. Exteriora eĩm opera homĩs sunt quasi quedã ꝓfessio interiozis homĩs. sicut religiosi aliquãdo habent habitũ et clerici similiter Unde nisi cõcordet exterioz cum interiozi est fictio. Jta etiã de alijs operibus interiozibus. Interius eĩm debemus colere pietatẽ. id est cultũ dei exterius promittere per bona opera que ꝓcordent pietati. ꝛ similiter habere interius. sicut ostendimus exterius Vel dico q debent se ornare nõ exterius: sed scõm q decet eas. ꝓmittentes. id est que ꝓmittere debent pietatem per opera bona. Eccl. 19. Amictus corpozis ꝛ risus dentiũ ꝛ ingressus hoĩs annũciant de illo.

Lectio tertia.

Mulier in silentio discat cū omni subiectiōe. Docere autē mulieri nō p-mitto neq; dñari in virū: sed esse in silentio. Adā em̄ p̄mus format⁹ est. deinde eua ⁊ adaz nō ē seduct⁹: mulier aūt seducta in p̄uaricatiōe fuit. Saluabit aūt p filiozuz generaaionē si p̄manserit in fide ⁊ dilectiōe ⁊ sanctificatione ⁊ cū sobrietate.

Superius apostolus ordinauit mulieres quo ad oratiōnē: hic ordinat eas q̄tū ad doctrinā. ⁊ primo ponit suam ordinationē circa eaz doctrinam. Secundo rationē ordinationis assignat ibi. Adam em̄ p̄mus ⁊c. Tertio respondet tacite questioni ibi Saluabitur autem ⁊c. Item primo ostendit quid mulieribus conueniat. Secūdo q̄d eis non cōpetat ibi. Docere autē ⁊c. Circa primū tria ponit eis cōpetere scz taciturnitatē. disciplinā ⁊ subiectiōez que tria ex vna ratiōe ꝓcedunt. scz ex defectu rōis in eis quibus primo indicit silentiū Jaē. 3. Si quis in ✠bo nō offendit h̄ pfectus est vir. ⁊. 1. coz. 14. Mulieres in ecclesijs taceant. nō em̄ p̄mittit eis loq̄ ⁊c. Secūdo qz verba mulieris sunt inflammātia Eccl. 9. Colloquiū illius quasi ignis exardescit. Itē vt discant. quia eoz qui deficiunt ratione, ꝓpriū est addiscere. 1. coz. 14. Si quid volunt discere domi viros suos interrogent ⁊c. Viris autē datur q̄ doceant. Itē subiectio qz naturale est q̄ aīa dominet corpori. ⁊ ratio viribus inferioribus. Et ideo sicut p̄bus docet. Quādocunq; aliqua duo adinuicē sic se habent sicut anima ad corpus. ⁊ ratio ad sensualitatē. naturale dominiū est eius qui abundat rōe. ⁊ illud est principans. aliud aūt est subditū quod scz deficit ratiōe. Heñ. 2. Sub viri potestate eris. Itē excludit ea que eis nō cōpetunt ⁊ sunt duo scz vt non doceant. Sed cōtra. puer. vl. Erudiuit eū mater sua ⁊c. Respondeo dicendū est q̄ doctrina publica nō cōpetit mulieri. ⁊ ideo dicit. In ecclesia. Alia ē ꝓuata ⁊ hac mater erudiuit filiū. Sed cōtra Judic. 5. Delbora erudiuit populū isrl̄. Respondeo illa eruditio ē per spiritū ꝓphecie ⁊ gratia spūssancti nō discernit inter virū ⁊ mulierē. nec tñ publice predicabat sed instinctu spūssancti consilia dabat. Secundo interdicitur eis dominiū in virū Eccl. 25. Mulier si primatuz habeat contraria est viro suo. Et p̄bus dicit q̄ dominiuz mulierum est corruptio familie. sicut tyranni in regno. Et sic prohibet duo contra duo que competunt eis sed tertiū repetit scz in silentio. ¶ Deinde cum dicit Adam em̄ ⁊c. Assignat rationē eius q̄d dixerat. ⁊ p̄mo ex ordine creationis. Secundo ex ordine culpe ibi. Et adā non est ⁊c. Circa primū sciendū est q̄ in ordine rerū pfectuz ⁊ impfectū diuersimode ordinant. quia in vno ⁊ eodē im pfectuz p̄cedit tēpore. ⁊ pfectū p̄cedit natura. qz natura tēdit ad perfectū. sed in diuersis pfectum est prius tempore ⁊ natura. quia natura semper incipit a perfectis. Et hunc ordinē agit hic. qz vir perfect⁹ est natura humana mulier vir occasionatus. Unde p̄mo formatus est adam Heñ. 2. Formauit deus hominē de limo terre ⁊c. Secūdario mulier sicut q̄dam impfectū a perfecto originatū scz de costa. 1. coz. 11. Nō em̄ vir ex muliere: sed mulier ex viro est ⁊c. Et inde est q̄ homo non dicitur factus ꝓpter mulierē sed ad similitudinē dei. Heñ. 1. Faciamus hominē ad ymaginē ⁊ similitudinē nostrā. Mulier autē ꝓpter virū: ideo vir debet p̄esse. Itē ex parte culpe. Quod em̄ generationis ⁊ corruptionis est contrari⁹. qz q̄ō ē primū in generatione est vltimū in corruptione. Peccatum autē est corruptio nature. ⁊ ideo generatio ꝛcepit p̄mo ab adā: sed corruptio a muliere. Unde dicit Adā nō est seductus scilicet primo. quia fortior erat: sed incepit a debiliori vt facilius seduceretur fortior. Alludit autez hic verbis ade Gen. 3. Cū em̄ dñs reprehēdit adā dixit Mier quā dedisti mihi ōdit mihi ⁊c. Et ideo dic̄ Adaz non est seductus sed mulier Seductio aūt duplex est. scz in vniuersali ⁊ pticulari eligibili que est ignorantia electionis. Quicunq; ergo peccat seducitur ignorantia electionis in pticulari eligibili. Mulier autem fuit seducta ignorantia in vniuersali quando scilicet credidit q̄ō serpens dixit. sed vir non credidit hoc: sed deceptus fuit in particulari. scilicet q̄ gerendus esset mos vxori ⁊ cuz ea comedere deberet ⁊ inexpertus diuine seueritatis credidit q̄ facile ei remitteretur. Sed contra. Ignorantia est pena peccati. ergo pena p̄cessit culpam. Respondeo dicendum est, q̄ non p̄cessit. qz statim ad verba serpentis fuit elata q̄ alius esset de ea sollicitus ⁊ ex illa elatione seducta est. vnde elatio p̄cessit. ¶ Deinde cū dicit. Saluabitur autē ⁊c. Respondet cuidā tacite questioni. quia diceret quis q̄ si mulier non est ꝓpter virū ⁊ ex ea est initiū peccati. ergo viro est nociua. Sed si aliquid non est ꝓpter aliud sed est ei nociuum debet tolli. ergo mulier non debet saluari. Dicendū est ergo q̄ duplex est salus. scilicet tēporalis ⁊ hec est cōmunis etiam brutis. Alia est eterna ⁊ hec est ꝓpria hominū Esa. 51. Salus autē mea in sempiternū erit ⁊c. Utramq; aūt salutē mulier non amisit. Non temporalē. qz statim non priuat⁹ sexu muliebri ꝓpter generationem prolis. nec eternā qz fm animā capax est gratie ⁊ glorie. Et ideo q̄tū ad primum dicitur: Saluabit id est non extirpabitur. ⁊ hoc p generationē filioz ad quā est a deo ordinata. Quantuz ad secundū dic̄. Si p̄mānserit ⁊c Sed qz si ꝓpter causam nūquid que nō p̄mansit non saluabit cū ap̄ls dicat q̄ mulier melius facit si non nubat. Respondeo vno modo potest esse locutio figurativa ⁊ sic per virū rō superior intelligitur. ratio inferior est mulier. opera bona sunt filij inferioris rationis. ⁊ charitas quā per virū concipit ⁊ p hec saluabitur. Alia est expositio litteralis. vt ly per non dicat cām sed repugnantiā. Et est sensus. Mulier saluabitur etiā si incedat per generationem scz si nubat ⁊ non sit virgo. Et tunc ly per dicit augmentationē salutis quasi per generationē filioz ad cultū dei magis saluabit Ecc. 7. Filij tibi sunt eruditi illos: ⁊ incurua illos a pueritia illoz ⁊c. De salute vero eterna tria pōit. scz q̄ aliq̄d sit in intellectu. Secūdo q̄ in affectu. Tertio quo ad exteriorem actū. In intellectu est fides per quā intellectus christo subijcitur. Unde dicit In fide. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo Et quia fides nihil valet sine dilectione. Ideo statim subiunxit dicens: Et dilectione. 1. coz. 13. Si habuero omnē fidē ita vt montes transferam charitatem autē non habuero nihil sum ⁊c. In exteriori autē ponit duo contra lasciuiā que consistit in duob⁹ scilicet in luxuria. Et quantū ad hoc dicit. In sanctificatione. id est in castitate. 1. thes. 4. Hec est volūtas dei sanctificatio vestra ⁊c. Item in crapula. contra quod dicit. In sobrietate. Tit. 2. Sobre ⁊ pie ⁊ iuste viuam⁹ in hoc seculo et cetera.

Capitulum tertiū.

Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat bonū opus desiderat. Oportz em̄ episcopū irreprehensibilē esse. vnius vxoris virū sobriū. ornatū. prudentē. pudicū. hospitalē

doctorē. nō vinolentū. nō pcussorē sed mo-
destum. nō litigiosum. non cupidū sed sue
domui bene prepositum. filios habentem
subditos cum omni castitate.

Supra instruxit timotheum de pertinentibus ad fidem rectā ꝛ cultū dei: hic agit de instructione officioꝝ ecclesiasticorum. Et primo ponitur institutio. Secundo sue institutionis occasio seu necessitas ibi. Hec tibi scribo ꝛc. Itē primo instruit de pertinentibus ad episcopū. Secūdo quo ad dyaconos ibi. Dyacones similiter ꝛc. Sz cū fm dyonisium tres sint ordines scilicet episcopoꝝ qui p̄ficiunt. presbyteroꝝ qui illuminat. dyaconoꝝ q̄ purgant quare non facit mentionē de presbyteris? Respōdeo dicendum est q̄ presbyteri intelligunt cuz episcopis nō q̄ sit indistinctio inter ordines ꝯtum ad rē sed quantuz ad nomina. qz presbyter idē est qđ senior ꝛ episcop⁹ superintendens. Et ideo presbyteri et episcopi ꝯtuz ad nomē vocabant ꝛ episcopi ꝛ presbyteri. Circa hoc ergo primo agit de desiderio perueniendi ad episcopatū. Secundo describit conditionē ep̄i ibi. Oportet aūt ꝛc. ¶Premittit ergo sue institutionis assertionē dicēs. Fidelis sermo scilicet quem dicā vel dixi. Apoc. vlti. Hec verba fidelissima ꝛ vera sunt. Si quis ꝛc. Ex hoc sumpserūt aliqui occasionē ambitionis episcopatus ꝛ prelationis. Sed non recte intelligunt quod hic dicitur. Apostolus em̄ nō voluit ostendere quid pertineat ad ep̄m. Episcopus est nomen grecū. scopos em̄ idē est qđ intendens. epi. id ē supra quasi superintendens. Duo ergo sunt consideranda in episcopo. scz gradus superior ꝛ actio plebi vtilis. Aliqui em̄ proiciunt forte oculū ad ea que circūstant eū scilicet q̄ qui preest honoratur ꝛ q̄ habet potestatez. Et q̄ propter ista ꝺsiderat episcopatū nescit quid sit episcop⁹. Et ideo dicit apostolus quid sit episcopus: ꝛ quid desiderat qui episcopatū desiderat. quia bonū opus. Non dicit bonū desideriū habet sed bonū opus scilicet vtilitatē plebis. Sed nunquid licet ipsum desiderare? Aug. dicit q̄ nō. Glo. Locus superior sine quo regi non potest populus. ꝛ si teneatur ꝛ administretur decenter: tamē indecēter appetitur. Et idē dicit. 19. de ciuitate dei. Cuius ratio est q̄ nullus debet appetere aliquid supra vires suas non sibi proportionatū alꝫ esset stultus. Gratius. Ludere qui nescit cāpestribus abstinet armis Ille ergo bñ episcopatū desiderare posset cuius opus episcopatui essz proportionatū. Ad hoc autē nullus est idoneus quia prelatus fm gradū ꝛ conuenientiā debet omnes alios excedere in conuersatione ꝛ contēplatione ita vt in respectu sui alij sint grex. Et hanc ydoneitatē de se p̄sumere est maxime superbie. aut ergo appetit circūstantias: ꝛ tunc nescit quid appetat. quia nō est ḃ episcopatus vl̄ ipsuz op⁹ et hoc est superbie. Et ideo non est accipiendū nisi impositum. Glo. Si dicis status episcopoꝝ ē pfectior statu religioꝝ. hunc autē licet appetere. Respondeo Perfectio aliter se habet in hoc ꝛ in illo. quia status episcoporum p̄supponit perfectionē: ꝛ ideo nullus appetere debet nisi habeat eam. sed status religioꝝ est via: ꝛ ideo non requiritur perfectio iam habita: sed q̄ acquirat eaz nisi habeat. ꝛ hoc patet Joh̄. vl. vbi dom⁹ symoni nō dicit: Si vis perfectus esse. pasce ꝛc. Et inueni dicit. Si vis perfectus esse ꝛc. Sic ergo intelligendū est in nomīe episcopatus bonū opus. 1. Pe. 5. Non vt dominātes in cleris sed forma facti gregis ꝛc. Quasi dicat. Si tu episcopatū desideras hoc est qđ desideras qz bonum opus. ¶Sed qualis debeat esse episcopus ostendit cū subdit Oportet episcopum ꝛc. Quez primo instruit in generali. Secundo in speciali ibi, Unius vxoris ꝛc. Dicit ergo Dico q̄ bonū opus desiderat: sed ad hoc non omnis est ydoneus: sed oportet q̄ sit talis. primo irreprehensibil⁹. Unde de Zacharia dicit Luc. 1. q̄ incedebat in omnib⁹ mandatis ꝛ iustificationibus dñi sine querela Leū. 21. Qui habuerit maculā nō offeret panes deo suo nec accedet ad ministerū eius. Hec intelligenduz est q̄ omnino sit sine peccato. quia dicitur. 1. Joh̄. 1. Si dixerim⁹ ꝛc. Hec est dicendū sicut aliqui dixerunt q̄ quicunq̄ peccauit mortaliter post baptismū non est ydone⁹: qz pauci essent tales. sed irreprehensibilis id est non subiectus alicui peccato: vnde ab alijs reprehendi posset: qz indecēs est si reprehensibilis sit reprehensor Mat. 7. Ejice p̄mū trabē ꝛc. ¶Deinde cū dicit. Unius vxoris ꝛc. Instruit eum in speciali ꝛ primo quantū ad se. Secundo quantū ad multitudinē ibi. Filios habentē ꝛc. Iteruz prima in duas. quia primo ostendit quibus virtutibus ornet. Secūdo a quo mens debet esse munis ibi. Non vinolentū ꝛc. Omnis autē moralis virtus est primo circa passiones sunt duo que faciunt sanctitatē: scilicet castitas et sobrietas. quia per delectationē vel delectabilia carnis: maxime inquietatur anima. Et ideo primo ponit quod ꝑtinet ad castitatē dicens: Unius vxoris virum. Similitē. primo. In hoc autē discordia videtur esse inter Augustinū ꝛ hieronymū. Hieronymus em̄ dicit q̄ hoc ītelligitur post baptismū. quia si ante baptismū duas habuit vxores vel vnā primo ꝛ aliā postea non ꝑditur ab ordinatione. quia per baptismū omnia delentur. Augusti. ꝛ Ambrosius contrariū dicunt. quia siue ante siue post si duas habuit non ordinat. Et nunq̄d baptismus non oīa delet? Rñdeo sic. pctā nō irregularitatē q̄ interdū etiaz sine peccato incurritur ex sola ecclesiastica institutiōe. Sz matrimoniū non est peccatum etiā in paganis. Sed que est causa huius institutionis? Nunquid non magis ꝑditur qui multas concubinas habet? Respondeo dicendum q̄ hoc fit non propter incontinentiā rm̄: sed propter representationē sacramenti. quia sponsus ecclesie ē christus ꝛ vna est eccl̄ia. Cañ. 5. Una est columba mea ꝛc. ¶Secūdo agit de sobrietate. Itē. 2. Sobrie ꝛ pie ꝛ iuste viuamus in hoc seculo ꝛc. Hic em̄ docet episcopuz q̄ dicitur superintendēs vt vigilet. Luce. 1. Pastores aūt erant ꝛc. Et ebrietas obstat vigilijs. 1. Pe. vlti. Sobrij estote ꝛc. Tertio ordinat rationē dicens. Prudentē. qz hec est regitiua omniū virtutū. ꝛ episcop⁹ eligitur vt alios regat. Mat. 10. Estote prudentes. Mat. 24. Quis putas est fidelis ſuus et prudens ꝛc. ¶Consequenter ponit virtutes que ordinant actiones exteriores. Primo ꝯtum ad se. Secundo ꝯtum ad alios. Quantū ad se dicit ornatū. pudicū. Ornatus est quādo bene cōponit in actibus ꝛ dictis. Ornatus em̄ ꝑtat pulchritudinē q̄ consistit in ꝓportione. Unde tunc est ornatus quando agit et loquitur vt decet. Eccl̄. 44. Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes ꝛc. Hoc requirit in episcopo. qz p exteriora iudicamus de interioribꝰ. Eccl̄. 19. Amictus corporis ꝛ risus dentiū. ꝛ ingressus hominis enunciant de illo. qz prelatus ponit in aspectu hōm̄ oportet q̄ sit ornatus. Ēñ ōr de ambrosio q̄ quosdā ordinare nolebat. qz dissolute incedebant. Itē quandoq̄ cōtingit q̄ occurrunt alicui aliqua turpia in alijs vel agentibus vl̄ dicentibus. ꝛ ad hec debet habere pudicitiā vt verecundet̄ si videat vl̄ audiat. Aug. Impudicus oculꝰ impudici cordis est nūcius. Eccl̄. 7. Gratia em̄ verecundie illlus sup auz. ¶Deinde cuz dicit. Hospitalem ꝛc. agit de ep̄o ī cōparatiōe ad alios. Impōit aūt ep̄o vt pascat oues Jo. vl. ꝛ. 1. Pe. vl. Et duplex est elemosina. s. corporalis ꝛ spiritualis. Ergo debet in vtraq̄ pascere. Quātū ad primū dicit. Hospitalē scz peregrinoꝝ ꝛ ho-

spitum. Ro. 17. Hospitalitatē sectātes. Heb. vlti. Hospitalitatē nolite obliuisci ꝛc. Job. 31. Hostiū meuz viatori patuit ꝛc. Quantū ad secundū dicit. Doctorē Eph. 4. Alios pastores ꝛ doctores ꝛc. Et hoc est officiū ꝓpriuz prelati. Jere. 3. Dabo vobis pastores iuxta coꝛ meū ꝛ pascent vos scientia ꝛ doctrina ꝛc. ¶ Consequenter cū dicit Non vinolentū ꝛc. remouet vitia opposita. Tria aūt remouet. Unū quod pertinet ad cōcupiscentiā carnis. Aliud ad iram. Aliud ad cupiditatē. Quantū ad primū dicit. Non vinolentū. Minus dicit ꝛ plus significat Eph. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria ꝛc. Quasi dicat non gulosum non luxuriosum. Quantuz ad irā duo ponit primo quantū ad actū cū dicit. Non percussorem. Decenter prohibet hoc post vina. quia ebrij defacili patiuntur scz modestū id est patientē Phil. 4. Modestia vestra nota sit omnib⁹ homib⁹. ps. Bene patiētes erāt vt annuncient. Xps passus non ꝓcutiebat. Secūdo ꝙtum ad verba cū dicit. Non litigiosum. 2. tthy. 2. Seruum dei non oportet litigare ꝛc. 1. coꝛ. 11. Si quis videt contentiosus esse nos talē cōsuetudinē non habem⁹ ne q̄ ecclesia dei. Et hoc qꝛ episcopi sunt successores apl̄oꝛ quos xps instruxit vt pacē annunciarent. Itē in passiōe sua christus dixit. Pacē meā do vobis. pacē meā relinq̄ vobis. ¶ Quantū ad res tēporales dicit. Non cupiduz quia ponitur iudex ꝛ ordinatoꝛ ecclesie qui si sit cupidus ōfacile ōcliat a iusticia Exod. vicesimo trio Me accipias munera que excecant etiā prudentes ꝛ subuertunt ẏba iustoꝛ. sed heu. Jere. 6. A maioꝛe vsq̄ ad minoꝛē oēs auaritie studēt ꝛc.

Lectio secunda.

Si quis aūt domui sue preesse nescit quomodo ecclesie dei diligentiā habebit: Non neophitū: ne in supbiaz elatus in iudiciū incidat diaboli. Oportet autē ꝛ illū testimoniū habere bonuz ab his qui foris sunt vt non in oppꝛbriuz incidat ꝛ in laqueū diaboli. Diacones similiter pudicos. non bilingues. non multo vino dedi tos. non turpe lucrū sectantes. habētes mysterium fidei in conscietia pura. Et hi autē probent primū: ꝛ sic ministrēt nulluz crimē habentes. Mulieres similiter pudicas. nō detrahentes. sobrias. fideles in omnibus.

Supra ostēdit apl̄s qualis debet esse eps ꝼm se: hic ostēdit qualis debet esse in cōparatione ad multitudinē. Et primo ad multitudinē domestice familie. Secundo quo ad multitudinē eccl̄ie ibi Non neophitū ꝛc. Tertio quo ad multitudinē infidelū ibi. Oportet aūt ꝛc. Itē primo ostēdit qualis debet esse in comparatione ad familiā domesticā. Secundo rationē huius assignat ibi. Si q̄s autem ꝛc. Item primo ostendit q̄ ab episcopo requirit̄ gubernatio debita familie. Secundo bona instructio filiorum ibi. Filios habentē ꝛc. Dicit ergo. Oportet ēm̄ esse domui id ē familie sue ꝛc. Ut eā bñ gubernet. Bona aūt gubernatio nō solū est acquisitio diuinaꝝ. quia ea non sunt finis yconomice sed instrumēta. sed finis ei⁹ est recta vita. Eccl. 44. Pacificātes in domib⁹ suis. Specialiter autez in domestica familia precipui sunt filij. Et ideo dic̄ de eis specialit̄ Filios ꝛc. id est q̄ suis filijs dominetur nō emollitus ex teneritudine amoris quā quādoq̄ extendit ad filios. Inter alia autē que requirunt in filijs episcopoꝝ quos habuerunt ante q̄ essent epi re-

quiritur q̄ sint casti. quia mala coꝛ vita esset testimoniū contra parentē et prelatū. Eccl. 10. Scōm iudicē populi sic et ministri eius. ꝛ qualis rectoꝛ ciuitatis: tales et habitantes in ea Sap. 4. Ex iniquis ēm̄ omnes filij q̄ nascunt testes sunt nequitie aduersus parētes in interrogatione sua. Secunda ratio est. qꝛ ad domū episcopi cōcurrit populus ideo oportet eos esse castos. Contra illud. 1. reg. 2. vbi filij he[li] nō casti coꝛrūpebant mulieres venientes ad templū. vnde ꝛ hely a dño est punitus. ¶ Deinō cum dicit. Si quis autē ꝛc. Dicti sui rationem assignat. Posset ēm̄ dici. Quid ad epm̄ q̄ bene regat familiā cui iminet cura cōmunis? Et ideo dicit Si quis aūt ꝛc. id ē ꝓprie familie Luc. 16. Qui fidelis est in minimo et in maioꝛe fidelis ē. Cōtingit tñ frequenter q̄ aliqui nō sunt regitiui bene in paruis domesticis qui tamē bene regūt in maioꝛibus. Sed dic. nescit vt hec nescientia referatur ad negligentiā. et qui parua negligit defacili magna negligit. sed qui nō curat de paruis aliq̄n bene se habet in maioꝛibus. ¶ Consequenter ostēdit q̄liter se habeat ad multitudinē ecclesie in qua non debet esse nouicius in fide sed antiquus. Unde dicit Non neophitū id est nouā fidē habentē Act. 1. Oportet eligere vnū ex his qui nobiscū ꝛc. Idem numeri. 11. Cōgrega mihi. 70. viros de seniꝛibus quos tu nosti q̄ senes sint populi ac magistri et duces ꝛc. Sed sicut dicitur Sap. 4. Senectus venerabilis est non diuturna neq̄ numero annoꝝ computata ꝛc. Cōtingit ēm̄ quādoq̄ q̄ in aliquibus nouis supabū det gratia et habēt simul cū etate moꝝ senectutē q̄ dispē satiue promouentur sicut ambrosius diuina inspiratiōe. Unde hoc quod dicit hic ad eos pertinet qui non solum etate neophiti. sed et qui neophiti sunt pfectiōe. Et huius est ratio ne in superbiā ꝛc. Quando ēm̄ aliq̄s de nouo veniēs ad fidem et ad conditionē aliquā ꝓmouet reputat se alijs meliorē et valde necessariū quasi nisi ipse esset non haberent vnde ꝓficeretur ecclesie. Et dicit diaboli. quia ipse cōdemnatus fuit ꝓpt̄ peccatū superbie. ¶ Deinde cū dicit. Oportet aūt illū ꝛc. Ostendit qualiter se habeat ad multitudinē infideliū. ꝛ ponit documēta. Primo vt sit bone fame Col. 4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. 1. Pe. 2. Conuersationē vrāz inter gentes habētes bonā ꝛc. Et hoc necessariū est prelato. quia conuersatio totius cōgregatiōis iudicat ex p̄lato. Sed cōtra. 2. coꝛ. 6. Per īfamiā ꝛ bonā famā ꝛc. Respondeo infamia insurgit quandoq̄ ex culpa ei⁹ qui infamatur. ꝛ hanc ꝓhibet hic. quādoq̄ ex malitia detrahentiū. et in hac oportet habere patientiā. ꝛ de hac loq̄tur apl̄s ibi. Sed hic loquit̄ de assumendo in epm̄ q̄ ꝛ si sit bonus ꝛ infamat̄ falso debet patienter ferre. Secūdo assignat rationē. Ut subdit. Ut non in obꝓbriū ꝛc. Ubi tangit duplex periculuz scilicet ne fiat obꝓbriosus ꝛ p hoc eius auctoritas minuat̄. ꝛ per cōsequēs auferat̄ auacia coꝛrigendi Mat. 7. Eijce primū trabē ꝛc. Secundo ne ꝛcidat ꝛc. quandoq̄ scilicet ꝓpatienter sustinendo q̄ infamis concitetur ad odia ꝛ desperet et huiusmodi. Et q̄ prelatus sit odiosus layc̄is: cōtingit si negligit cultum diuine laudis. Malac. 2. Irritū fecistis pactuz leui dicit dñs exercituū ꝓpt̄ qō dedi vos contēptibiles et humiles oīibus populis. ¶ Deinde cū dicit. Diacōes ꝛc. Ostendit pertinentia ad diacones qō in greco idē ē qō ministri. In ꝓmittua ēm̄ eccl̄ia solum erant tres ordines vt dicit dyonisius scz episcopoꝝ p̄sbyteroꝝ ꝛ ministroꝝ et nō diuidebant̄ q̄ diuersos gradus: sed oīa erant in vno ordīe ꝓpter paucitatē ministroꝝ ꝛ ꝓpt̄ nouitatē eccl̄ie. Prīo ḡ oīdit q̄les debēt esse ꝼm se. Secūdo q̄tū ad alios ibi. Mulieres ꝛc. Itē ꝑmo oīdit q̄les debēt esse. Secūdo quō examinādi sunt ibi. Et hij ꝛc. Itē ꝑmo

ostendit quales debēt esse quantū ad eoꝝ propriū corp⁹. Secūdo quantum ad res exteriores ibi. Non turpe ꝛc. Tertio ꝙtum ad alia ibi. Habentes ꝛc. Itē ꝙtū ad corpus. Primo ostēdit quo ad totius corporis qualitates. Secūdo quantū ad oris refrenationē. Dicit ergo. Dico q episcopi debēt esse pudici. similiter oportet diaconos esse. quia contrariū pudicicie facit ineptū ad spiritualia. quia denegat animū a spiritualib⁹ quē necesse est tales habere eleuatū Esa. 52. Mundamini qui fertis vasa domini ꝛc. Luc. 12. Sint lumbi vestri ꝑcincti ꝛc. ¶ Deinde ostendit quales debent esse in ore. Os deseruit locutioni ꝛ gustui. Quantū ad primū dicit. Non bilingues. Eccl. 28. Lingua tertia multos cōmouit ꝛ dispersit illos a gente in gentē ꝛc. Bilinguis est habēs duas linguas Non erūt tales diaconi ministri pacis. Quantuz ad secundū dicit. Nō multo ꝛc. puer. 23. Cui ve? Cuius patri ve? cui rixe? cui foueę: cui sñ cā vulnera: cui suffossio oculorū. Nōne his qui cōmorant in vino ꝛ studēt calicibus epotandis Esa. 5. Ve qui potentes estis ad bibendū vinū ꝛ viri fortes ad miscēdā ebrietatē. ¶ Deinde cū dicit Non turpem ꝛc. Ostendit quomodo se habeant ad res exteriores. Non solū eīm diuertitur a iustitia quādoq; ꝓpter cupiditatē lucri: sed etiā a veritate dicentes que nō oportet. Et ideo prohibet eis tēporale lucrū in quo ītelligitur omne lucrū inhonestū. ¶ Sed quantū ad affectionē dicit Habentes ꝛc. Et instruit eos. Primo ꝙtuz ad fidem. Secūdo ꝙtū ad cōsciētie puritatē. Unde dicē Misteriū fidei nō fidē. id est nō tantū fidē simplicē sed intelligentiā eius qō in fide occultū est. Misteriū eīm idez est qō occultū: quia ministri debent scire nō tantū ea de fide que ꝛ populus intelligit. sed et misteria. quia debēt alios instruere. 1. Pe. 3. Parati semp ad satisfactionē oīm poscenti vos rationē de ea que in vobis est fide ꝛ spe ꝛc. Itē cōscientiā purā. qz ꝑpura facit in fide errare. ꝯ. 1. Finis aūt ꝓcepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide nō ficta ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Et hij ꝓbentur ꝛc. Ostendit quō examinent. Posset eīm dicere aliquis. Puto oēs bonos. hoc eīm debet esse in tua reputatione. Sed ꝙtū ad eoꝝ ꝓmotionē omnes sunt examinā di Unde etiā ipsi examinant vnde dicē. Et hij ꝛc. ¶ Multum crimē. id est peccatū mortale. non aūt intēdit de peccato veniali. quia vt dicitur. 1. Joh. 1. Si dixerimus: qa peccatū nō habemus ipi nos seducim⁹ et veritas in nobis nō est Hec dicit qui habuerunt: sed qui habēt id est sunt notabiles et habēt infamie crimē. Alioqn hoc esset derogare claubus ecclie. ¶ Deinde cū dicit. Mulieres ꝛc. Ostendit qualiter se habeāt ad alios. Et ꝓmo ponit suam instructionē. Secūdo rationē ibi. Qui eīm habent ꝛc. Circa primū duo facit. qz primo ostēdit qualiť se habeant ad vxores quas habebant in primitiua ecclesia. et loquitur ꝓ statu illo. Secundo quō ad filios ibi. Qui filijs ꝛc. Itez prima in duas qz primo ostēdit quales debent esse eoꝝ vxores. Secundo qualiter ipsi habeant se ad illas ibi. Diacones ꝛc. In vxorib⁹ eoꝝ requirit quatuor. scz pudicitiā. modestiā. sobrietatē. et fidelitatē. Dicit ergo similiter sicut dixi: de diaconibus dico de mulieribus quia oportet eas esse pudicas Eccl. 26. Gratia super gratiā mulier sancta et pudorata. Item modestas in lingua non detrahētes. Eccls. 10. Nūo si serpēs mordeat in silentio: nihil eo min⁹ habet qui detrahit ꝛc. Itē sobrias que est maximū ornamentū mulierū. ꝯ. 2. Similiter et mulieres in habitu ornato cū verecūdia et sobrietate. Itē fideles vel deo ꝙtum ad verā fidē vel viris suis. Sed que culpa est diaconi si eius vxor est mala. Respondeo. Aliquis a ministerio repellit nō solū ꝓpt culpam sed etiam ꝓpter aliqō impedimētū ministerij. Et ideo si ꝓt culpā eoꝝ possent mulieres esse male tñ prestāt impedimentū duplicit. Primo qz cū male sunt indigent maiori cura. et per hoc minus vacarēt ecclesiasticis ministerijs. Secundo qz viri depranantur ex vxoribus. Itē esset in periculū. quia ministroꝝ ecclesie multi frequentant domos. Dixerunt autē cathaphrige q exp̄ inter diaconos agitur de mulieribus. mulieres possunt ordinari ad sacros ordines. Sed sciendū est q in ture alique mulieres aliqñ vocant diaconisse. non qz habeant huiusmodi ordinē: sed ꝓpter aliquod ministeriū ecclesie. sicut in greco dicitur diaconus quilibet minister.

Lectio tertia.

Diacones sint vnius vxoris viri: q̄ filijs suis bene presint: ꝛ suis domibus. Qui eīm bene ministrauerint: gradū bonū sibi acquirent ꝛ multā fiduciaz in fide que est in christo iesu. Hec tibi scribo fili Thimothee: sperās me venire ad te cito. Si autē tardauero: vt scias quomō oporteat te in domo dei ꝙuersari que est ecclesia dei viui. columna ꝛ firmamentū veritatis. Et manifeste magnū est pietatis sacramentū quod manifestatū est in carne: iustificatū est in spiritu. apparuit angelis: predicatuz est gentibus. creditum est in mundo. assumptum est in gloria.

Supra ostendit apostolus quales debent esse diacones ꝛ eorum vxores: hic ostendit quō diaconi se habeant ad vxores et ad filios et familiā. Et primo ponit documētū Secundo eius rationē ibi. Qui eīm bene ꝛc. Dicit ergo Dixi q mulieres diaconoꝝ sint pudice. Et si in vxorib⁹ est pudicicia habenda ꝓpter eos amplius in ipsis est necessaria vt sint omnino a contactu mulieꝝ īmunes. Sed ꝯm hoc pauci essēt ministri. accidit q saltē sint vni⁹ vxoris viri. quia habuisse plures est signū incōtinentie: ꝛ contra signif. rationē sacramenti. Et inde est q dns instituit m atrimoniū vnius ad vnū. Unde ꝛ ꝑma vxor benedicitur nō secūda. ¶ Deinde monet qualiť se habeant ad filios dicens. Qui filijs suis bene presint. scz bñ erudiendo in disciplina bona ꝛ bona vita. Eccl. 7. Filij tibi sunt eruditi illos ꝛc. ¶ Consequenť hortatur eos bene ꝑesse ꝛ toti domui id est familie scz cū mānsuetudine Ecē. 4. Moli esse sicut leo in domo tua ꝛc. Et huius ponit rationez dicēs: Qui eīm ꝛc. Quasi diceret. Nō reqrīs ab episcopis rationabile est. qz ipsi sunt prelati Sed quare a diacono qui est minister. Ridet dicens: Qui eīm ꝛc. Et ꝓmo oñdit q bonus vsus huius ministerij est via ad maiorē dignitatē. Secundo etiā q est via ad vitam eternā. Quantū ad primū dicit. Qui eīm bene ministrauerit exercendo officiū diaconi. Nō eīm est in greco diacon⁹ in latino dicitur minister. Graduz bonū sibi acquirēt. id est ꝓmoueri merentur ad gradū altiorē Mat. 25. Quia in pauca fuisti fidelis super multa te constituā ꝛc. Et dicē bonū. qz supra eodē. Qui eꝑatū desiderat bonū op⁹ desiderat. Hec tñ in hoc est eoꝝ finis. sed cū hoc remunerationē habent a deo. Joh. 12. Volo vt vbi ego suz illic sit ꝛ minister me⁹. Et ideo dicit. Multā fiduciā scz auxilij gratie in presenti ꝛ glorie in futuro. ꝛ hoc per fidē xp̄i. 2 coꝝ. 3. Fiduciā talez habemus ꝛc. Esa. 12. Fiducialiter agā ꝛ nō timebo. ¶ Deinde cuz dicit Hec tibi scribo ꝛc. Ponit rationē omniū predictarū monitionuz. Et primo

excludit causam opinatã. Secundo astruit verã ibi. Si aũt ꝛc. Tertio assignat rationẽ ibi. Que est ecclesia ꝛc. Circa primũ sciendũ est q̃ posset thimotheus credere q̃ exquo scripsit decetero eũ nõ visurus esset. alꝫ supfluum videretur eũ litteris monere. Et ideo dicit hoc scripsi tibi ꝛc. Et nominat eũ filiuꝫ. quia sibi charissimus erat. I. coꝛ. 4. Ideo misi ad vos thimotheũ qui est filius meus charissimus ꝛc. Et dicit speras. quasi non certus. 2. Johannis. Plura habens vobis scribere nolui per cartaꝫ ꝛ atramentũ. spero eñ me futurum apud vos ꝛ os ad os loqui ꝛc. Scribo igitur licet spem habeã. qz spes in longum ꝓtrahi potest. puer. 16. Hominis est ꝓparare animũ et domini linguã gubernare ꝛc. Et ideo dicit. Si aũt tardauero ꝛc. I. thes. 2. Sed sathanas impꝫdiuit nos Ego igit̃ scribo vt si tardauero sciaꝫ quõ oporteat te ĩ domo dei ꝙuersari. pſ. Habitare facit vnĩ moꝛis in domo. ꝛc. Deinde cũ dicit. Que est ecclia ꝛc. Assignat rationẽ quare sit sic cõuersandũ in ea. Et assignat rationẽ huius cause que est duplex. Primo cõmendãdo ipsam ecclesiã. Secũdo vitatẽ ecclie ibi. Et mãifeste ꝛc. Circa ꝑmum duo facit. qz primo cõmendat ecclìam ex ꝑte eiꝰ cuius est ecclia. Secũdo ex veritate ipsius ecclie ibi. Colũna ꝛc. Ex parte eius cuius est ecclia qz est dei viui. Ecclesia quasi adunatio. quia in ecclia est adunatio fideliuꝫ Ro. 8. Quos vocauit ꝛc. Et adunanꝫ in deũ. Joh. 17. Ut ꝛ ipi in nob sint vnũ ꝛc. Et ideo dicit q̃ ẽ dei. Et addit viui. ad distinctionẽ alioꝝ deoꝝ ad quos congregantur gentes. Nam hij sunt moꝛtui. sed deus ecclie est viuus. Joh. 5. Sicut pater habet vitã in semetipso ꝛc. Est ergo sic in ea cõuersandũ vt spiritualit̃ viuam. pſ. Domũ tuã dñe decet sanctitudo ꝛc. Secũda rõ est ex vitate ecclie. Naturale est eñ homini vt desideret cognitiõz veritatis cũ sit perfectio intellectus. Unde Aug. dicit q̃ beatitudo est finis hominis que nihil aliud est q̃ gaudiũ de veritate. Hoc innotuit pbis ꝙ creaturas Ro. I. Sed in hoc vacillabant. qz non habebãt certitudinẽ veritatis. tum qz erant coꝛrupti erroꝛibus. tum qz vix inueniꝫ apõ eos q̃ in veritate concoꝛdent. Sed in ecclia est firma cognitio ꝛ veritas. Unde dicit columna Ecc. 24. Thꝛonꝰ meus in colũna nubis ꝛc. Ecc. 26. Colũne auree ꝛc. Et dicitur aurea. qz in se sancta. Et firmamentũ scz q̃tuz ad alios. quia non possunt firmari in veritate nisi per ecclie sacramẽta. Luc. 22. Tu aliquãdo conuersus confirma ꝛc. pſ. Ego cõfirmaui colũnas eius. Si igitur ecclia cõgregat in deo ꝛ dat cognitionẽ veritatis debemꝰ esse in ea. Deinde cũ dicit. Et manifeste ꝛc. Cõmẽdat caput ecclie. Et primo xp̃m ad cuius manifestationẽ apparuit Secundo de eius exaltatione agit ibi Assumptꝰ ꝛc. Cõmendat autẽ xp̃m duplicit̃. Primo quãtũ ad naturã diuinã. Secũdo quãtũ ad humanã ibi. Quod manifestatũ est ꝛc. Dicit ergo Et manifeste ꝛc. Quia sacramentũ idẽ est qđ sacrũ secretũ. Nihil autẽ tã secretũ q̃ id quod in coꝛde gerimus. Multo ergo magis qđ in coꝛde dei et secretum est et sacrũ. I. coꝛ. 2. Que sunt dei nemo nouit nisi spiritꝰ dei ꝛc. Esa. 24. Secretũ meũ mihi. secretum meum mihi Esa. 45. Tu es deus absconditus. Et hoc est verbũ dei in coꝛde patris. pſ. Eructauit coꝛ meũ verbum bonũ ꝛc. Hoc siquidẽ sacramentũ est sacramentum pietatis. secretũ autẽ hominis aliq̃n est vanũ. pſ. Dñs scit cogitationes hominũ qm̃ vane sunt. In q̃tũ ergo est restauratiuũ mundi est pietatis Itẽ magnũ quia est verꝰ deus cuius magnitudinis nõ est finis. Hoc ergo secretũ quod latet in coꝛde patris factum est hõ. Et ideo declarabit ꝙm. Secundo q̃tum ad naturã humanã ꝛc. Et primo q̃tũ ad carnẽ. Secundo q̃tum ad animã. Unãtum ad primũ dicit. Quod manifestatum est in carne. Sicut verbũ quod latz in coꝛde mãifestat̃ ꝛbo sensibili. ita ꝛbũ dei in coꝛde dei latebat. sed in carne manifestatum Joh. I. Verbum caro factũ est ꝛc. Quantũ ad animã dicit. Justificatum est in spiritu. Hoc dupliciter exponit̃. Primo ne credaꝫ q̃ caro ꝓius sit concepta dicit q̃ non. qz in spiritu. id est per ſpmsanctum cõceptus est Mat. I. Quod eñ ex ea natũ est de spiritusancto est. Et Luc. I. Qđ eñ ex te nascetur vocabit̃ filius dei. Et hoc qz spiritꝰ sanctꝰ superueniet in te ꝛc. Vel in spiritusancto humano de q̃ Joh. 19. Emisit spiritum. Et sic est manifestatũ in carne quod tamẽ est cum spiritu. Et dico spiritu iustificato. scz quia iustus est absq̃ omni macula. Deinde cum dicit Apparuit ꝛc. Ostendit eius mãifestationẽ. et primo factã angelis. Secundo hominibus ibi Predicatũ ꝛc. Dicit ergo sacramentũ illud quod apparuit ꝛc. excludit etiam cognitionẽ angelorũ ꝛc. Illud autem dicit apparere quod in potestate sua habz videri ꝛ nõ videri: et nõ subest potestati videntis. Unde non dicit lapis apparet mihi. sed video lapidẽ. Si ergo angelus in sua natura haberet q̃ videret verbũ. nõ diceretur verbũ apparere sibi sed q̃ ipse videret cum vellet. Et ideo dicit apl̃s q̃ apparuit angelis. qz non in sua natura viderunt ip̃m. Et verum est q̃ a principio apparuit angelis qñ ex conuersione ad se deificauit ip̃os: sed qñ est incarnatũ multa misteria innotuerunt angelis que non cognouerant antea. Et ideo dicit Beda q̃ in natiuitate apparuit angel̃ claritas q̃ non antea in veritate visa est hominibus. Et hoc dupliciter. Primo q̃tum ad ministerium apostolorum. Secundo quantũ ad cognitionẽ populoꝝ quibꝰ manifestatur. Olim siquidẽ solis iudeis mãifestabat. sed nunc in gentibus. Et ideo dicit Predicatũ est gentibꝰ Mat. vl. Euntes ergo docete oms gẽtes ꝛc. pſ. Annunciate inter gentes gloriã eius ꝛc. Et hoc efficaciter. qz creditũ est mundo. Et hoc dñs ozabat Joh. 17. Et hoc maxime mirum est q̃ ꝑ simplices pauperes ꝛ impotentes totus mundus est conuersus. I. coꝛ. I. Nõ multi sapiẽtes ꝛc. Et hoc vt nõ glozietur omnis caro ꝛc. Secundo manifestat q̃ sola veritas dei hoc facit. qz assumptum est in gloria christus. scilicet quia manifestatus assumptus est in celis Mar. vltimo. Dominus quidẽ iesus postq̃ locutꝰ est eis assumptus est in celum ꝛc. Phil. 2. Et omnis lingua confiteatur quia domin⁹ noster iesus christꝰ in gloria est dei patris.

Capitulũ quartũ.

Spiritus autẽ manifeste dicit ꝙa in nouissimis temporibus discedent quidã a fide attendẽtes spiritibus erroꝝ ꝛ doctrinis demonioꝝ in ypocrisi: loquentiũ mendaciũ: ꝛ cauteriatã habentiũ suã cõscientiã: ꝓhibentiũ nubere: abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendũ cũ gratiarũactione fidelibꝰ ꝛ his qui cognouerũt veritatẽ. Quia oñis creatura dei bona est ꝛ nihil reꝛiciẽdũ qđ cũ gratiarũactione percipitur. Sanctificat̃ eñ per verbũ dei ꝛ oratiõnẽ.

Superius instruxit thimotheum de pertinentib⁹ ad oꝛdinationẽ ecclesie in spiritualibus. Secundo quantum ad documenta fidei: cultum dei ꝛ dispositionẽ ministeriozum: hic instruit eum de ordinatione ecclesie quantum ad exteꝛioꝛa. Et primo quantum ad cibos. Secundo q̃tum ad status hominum ꝛ diuitias ibi. Quicũq̃ sub iu-

Explanatio sancti Thome

go ꝛc. Item primo agit de vsu ciboꝝ. Secūdo de dispē
satione ciborū. 5. ca. ibi. Uiduas honora ꝛc. Itē prio ex-
cludit superstitiosam abstinentiā. Secundo prefert pieta-
tez abstinentie licite ibi. Exerce te ꝛc. Itē primo p̄nunci
at falsam doctrinā de illicita abstinētia. Secūdo instruit
eum hec preponere fratribus ibi. Hec proponēs ꝛc. Itē
primo errorē mānifestat. Secūdo exclūdit ip̄m ibi Quos
deus ꝛc. Itē primo p̄nunciat errorē futurꝝ ex parte dece
ptoꝝ. Secundo ex parte decipientiū ibi. In ypocrisi ꝛc.
Itē ponit actorē denunciationis. Secundo fidei defectū
ibi. Quia in nouissimis ꝛc. Tertio causam defectus ibi
Attendentes ꝛc. Dicit ergo Magnū est pietatis sacra-
mentū quod iustificatum est in spiritu. sed supra hoc sa-
cramentū spiritussanctus aliquid p̄nunciat futurꝝ. Ad eū
eñ ptinet reuelare misteria. 1. coꝝ. 15. ꝛ Joh. 16. Que
ventura sunt annunciabit vobis Spūs ergo prenunciat
in corde futura. Sed olim loquebatur in similitudinib⁹
Numeri. 12. Si quis fuerit inter vos propheta dñi in vi
sione apparebo ei vel per somnū loquar ad illum. Osee
12. Ego visionē multiplicaui ꝛ in manu prophetarū assi
milatus sum ꝛc. Sed in nouo testamento spiritussanct⁹
manifeste dicit Joh. 16. Et palā de patre meo ānūciabo
vobis. Et prenunciat defectū fidei futurū. Unde dic Jn
nouissimis tēporibus ꝛc. Nouissimum tēpus dicit vlti-
ma etas. quia nos sumus in quos fines seculorū deuene-
runt. Tamen in hoc tēpore tanto amplius nouissimum
est. quanto magis propinquū nouissime diei. Et sicut in
primitiua ecclesia propt̄ ꝓpinquitatē ad xp̄m ꝛ sacramē
ta instituta fuit feruentissima fides sic in nouissimis tem
poribus in comparatione ad tp̄s apostoloꝝ recedent a fi
de quia carnales erunt. sed magis in fine abundabūt er-
rores Heñ. 49. Congregamini vt annunciē que ventu-
ra sunt vobis nouissimis diebus ꝛc. Causa defect⁹ est du
plex. Una ex parte dyaboli seducētis. 2. coꝝ. 11. Timeo
ne sicut serpens euā seduxit astutia sua ꝛc. Et ideo dicit:
Attendentes spiritibus erroris scz demonib⁹ quoꝝ est
officiū in errorem mittere. Joh. 8. Mendax est ꝛ pat̄ ei⁹
ꝛc. 3. reg. vlti. Egrediar ꝛ ero spūs mendax ꝛc. Et dicit
spiritibus. quia demon maioꝝ multos habet ministros.
Sed quomodo attendent eis? Munquid eos videbunt?
Non. sed loquetur in eis. Et ideo addit secundā causaz
scilicet falsam doctrinā. Et ꝑm glosaz dicit hic falsos do-
ctores demones: nec imerito. Sicut eñ boni homines
interdum dicunt angeli sic isti propt̄ excellentē malitiaz
demones dicūt Jo. 6. Nōne eñ duodecim vos elegi ꝛ
ex vob⁹ vn⁹ est dyabolus. ¶ Ex parte decipientiū est du
plex causa. Una eoꝝ falsitas. Alia peruersitas conscien-
tie eoꝝ. Quantū ad primum dicit. Demoniorꝝ. id est ho
minum a demone possessoꝝ. ꝛ horꝝ dico loquentiū men-
dacium Jere. 23. Usq; quo istud est in corde ꝓphetaruꝫ
vaticinantium mendaciū ꝛ prophetantiū seductiones cor
dis sui. Et nota q; per mendaciū simplex absq; pallio ap
parentie non posset aliquis decipere quēpiaz. Et ita hij
neminē possent fallere nisi pretenderent aliquod palliuz
vel bone intentionis vel simulationis vel falsę auctoritā
tis. 1. coꝝ. 3. Nemo vos seducat ꝛc. 2. thimo. 3. Haben-
tes quidem speciem pietatis. id est fictā pietatem. Et de
moniozum dico habentium conscientiam cauterizatam.
Cauterium est corruptio in carne per ignē ex qua egre-
ditur continue putredo. Jta ex igne peruerse voluntatis
ire. odij. concupiscentie vlceratur cōscientia ꝛ demonio-
rum egreditur falsa doctrina. Tit. 1. Coinquinate sunt
eorum mentes. ¶ Deinde ostēdit que sit ista falsa doctri
na ꝛ tangit heresum manicheozum: qui damnant matri-
monium. contra illō Mat. 19. Quos deus coniunxit ho
mo nō separet. 1. coꝝ. 7. Mulier nō peccat si nu-
bat. Itē māichei ꝓhibēt vsū ciborū. id ē mādāt abstinere
a cibis. Abstinere aūt a cib. pōt q̄s licite intentiōe domā
di carnem. sicut thimotheus abstinebat a vino. vel pro-
pter scandaluz sicut dicit apostolus. 1. cozinthioꝝ. 8. Si
esca scandalizat fratrē meum non māducabo carnes in-
eternum. Item illicite. Uno modo propter legis precep-
tum: quasi legalia adhuc essent seruanda. contra qō lo-
quitur ad Galathas. 2. Alio modo ꝑm heresim māiche-
orum. non quia prohibitū lege quam damnāt. sed qr. i-
cunt q; in carnibus. ouis ꝛ vino. ꝛ huiusmodi. id est in
aliqua talium particula diuina natura est commixta. qō
non potest de deo putari. Non videtur autem hoc dice-
re de legalibus. quia dicit in nouissimis diebus. sed de
manicheis. Et istos demones vocat. q; inter omnes he-
reses plus dant dyabolo de honore. quia ponunt eū ꝓn-
cipium visibilium. Improbat aūt apostolus hanc erroneam do
ctrinam dupliciter. scilicet ex intentione dei creantis ci-
bos. Secundo ex conditione creature ibi. Omnis crea-
tura ꝛc. Dicit ergo q; prohibent abstinere. ꝛ hoc contra
intentionē dei qui creauit eos ad percipiendum. Genes
1. ꝛ. 9. Sicut olera virentia dedi vobis omnia ꝛc. Sed
dicis: Munquid plante propter animalia ꝛ herbe propt̄
homines? Respondeo dicendū est q; sic ꝑm etiā philoso
phum in primo pol. quia imperfectū ordinatur ad pfe-
ctius. Et ideo sicut in generatiōe est multiplex perfectio
primo scilicet plantaꝝ. deinde animalium. ꝛ vltimo hu-
mana. ita in vsu rerum. Et ideo ad percipiendum: sz cuz
gratiarūactione. 1. thes. vltimo. Jn omnib⁹ gratias agi
te. qz scz cōcessa sunt vobis a deo. ps. Edēt paupes ꝛc.
Sed illi qui percipiunt cū gratiarūactione sunt fideles.
Nullus eñ potest gratias agere deo in eo quod illicituz
est Stultus eñ est qui agit gratias de fornicatione deo.
quia deus non est actor maloꝝ. Ergo ille gratias agit q̄
habet hoc q; vsus ciborum sit licitus. Et hoc quidē ino-
tescit per fidem solam. Et ideo dicit fidelibus. ¶ Deinō
cum dicit Qui nouerunt. Quia oñis ꝛc. Improbat er-
rorem ex conditione creature. Et primo proponit creatu
ram esse bonā ꝑm se. Secundo quantū ad vsuz. Dicit er
go Omnis creatura est bona scilicz in sua natura. Heñ.
1. Uidit deus cuncta que fecerat ꝛ erant valde bōa ꝛc.
A bono etiam actore nihil est nisi bonū. Sed quia mul-
ta sunt in se bona quorum tamen vsus nō est bonus. idō
probat omnē creaturā esse bonam non solum in se: sed ꝛ
quantū ad vsum. Et primo ponit intentū. Secundo ꝓ-
bat ibi. Sanctificatur eñ ꝛc. Dicit ḡ nihil reiciendū est
scilicz ex debito diuine legis. q̄uis ex alia causa sit. sicut
venenum comedere. inq̄tū tale nō est peccatū: sed reiici
endum est inq̄tum est mortiferum. Similiter nec alij ci
bi inq̄tum res tales sunt: non sunt reiiciendi. sed inq̄tū
incitant ad lasciuiam. Ergo ꝑm discretionē ratiōis ꝛ ozi-
dinationem charitatis non sunt reiiciendi. Matthei. 15.
Omne quod intrat in os non coinquinat hominem ꝛc.
Quare ergo aliqui cibi in veteri lege sunt prohibiti Au
gustinus ponit rationem contra faustum. quia in illoruz
statu non solum per verba sed etiā per facta prefigurat⁹
est christus. Et ideo in cibis vestibus ꝛ sacrificijs fuerūt
figure futuri status. Non ergo prohibentur scōm se: sed
quia immundoꝝ figure sunt. sicut porcus est signum
īmunde vite. Et ideo prohibitio carnis eius est signum
q; in lege christi est prohibita omnis immunditia. Et ē
exemplum augustini Hoc nomen fatuus potest conside-
rari ꝑm q; est vox composita ex litteris. ꝛ sic est bona. vel
inquantum signum ꝛ significatiua talis rei. ꝛ sic mala est
ꝛ prohibita. Omnis ergo creature vsus ꝑm se ē bon⁹.
Cuius ratio est quia si eēt malus hoc non posset esse nisi

inquantum diabolus post peccatum hominis accepisset potestatem super eos quia exquo homo peccauit accepit in hominē potestatem ⁊ eorum que sunt eius. Sed per xp̄m est ablata hec potestas ⁊ hec vocatur sanctificatio. Unde omnia quecunq; benedicimus exorcizam̄ primo vbi ē oratio expellens diabolum. Et ideo dicit. Sanctificatur enim per verbum dei: id est per christum qui omnes sanctificat. Joh. 17. ⁊ per orationem fidelium. Jac. vlt. Multū valet deprecatio iusti assidua.

Lectio secunda.

Hec proponēs fratrib⁹ bon⁹ eris minister xp̄i iesu. enutrit⁹ verbis fidei ⁊ bone doctrine quā assecut⁹ es. Inceptas aūt ⁊ aniles fabulas deuita. Exerce aūt teip̄m ad pietatē. Nā corporalis exercitatio ad modicū vtilis ē. Pietas aūt ad oīa vtilis ē: p̄missionē habēs vite q̄ nunc ē ⁊ future. Fidelis sermo ⁊ oī acceptione dignus. In hoc enī laboram⁹ ⁊ maledicimur q⁹ speramus in deum viuum qui est saluator omnium hominū: maxime fideliū.

Supra reprobauit superstitiosam ciborū abstinentiam: hic mandat timotheo vt doctrinam p̄missam proponat fidelibus: ⁊ primo ostendit quid debet proponere. Scō quid debet vitare ibi. Inceptas autem ⁊c. Proponit ergo duas rōnes quare debet ꝓponere p̄missa. Unam ex cōmisso sibi officio. Secundā ex eius educatione. Dicit ergo. Hoc quod dixi supra scilicet q̄ omnis creatura est bona ⁊ q̄ nihil reiciendū est ⁊c. Proponēs ⁊c. Timotheus enim constitut⁹ erat in officio ministerij christi: q⁹ omnes habentes officium predicandi ⁊ regendi constituūtur ministri xp̄i. p̄me Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros xp̄i ⁊c. Ille autem ē bonus minister q̄ sequitur intentionem domini sui: xp̄s autē hoc docuit. Mat. 15. Nihil q̄ intrat in os coinquinat ⁊c. Et iō hoc officium requirit illud. Item ipa educatio hoc requirit: Prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam etiā cum senuerit nō recedet ab ea ⁊c. Et ideo incōueniens ē q̄ aliqui nutriti veritate doctrine recedant ab eius veritate. Unde recedens a doctrina qua ecclesia suos puulos instruit non ē bonus minister xp̄i. Et ideo dicit. Enutrit⁹ verbis fidei ⁊c. Verbum enim dei ē spūale nutrimētum quo sustentat̄ anima sicut corpus per cibum. Deutero. 8. Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo q̄ procedit de ore dei ⁊c. Hoc verbū fidei instruit primo circa credenda: ⁊ sic dicit. Enutritus verbis fidei. Secundo circa agenda: ⁊ sic dicit. Unde subiūgit. Et bone doctrine. Uel fidei verbum quā ⁊ simplices habent ⁊ bone doctrine quā spūales magistri. ¶ Deīde cū dicit. Inceptas ⁊c. ostendit quid vitandū sit quia fabule inepte ⁊ inanes. Fabula enim ꝑm p̄bm ē composita ex miris ⁊ fuerunt in principio inuente vt dicit p̄bs in poetria: quia intentio hominū erat vt inducerent ad acquirendum virtutes et vitandū vitia. Simplices autem melius inducunt̄ repsentationibus q̄ rōnibus. Unde ī miro bene repsentato videtur delectatio: quia ratio delectat̄ in collatiōe. Et sicut repsentatio in factis ē delectabilis: ita repsentatio in verbis: ⁊ hoc ē fabula scz dicere aliqua ⁊ repsentādo mouere volens ad aliquid. Sed antiqui habebant aliquas fabulas accōmodatas aliquibus veris qui veritatem occultabant in fabulis. Duo ergo sunt in fabula. q̄ scz contineat verum sensū ⁊ repsentet aliquid vtile. Itē q̄ conueniat illi veritati. Si ergo ꝓponat̄ fabula q̄ non pōt repsentare aliquā veritatē ē inanis: sed que nō proprie repsentat ē inepta sicut fabule de talmuth. ¶ Deinde cum dicit. Exerce te ⁊c. exclusa superstitiosa abstinētia: hic comparat abstinentiam virtuosam alijs virtutibus. Et sciendum ē q̄ iste timotheus erat homo valde abstinens. Unde dicit infra. 5. q̄ modico vino vtatur ⁊ forte vt sit sollicitus de his q̄ ad misericordiā pertinent. quia qui non parcunt sibi frequenter nec alijs parcunt. Et ideo inducit eum vt pietatem preferat abstinētie. Et primo inducit eum ad pietatem. Secundo prefert eā abstinentie ibi. Nam corporalis ⁊c. Tertio confirmat q̄dam dictum ibi. Promissionem ⁊c. Quarto dat formā docendi pietatem ibi. Precipe hec ⁊c. Dicit ergo. Exerce teipsum ad pietatem. Pietas ē per quam parētib⁹ patrieq; beniuole officium impendim⁹: sicut religio per quā cultū debitum deo exhibem⁹. Pietas enim importat quandam affectionem ad suum principiū. Principium autem generationis ē pater ⁊ patria. Et ideo oportet q̄ homo circa eos sit beniuolus. Pater autem omnium est deus. Malach. p̄mo. Si ego pater vbi ē honor meus. Et ideo nomen pietatis ē deriuatum ad cultum dei: vt dicit Augustin⁹ quarto de ciuitate dei. Unde eusebia est idem quod pietas. Job. 28. Ecce pietas ipsa est sapientia ꝑm aliam translationem vbi nostra sic habz Ecce timor domini ipa ē sapiētia ⁊c Tit. primo. In agnitione veritatis que ē ꝑm pietatem. Sed quantū ad terrenam pietatem, competit pietati vt homo sit beniuolus compatrioti: sed quantum ad christianam pietatem requiritur vt homo omnibus hominibus sit beniuolus: q⁹ omnes sumus eiusdem patrie. Et ideo pietas sumit̄ pro misericordia. Cum ergo dicit. Exerce teipsum ad pietatem: pōt accipi ꝑm q̄ pertinet ad cultum dei ⁊ ad opera misericordie exhibenda. Slo. ad pietatem id est ad cultum omnipotentis dei ⁊ opera misericordie. Et dicit exerce. non fac: quia exercitium dicit promptitudinem. et hoc ideo: quia exercitatus facit leuius: delectabili⁹ ⁊ stabilius. Prouerb. 24. Diligenter exerce agrum tuum. ¶ Deinde cum dicit. Nam corporalis ⁊c. prefert eam abstinentie. Et primo ostendit ad quid valet exercitatio corporalis. Secundo ad quid pietas ibi. Pietas autem ⁊c. Corporalis exercitatio ieiunij ⁊ huiusmodi in sua natura non sunt bona: sed penalia. ⁊ si homo non peccasset nihil horum fuisset. sed sunt bōa medicinalia. Sicut enī reubarbarum ē bonum inquantum releuat a colera. sic ⁊ ista inquantum comprimunt concupiscentias. ergo ad istud modicum sunt vtilia. p̄me Corinthioꝝ. 9. Castigo corpus meum ⁊ in seruitutem redigo. ⁊c. Col. 3. Mortificate membra vestra que sunt super terram. ⁊c. Et ideo si homo esset in statu in quo nō posset peccare nō indigeret ieiunio: ⁊ huiusmodi. Unde Chrisostomus super Mat. Uenit iesus ⁊c. dicit iohānes pur⁹ hō indigebat medicina ieiunij. xp̄s de⁹ erat ⁊ ñ pur⁹ hō. ⁊ iō hmōi nō indigebat. ergo ad modicū vtilis ē q⁹ tm̄ ad morbuz pcī carnal' nō spūal' q⁹ aliq̄n ꝓpt̄ abstinētiā hō iracūdiā inanē gloriā ⁊ hmōi incurrit. ¶ Deīde cū dic. Pietas aūt ⁊c. p̄fert abstinētie pietatē ⁊ accipit hic vtroq; mō. s. pro cultu dei ⁊ misc̄dia ⁊ ē ad oīa vtilis q⁹ ad oīa pcā delēda Ecc. 3. Ignē ardētē extinguit aqua: ⁊ el emosyna resistit pcīs. Itē ad bona ꝓmouēda. Eccl. 17. Elemosyna hoīs q̄si saccul⁹ ⁊c. Itē ꝓmerētur spālem dei misc̄iam. Mat. 5. Bti misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et ideo ad hoc designandum dominus Mat. 25. specialiter cōmemorat opera misericordie q̄

Tu ergo fili mi confortare in gratia q̄ ē in xpō iesu: ꝛ que audisti a me p multos testes: hec cōmēda fidelibus hominib⁹ qui idonei erūt ꝛ alios docere. Labora sicut bon⁹ miles christi iesu Nemo militans deo implicat se negocijs secularib⁹ vt ei placeat cui se probauit. Nam ꝛ qui certat in agone: nō cozonabit nisi legitime certauerit. Laborantē agricolā oportet primū de fructib⁹ accipe. Intellige que dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.

Supra induxit timotheū ad diligentē euangelij p̄dicationem: inducit eū hic ad constantē tolerantiam martyrij Et primo inducit eum a sustinendā passionem p salute fidelium. Scō docet eum qualiter resistat infidelibus. ibi. Noli verbis ꝛc. Itē primo inducitur preparatio ad martyriū sustinendū. Scō exhortatio martyrij ibi. Memor esto ꝛc. Preparatio martyrij p̄mittit quantum ad tria. Primū ē animi fortitudo. Scōm ē bonox dispensatio ibi. Et que audisti ꝛc. Tertiū ē fructuosus militie labor ibi. Labora ꝛc. Reḡit aūt ad martyriū animi fortitudo que ē circa pericula mortis: ꝛ ideo dicit. Tu ergo fili mi scz quē per euangeliū genui confortare in gratia: ps. Uiriliter agite ꝛ confortetur cor vr̄m ꝛc. nō in te sz cuius fortitudo ē vana sed in deo. Ephe. 6. Confortamini in domino ꝛ in potentia virtutis eius ꝛc. ¶ In gr̄a. i. gratuito dei dono p xp̄m. Jo. i. Hr̄a ꝛ veritas per iesum xp̄m facta est ꝛc. Scōm est dispensatio bonorum. Circa qō notandum ē q̄ quando aliquis adducit ad mortem disponit de suis. Non ergo minus debēt esse solliciti sancti de bonis spūalibus sibi creditis q̄ nō dispereāt post eorū mortē sed alijs credant: ꝛ ideo monet eum vt si ad martyrium venerit q̄ dispenset doctrinā fidei. Et primo ponit quō accepit qz p auditū. Unde dicit. Que audisti a me ꝛ ego a xpō. Et dico a me nō singulariter sz cōfirmata p multos testes id ē p legem ꝛ pphetas Ro. 3. Testificata a lege ꝛ a pphetis ꝛc. Uel p aplos. i. Cor. 15. Sive eīn ego sive illi sic predicauimus ꝛ sic credidistis ꝛc. ¶ Hec cōmenda inquantū sunt accepta. Sap. 7. Quā sine fictione didici ꝛ sine inuidia cōico ꝛc. ¶ Fidelibus hominib⁹: vt scz nō querāt lucrū tpale sed gloriam dei. 1. Cor. 4. Hic iam queritur inter dispēsatores vt fidelis quis inueniat ꝛc. Mat. 24. Fidelis seruus ꝛ prudens quē constituit dūs sup familiā suā ꝛc. Itē qui sunt idonei ad dispensandū. Debēt aūt esse idonei tripliciter Primo intellectu vt sint sapientes ad intelligendū. Luce. 21. Ego dabo vobis os ꝛ sapientiā ꝛc. Itē linguaz vt facundi ad docendū. Esa. 50. Dūs dedit mihi linguam eruditam, vt sciā suscitare eū qui lassus est verbo ꝛc. Itē ope qz cepit iesus facere ꝛ docere. Act. 1. ¶ Deinde cuz dicit. Labora ꝛc. ponit tertiū scz legitim⁹ militie labor ad quē primo hortat. Secūdo ponit laboris p̄mium ibi. Nam ꝛ qui ꝛc. Tertio militie stipendia. Laborantem ꝛc. Itē primo hortat ad legitimū laborem. Scō exponit quis labor sit legitim⁹ ibi. Memo ꝛc. Dicit ergo Labora ꝛc. Est aūt tripliciter aliqs miles xp̄i. Prio in q̄tū pugnat ꝓtra pctā. Job. 7. Militia ē vita hois sup terrā ꝛ. 14. Cunctis diebꝫ quibus nūc milito expecto ꝛc. Et hec pugna ē ꝓtra carnē mundū ꝛ diabolū. Ephe. vi. Nō ē nobis colluctatio aduersus carnē ꝛ sanguinē ꝛc. Scō ē aliquis miles xp̄i pugnādo ꝓtra errores. 2. Corinthio. 10. Arma militie nostre non sunt carnalia: sed potentia deo ad destructionem munitionū consilia destruētes ꝛc. Tertia est militia martyrū contra tyrannos. Et hec est laboriosior. Jo. 25. Numquid ē numer⁹ militū eius. Et non debet quiescere miles quia dicitur a militia sustinēda. ¶ Deinde cum dicit. Memo ꝛc. exponit quid sit legitimus labor. Et primo inducit eum ad laborem. Secundo ostendit qualis debēt esse bonus miles ibi. Ut ei pla

ceat ꝛc. ¶Primo circa primū duo facit quia exemplū ponit. Secundo manifestat. Dicit ergo. Nemo ꝛc. Circa primū sciendum ē ꝙ alius ē finis militie spūalis ꝛ aliud est finis militie corporalis: quia finis militie corporalis est vt obtineat victoriam contra hostes patrie: ꝛ iō milites debent abstinere ab his que abstrahunt a pugna puta a negocijs ꝛ delicijs. ꝑme Cor. 9. Qui in agone cōtendit ab omnibus se abstinet ꝛc. Sed militie spūalis finis ē vt victoriam habeant ab hominibus qui sunt contra deum: ꝛ ideo oportet ꝙ abstineant ab omnibus que distrahunt a deo: hec autem sunt negocia secularia: quia solicitudo huius seculi suffocat verbum. Et ideo dicit implicat se. Sed contra. Negocia secularia sunt temporalia: hoc autem apostolus fecit quādo vixit de labore manuum suarum. Respondeo dicendū est ꝙ apostolus dicit implicat ꝛ non dicit exercet: ille autez eis implicatur cuius cura ꝛ sollicitudo iniungitur circa ipsa. Et tūc ꝓprie ipa hec interdicuntur militibus xpi in quibus ostenditur non esse necesse implicari animū. Itē non dicit simpliciter implicatur sed dicit implicat se: quia quandoq; implicatur ꝛ non se implicat. Implicat enim se quando sine pietate ꝛ necessitate assumit: sed quando necessitas officij pietatis ꝛ auctoritatis exercetur tunc non implicat se sed implicatur huiusmodi necessitate. Roma. 16. Assistatis ei in quocunq; negocio vestri indiguerit. Causa autez quare nō debet se implicare ē vt ei placeat. ꝑme Joh. 2. Si quis diligit mundum non est charitas ꝑris in eo. Qui enim est miles xpi deuouit se ad militandum deo: ꝛ ideo oz conari vt ei placeat cui se deuouit. ¶Deinde cum dicit. Nam ꝛ qui ꝛc. ponit laboris premium. Et quia diceret aliquis. O paule magna imponis: sed quis est eorum fructus? Respondet assumatis exemplum in pugnis secularibus vbi non omnes sed legitime pugnantes accipiunt coronam. Sic ergo erit ꝛ in spūalib⁹ ꝙ nullus coronabitur nisi seruet debitas leges pugne. ꝑme Cor. 9. Illi quidem vt corruptibilē coronam accipiant: nos autem incorruptam. ꝛc. Sap. 4. Imperpetuum coronata triumphat ꝛc. ¶Deinde cum dicit. Laborantem ꝛc. ostendit stipendia interdicitq; ei negocia secularia. Et primo proponit stipendia sub metaphora. Secundo exponit ibi. Intellige ꝛc. officium enim predicatorum ꝛ doctorum est officium militum: inquantū insurgunt contra hostes ꝛ vicia. Item agricole inquantū fructum faciunt promouendo ad bona huius. Ager est ecclesia ꝛ principalis agricola est deus interius ꝛ exter⁹ operans. Jo. 15. Ego sum vitis vera ꝛ pater me⁹ agricola est ꝛc. Homines autē exterius adhibēt ministeriuz .1. Cor. 3. Ego plantaui apollo rigauit: deus autē incrementum dedit ꝛc. Isti sunt exteriores agricole. Job. 31. Si animam agricolarum eius afflixi ꝛc. Istū ergo agricolam oportet fructum accipere: huius fructus sunt opera virtutum. Eccl. 24. Flores mei fruct⁹ honoris ꝛ honestatis ꝛc. Gal. 5. Fructus autem spiritus est charitas gaudium: pax patientia ꝛc. Inter hos fructus sūt ꝛ fructus elemosynarum. Act. 9. Hec erat plena fructib⁹ bonis ꝛ elemosynis quas faciebat. Isti ergo debēt principaliter fructum percipere vt ipi gaudeāt. ¶Prio de subditorum fructibus. ¶Phil. 4. Itaq; fratres mei charissimi ꝛ desiderantissimi gaudium meum ꝛ corona mea ꝛc. Secundo de subsidijs temporalibus nō pro ꝑmio principali sed stipendio. Gal. 6. Cōmunicet autem is qui catheizatur verbo: vel qui se catheizat in omnib⁹ bonis. Mat. 10. Dignus est operarius cibo suo. ¶Deinde cuz dicit. Intellige ꝛc. exponit que dixerat sequens moduz xpi post parabolas. Mat. 13. Qui habet aures audiēdi audiat. Quasi dicat. Reduc hec ad intelligentiā spūalē Dan. 16. Intelligentia enim opus est i visione: quasi diceret aliquis: tu dicis accipe stipendium o timothee: sed tu non facis quia de labore manuum vis viuere. Unde intellige quia est necessaria discretio: quia ibi non sūt accipienda vbi ē occasio auaritie contra euangeliū vel propter cupiditatem vel propter otium ꝛ hoc poteris intelligere: quia dabit ꝛc. ꝑme Job. 2. Unctio docebit vos de omnibus. ꝛc.

Lectio secunda.

Memor esto dominū ieſū xp̄m resurrexisse a mortuis ex semīe dauid ſm euāgeliū meū i quo laboro vsq; ad vincula quasi male operans. sed verbuz dei nō est alligatū. Ideo oīa sustineo propt̄ electos: vt ꝛ ipi salutē cōsequant ꝙ que est i xpo ieſu cū gloria celesti. Fidelis sermo Nam si cōmortui sum⁹: ꝛ cōuiuem⁹: si sustinebim⁹ ꝛ cōregnabim⁹. si negauerimus ꝛ ille negabit nos. si nō credimus. ille fidelis pmanet negare seipsū non potest. Hec cōmone testificans cozā deo. Noli cōtēdere verbis ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionez audientium. Sollicite autem cura teipsū ꝓbabilem exhibere deo: operariū incōfusibilez recte tractantem verbum veritatis.

Supra ponit preparatio ad martyrium: hic ponitur exhortatio ad ip̄m: ꝛ primo p̄mittit exemplum premij. Secundo exemplū martyrij ibi. In quo laboro ꝛc. Tertio manifestat consequentiam premij ad martyriū ibi. Fidelis sermo ꝛc. Nam premiuz mortis preciose martyrij ē resurrectio gloriosa: cuius exemplum precessit in capite nostro xpo. Et iō dicit. Memor esto. Quasi dicat. Dñm nr̄m ieſum xp̄m supple habe in mēte contra tribulatōes ¶Prouer. 3. In oībus vijs tuis cogita illū: ꝛ ipe diriget gressus tuos. Multa enim sunt in eo cogitanda: sed speciāliter resurrectio. Ad hanc enim oīa ordinant̄ et precipue totus xp̄iane religionis status. Ro. 10. Si confiteris in ore tuo dominū ieſum ꝛ in corde tuo credideris ꝙ deus excitauit illuz a mortuis saluus eris. Et nota ꝙ nō dicit resuscitatū qz ꝛ si p̄r eū suscitauerit tñ ꝓpria etiam virtute resurrexit ꝛ ē prim⁹ resurgentiū. 1. Cor. 15. Sz qz ſm naturā hūanā surrexit ꝛ mortu⁹ ē ex semīe dauid. Ro. 1. ¶Qui fact⁹ ē ei ex seīe dauid ſm carnē ꝛc. ¶Scōm euangeliū meū. i. a me p̄dicatū. 1. Cor. 15. Notū aūt facio vobis euangeliuz qđ p̄dicaui vobis ꝛc. Qui p̄dicat euāgeliū ē minister euāgelij: sicut qui baptizat ē minister baptismi. Tamen non potest dici baptisma meū sz euangelium sic. Et hoc ideo quia multum facit exhortatio et sollicitudo. ¶Deinde cum dicit. In quo laboro ꝛc. ostēdit se in exemplum martyrij ꝛ primo eius penam. Secōo eius cām ibi. Ideo omnia ꝛc. Tria aūt ostendit eē in pena sc̄z acerbitatē obprobriū ꝛ cōstantiā. Acerbitatē post cū dicit. In quo sc̄z euāgelio p̄dicādo vel ꝓ quo laboro id ē affligor: ꝛ hoc vsq; ad vincula: qz qū̄ hanc epistolaz scripsit erat rome i vinculis. Ephe. vlt. Ministeriū euāgelij ꝓ quo legatiōe fungor in cathena. Obprobriū ꝙ tū ad infideles cū dicit. Quasi male operans: xp̄iani em̄ tūc reputabant̄ pessimi. Luc. 9. Bti eritis cū vos oderūt homines ꝛ separauerint ꝛ exprobrauerint ꝛc. Christus etiam fuit damnatus quasi male operans. Esa. 53. Et cum sceleratis reputatus est. Constantiam autem

Explanatio sancti Thome

ōndit cum dicit. Sz ꝟbum dei. ꝛc. licz enim corpus sit alligatū tamen verbum dei non ē alligatū: quia p̄dicatio fuit ex voluntate apostoli que libera ē ⁊ precipue ꝓpter efficaciam charitatis que nihil timet. Ro. 8. Certꝰ ſum enim quia neq; mors neq; vita ꝛc. Quia ſicut p̄me Jo. 3. dicitur: Maior est deus corde nostro ꝛc̄. Et dicitur q̄ in vinculis existens multos conuertit. ¶ Deinde cuz dicit. Ideo omnia ꝛc. Ostendit causam quia martyrē non pena facit sed causa. Duplex autem est causa martyrij. ſ. propter diuinū honorem ⁊ salutem proximi. Propt̄ deum quidē: quia Roma. 8. Propter te mortificamur tota die ꝛc. Propter salutē proximoꝝ quia dicit hic Propter electos. Joh. 15. Maiorem charitatem nemo habz vt animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis ꝛc. p̄me Jo. 3. Quoniam ille pro nobis animā ſuā posuit ⁊ nos debemus pro fratribus animas ponere. Et dicit propter electos quia quecunq; bona fiunt ſpecialiter cedunt in bonum electorum nō reprobor̄. Et quomodo? vt ⁊ ipi ꝛc̄. Sed nunquid nō ſufficit passio xpi. Dicendum ē q̄ ſic effectiue: ſed passio apostoli dupliciter: quia dabat exemplum perſistendi in fide. Secundo quia confirmabat̄ fides: ⁊ ex hoc inducebant̄ ad ſalutem. Et hoc in xp̄o id ē quc venit nobis per eum. Mar. p̄mo. Ipe enim ſaluum faciet populū a peccatis eorum ꝛc̄. Et hoc nō ſolū ſalutē gratie p̄ſentē ſed etiam cū glozia celeſti. Mat. 5. Merces vestra copioſa eſt in celis. ¶ Deinde cuz dicit. Fidelis ſermo ꝛc. Ponit conſequentiā premiſj ad meritū martirij. Et primo ponit atteſtationē. Secundo cōſequentiam ibi. Nam ſi ꝛc. Tertio confirmat per teſtimoniū ibi. Hec cōmone ꝛc̄. Dicit ergo fidelis ꝛc. i. verbum q̄ dicam ē fidele. Apoc. vltimo. Hec verba fideliſſima ſunt. ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Nam ſi ꝛc̄. ponit conſequentiā ⁊ primo de remuneratione bonoz̄. Secundo de punitione malor̄ ibi. Si negauerimus ꝛc. In premio bonorum ſunt duo ſcz reparatio per reſurrectionem: ⁊ ſuperadditio glozie ad quam reſurgent. Et ideo primo oſtendit q̄ per chriſtum venit ad reparationez vite. Secdo q̄ p̄ ipſū venitur ad reſurrectionē ibi. Si ſuſtinemus ꝛc. Dic ergo. Si cōmoꝛtui ſumus ſcz cum chriſto ⁊ hoc per ſacramenti ſuſceptionē in baptiſmo. Roma. 6. Cōſepulti eſm ſumus cū illo per baptiſmū in mōrtem ꝛc. Item per penitentiā nos macerando. Gal. 6. Qui xp̄i ſunt carnem ſuā crucifixerunt cū vitijs ⁊ cōcupiſcentijs. Item pro cōfeſſione veritatis moziendo ſicut ⁊ chriſtus ps. Preciosa in conſpectu domini moꝛs ſanctoꝝ eius. Si ergo commoꝛtui ſumꝰ ⁊ conuiuemꝰ id eſt ſicut ipe reſurrexit ſic et nos. Ro. 6. Si conplantati facti ſumꝰ ſimilitudini moꝛtis eius ſimul ⁊ reſurrectionis erimus. ¶ Deinde agit d̄ glozia quā ſancti merenꝰ per moꝛtis ignominiā. Luc. vltimo. Nonne hec oportuit xp̄m pati. Et ideo dicit Si ſuſtinuerimꝰ ſcz patienter ⁊ obprobria conregnabimꝰ id ē ſimul cum ipo peruenemus ad regnū. Mat. 5. Beati q̄ perſecutionē ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Si negauerimus ꝛc. oſtendit conſequentiā quantum ad penas. Dupliciter autē poteſt aliquis peccare contra fidē. Primo exterius negando. Secundo interius eam deponendo. Mantuz ad primū dicit. Si negauerimus ſcz coram alijs ipe negabit nos in iudicio. Matth. 25. Amen dico vobis neſcio vos ꝛc. Negare eſt non cognoſcere eos eſſe de ouibus ſuis. Quantum ad ſecundū dicit. Si non credimꝰ id eſt ſi fidem a corde abiciamus ipe fidem ſuam tenet. Unde fidelis manet in ſua fide: quia fides nihil aliud eſt q̄ participatio veritatis. Ipe autem ē ipa veritas q̄ negare ſe non poteſt. Ergo non ē omnipotens. Reſpōdeo Ex hoc ē omnipotens q̄ ſeip̄m negare non poteſt. Poſſe enim deficere magis ē pertinens ad impotentiā quia q̄ aliquid deficiat a ſuo eſſe ē per debilitatē virtutis p̄prie. Chriſtum autē negare ſeip̄m ē deficere a ſeipo hoc ergo ip̄m q̄ non poteſt negare ſe ē ratio perfecte virtutis. Unde nec peccatum cadit in eum vt eſt dictum: nec p̄t negare ſuam virtutem ⁊ ſuā iuſticiā quin puniat. Mat. vltimo. Qui vero non crediderit condemnabit̄. Sz nūquid non poteſt deus alicui remittere penam. P̄t quidē ſecundum ordinem ſapientie ſue: ſed contra ordinem ſapientie ⁊ iuſticie nō. ¶ Deinde cū dicit. Hoc autez cōmone ꝛc. confirmat per teſtimonium. Quaſi dicat. Simul cum alijs admoneo vt ſemper habeas in corde teſtificans coram deo id eſt teſtem adducens coram quo loquoꝛ. ¶ Deinde cū dicit. Moli verbis ꝛc. oſtendit quomodo reſiſtat infidelib⁹: ⁊ primo p̄mittit modū reſiſtendi. Secundo oſtendit que ſunt quibus reſiſtat ibi. Prophana ꝛc. Item primo excludit indebitum modū reſiſtendi. Secundo ponit debitū ibi. Sollicite ꝛc. Circa primum primo excludit indebitū modū. Secundo rationem aſſignat ibi. Ad nihil ꝛc. Dicit ergo. Moli ꝛc. Cōtentio importat concertationē in verbis. Poteſt ergo ſecūdū duo intelligi: quia acrimoniā loquens deprauat̄ dupliciter. vel per hoc q̄ acceditur ad fauorē falſitatis quando q̄s cum confidentia clamoꝛis impugnat veritatē. Alio modo propter inordinationē quando vtitur acrimonia. vel vltra modum debitū vel contra qualitatē perſone. Sed ſi moderate ⁊ cum circūſtantijs debitis ⁊ p veritate nō ē peccatum. Et ſic in rethoꝛica eſt vnum inſtrumētuz exhortationis. Tamē in ſacra ſcriptura dicit p̄m q̄ importat inordinationē. p̄me Coꝛ. 11. Si q̄s videt inter vos contētioſus ee nos non habemꝰ talē conſuetudinē neq; eccleſia dei. Et dicit verbis quia aliqui diſceptant ſoluz verbis improperij. Et hoc ꝓprie ē contendere. Si hoc fit nō verbis tm̄ ſed veris rationibus: hoc eſt diſputare nō contendere. ¶ Deinde cum dicit. Ad nihil ꝛc. oſtendit rationē documēti. Nam moderata diſputatio quādo cum ratione fit ē vtilis ad inſtructionē: ſz quando cū verbis tunc ē litigioſa. Jō dicit. Ad ſubuerſionē: ⁊ hoc dupliciter. Uno modo oū q̄ ē certuz venit in dubiū. Alio modo quia audiētes ſcandalizanē Prouer. 14. Ubiverba ſunt plurima ibi frequenter egeſtas. Uñ Jac. 3. Ubi zelus ⁊ contētio ibi incōſtantia ⁊ oē opus prauum. Sed nunquid nō ſine cōtentione debet quis diſputare coram populo de fide. Reſpondeo diſtinguendū ē ex parte audientium: quia aut ſunt ſollicitati ab infidelib⁹ ⁊ tunc ē vtilis publica diſputatio q̄ ſimplices efficiunt magis inſtructi quādo videt errantes confutari. Si vero nō ſunt ſollicitati ab infidelibus: tunc nō ē vtilis diſputatio ſed periculoſa. Itē ē diſtinguēdum ex parte diſputantis: q̄ ſi diſputans ē prudens q̄ manifeſte confutet aduerſariū tunc debet publice diſputare. ſi vero nō nullo mō ¶ Deinde cum dicit. Sollicite ꝛc. ponit debitū modum reſiſtendi. Et primo quantum ad rectā intentionē. Secūdo quantum ad rectam opationem. Tertio quantum ad rectam doctrinā. Qui enī vult diſputare p̄mo dz ſcrutari ſuam intētionē vtruz moueatur bono zelo. Ideo dicit q̄ habilē deo exhibere qui ſcz probat coz. 2. Coꝛ. 10. Nō enim qui ſeipſum cōmendat ille probatus ē ſed quē deꝰ cōmēdat. ps. Probaſti coz meum ⁊ viſitaſti nocte. ꝛc. Itē q̄ doctrinam quā p̄dicat ore ſtabiliat per opa quod niſi faciat ē confuſione dignus. Uō dicit. Operariū inconfuſibilem. Quaſi dicat. Hec facito: ſi non confunderis. Item q̄ recte tractet verbum veritatis vera docēdo ⁊ vtilia audiētibus: non querens lucruz ⁊ gloriam. ſcōe Coꝛ. 2. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbuz dei ſed ex ſinceritate ſicut ex deo coram deo in chriſto loquimur.

iude cū dicit. Sed māsuetū ꝛc. oñdit q̄d sit sectādū. Et p̄mo ponit documentū. Scōo rōe ibi. Me q̄ det ꝛc. Iterū p̄ma in duas. qz primo proponit quoddam generale ad omnes. Secūdo quedaz necessaria ad singulos ibi. Docilem ꝛc. Generale quod debet habere qui vult disputare est q̄ sit māsuetus. pſ. Docebit mites vias suas. Est eñ mansuetudo virtus cōpescens ab ira q̄ perturbat iudicū rationis que necessaria est in questione ꝛ iudicio veritatis Mat. 11. Discite a me qz mitis sum ꝛ humilis corde ꝛc. In speciali autem debet habere respectu superiorum docilitatem. respectu psecutorum patientiam. respectu falsorum doctorum correctionem. Quantum ad primū dicit docilē id est paratū corrigi a q̄cumq̄. Et hec est sapientia celestis Jac. 3. Que aūt desursum est sapiētia primum quidez pudica est. deinde autē pacifica. modesta suadibilis ꝛc. Quantuz ad secundum dcit. Patientem. pſ. Bene patientes erunt vt annuncient. puer. 19 Doctrina viri per patientiam noscitur ꝛc. Quantuz ad tertiū dicit. Cum modestia quia correctio debet esse modesta Gal. 6. Vos qui spūales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Me quādo. ꝛc. assignat rationem vitationis. ꝛ respondet cuidam tacite questioni. Posset eñ aliquis dicere. Isti resistūt veritati. ꝛ ideo imminet necessitas corrigendi. Respondeo q̄ deus pater eos potest reducere ad penitentiam et ad hoc debet iustus niti. Et primo p̄mittit penitentiā quaz debet intendere cōtra aduersarios. Secūdo penitentie fructus. Tertio penitentie necessitatez. Dicit ergo. Me quando id est vt deus aliquando det eis penitentiaz. qz ex superbia resistunt quibus difficile videt dari penitentia. Hic excludit error pelagij qui dicit dona gratie esse ex operibus nostris. quod per hoc patet esse falsum. quia etiam principium bonorum scz penitentia datur a deo. Treñ. 5. Cōuerte nos domine ad te et cōuertemur Esa. 26. A timore tuo cōcepimus. Fructus vero penitentie duplex est: scz cognitio veritatis et liberatio a potestate diaboli. Quantū ad primū dicit. Ad cognoscendam veritatem. quia quando ex malicia resistit veritati ipsa malicia sua excecat eos. quando ergo malicia aufert cognoscunt veritatem Jo. 8. Et cognoscetis veritatem. Quātum ad secundū dicit. Et resipiscant ꝛc. id est ab occasionib⁹ error ex parte intellect⁹: sicut falsa fantasie. ꝛ ex parte affectus sicut sunt inuidia superbia ꝛ huiusmodi. Necessitas autem penitentie est magna quā nisi habeant diabolus dominat eis. Unde dicit. A quo captiui ꝛc. q̄a qui facit peccatum seruus est peccati. Jo. 8. Et dicit ad ipsius voluntatez scz sectandā. Uel vt de homine faciat voluntatem suam. Sed contra. Non statim precipitat sicut vellet. Dicendum est q̄ adipiscitur q̄tum p̄mittit sibi: sed difficile est q̄ ei auferatur. Esa. 49. Nunquid tollet a forti preda aut quod captum fuerit a robusto salvum esse poterit.

Capitulum tertium

Hoc autez scito qz in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: ꝛ erunt homines seipos amantes: cupidi: elati: superbi: blasphemi: parentibus nō obedientes: ingrati: sceleſti: sine affectione: sine pace: criminatores: incontinentes: immites: sine benignitate: proditores: pterui: tumidi: ꝛ voluptatum amatores magis q̄ dei: habētes speciem quidem pietatis: virtutem autem eius abnegantes.

Supra instruxit eū quō resistat tribulationib⁹ ꝛ piculis p̄sentib⁹: hic ostendit quomō stet contra futura. Et p̄mo p̄nunciat futura picula. Scōo oñdit idoneitatem suā ad resistendum ibi. Tu autē assecutus ꝛc. Tertio ostendit qualiter resistat ibi. Testificor ꝛc. Circa primū duo facit qz p̄mo prenūciat pericula nouissimoz temporuz. Scōo ostendit quomodo eozuz vitia sunt etiam modo vitanda ibi. Et hos deuita ꝛc. Item p̄ma in duas. qz p̄mo prenūciat esse futura pericula in nouissimis temporib⁹. Secūdo causam periculoz ibi. Et erunt homnies ꝛc. Dicit ergo. Dixi deuita prophana ꝛc. Non solum autē sunt hec mō vitanda: sz in futuro restant etiā quedaz alia vitanda Et dicunt nouissimi dies qui sunt propinqui nouissime diei. Jo. 5. Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Heñ. penultimo. Congregamini vt annūciem q̄ ventura sunt vobis diebus nouissimis. Et adde. Instabunt tempora periculosa ꝛc. Matth. 24. Eritis odio oībus gentibus ꝓpter nomen meum. Causa horum est iniquitatis abundantia. Matth. 24. Quoniaz abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum. Quia fides ꝛ charitas vel anullabit vel totaliter peribit. quia quantomagis aliq̄d elōgat a suo p̄ncipio: tanto plus deficit. Et ideo in tempore illo magis deficient fides ꝛ charitas: quia plus elōgant a christo. Luc. 18. Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra? Et circa hoc primo ponit iniquitatis radicem. Secundo diuersas eius species. Radix autē totius iniquitatis est amor suiipsius. Duplex autez amor duplicem ciuitatē facit. Sed contra. Quilibet naturaliter diligit se. Respondeo. dicendum est q̄ in homine duo sunt: sz natura rationalis ꝛ corporalis. Quātum ad intellectualem seu rationalē que interior homo appellat vt dicit. 2. Corin. 4. Homo debet plus se diligere q̄ oñes alios. qz stultus est qui vult peccare vt alios a peccatz retrahat. sed quantū ad exteriorem hominē laudabile est vt alios plus diligat q̄ se. Unde illi qui se sic tm̄ amant sunt vituperabiles. Phil. 2. Omnes que sua sunt querūt: non que iesu christi. ¶ Ex hac radice diuerse sunt species iniqtatis. Unde dicit. Cupidi elati. ꝛc. Et circa hoc tria facit. qz p̄mo ponit peccata que sunt in abusu rerum exteriorum. Secundo que pertinent ad inordinationem hominis ad alios ibi. Blasphemi ꝛc. Tertio que ad seipsum ibi. Incontinentes ꝛc. Duo aūt sunt i reb⁹ exterioz ib⁹ scz abūdantia diuitiaz ꝛ excellētia honorū. Quantū ad primū dicit. Cupidi. Et cupiditas p̄mo ponit qz est radix oīum malorum. Uel est ꝓpinqua amori suiipsius que ē ad bona exteriora. Quantū ad secunduz dicit. Elati. Elatio est species superbie que sunt quattuor. Una quando aliquis attribuit sibi quo caret. Secunda quando quod ab alio habet attribuit sibi ac si haberet a se. 1. Corin. 4. Quid habes quod non accepisti ꝛc. Tertia quādo attribuit sibi quod habet ab alio: sz meritis proprijs. Luc. 18. Jeiuno bis in sabbato ꝛc. Quarta quando singulariter vult videri supra omnes. et hec est elatio. pſ. Domine non est exaltatum cor meum ꝛc. Q̄ dicit superbi reducit ad alias species superbie. Jac. 4. Deus superbis resistit: humilibus autē dat gratiam. ¶ Consequenter ponit vitia quantū ad alios. Et p̄mo q̄tum ad superiores. Secundo quantū ad equales ibi. Sceleſti ꝛc. Superior est triplex scz deus. ꝛ contra hūc dicit. Blasphemi Esa. 1. Dereliquerūt dominū blasphemauerunt sanctum israel: abalienati sunt retrorsum. Item parentes. ꝛ q̄tum ad hoc dicit. Parentibus non obedientes. 1. Reg. 15. Quasi peccatum ariolandi est repugnare. ꝛ quasi scelus idolatrie nolle acquiescere.

puer.30. Oculū qui subsannat patrē. ꝛ qui despicit partū matris sue effodiāt eū corui de torrētibus ꝛ comedāt eum filij aquile. Item benefactor inquantū huiusmodi Et quantū ad hoc dicit. Ingrati. ps̄. Qui retribuūt mala p bonis ꝛc. Cor.3. Grati estote Sap̄.16. Ingrati em̄ spes tanq̄ hybernalis glacies tabescet ꝛ dispariet tāq̄ aqua supnacua ꝛc. ¶ Tunc ponit mala que sunt ad eq̄lem ꝛ proximum. ꝛ sunt tria. Primū pertinet ad opus. Un de dicit. Sceleſti id est qui scelera grauia perpetrāt in proxios Esa.1. Ue genti peccatrici pplo graui iniq̄tate seruis neq̄ filijs sceleratis ꝛc. Secūdū ad effectū. Un de dicit. Sine affectione id est sine affetu charitatis ꝛ sine pace. Tertio q̄tum ad verbum. Unde dicit. Criminatores. Leuit.19. Non eris criminator nec susurro in populis. Itē q̄tū ad seipsum oñdit quedā alia tripliciter Primo q̄tum ad corruptionem concupiscibilis. Secūdo irascibilis. Tertio rationalis. Quantū ad p̄mum dicit. Incontinentes. Un dicit incōtinens q̄ se nō tenet in bono pposito propter pauas concupiscentias Ecc̄.26. Omnis autem ponderatio nō est digna continentis anime. Quantum ad irascibilem dicit ppie immites id ē non mansueti. hec moderatur passiones ire. Matth.11. Discite a me quia mitis sum ꝛ humilis corde. ps̄. Docebit mites vias suas. Item ponit aliud quod pertinet ad affectum irascibilis scz benignitatis exclusio. Unde dicit. Sine bengnitate. hoc em̄ est naturale q̄ quando dominatur vnū contrariorū excludit aliud Ephe.4. Estote inuicem benigni ꝛc. ¶ Deinde ponit vitia que sunt ad corruptionem rationalis. Hec autē potentia perficit per prudentiam. prudentie autē opponit aliquod vitium p abusum prudētie ꝛ aliqō p ei⁹ priuatiōm: ꝛ vtrūq̄ ponit Quantū ad p̄mum dicit. Proditores. Ad prudentiam autē pertinet sagacitas: qua quidam abutunt in malum. ꝛ hi sunt proditores puer.11. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana ꝛc. Item ꝓstantia qua quidam abutūtur dum in malo pteruūt. puer.3. Ne innitaris prudentie tue. ¶ Deinde ponit vitia que sunt ad p̄uationes prudentie. Et p̄mo ponit priuationis causam. Unde dicit. Tumidi. Superbi em̄ inflantur in agendis. quia nō metiunt vires suas. ꝛ iō deficiūt puer.11. Ubi superbia ibi erit et contumelia. vbi autez humilitas ibi ꝛ sapientia. Secundo ponitur priuatio scz ignorantia: quam addit superbie. Superbus enim est nihil sciens. Unde dicit. Ceci quasi non habentes vsum rectū rationis Mat:15. Ceci sunt ꝛ duces cecorum ꝛc. Tertio ponit priuationis effectum: qz tempoalia preponūt eternis. Unde dicit. Voluptatum ꝛc. Esa.13. Syrene in delubris voluptatis. Sed uunquid est idem esse incontinentem ꝛ voluptatum amatorē? Respondeo. dicendum est q̄ nō qz ppie incontinens dicit qui habet spem fugiendi. scz vincitur ab eis. sed ppie amator earum est intemperatus q̄ habet corruptam estimationē. ¶ Consequenter ponit simulationem dicens. Habentes ꝛc. 2. Cozin.11. Operarij subdoli: virtutem autē eius abnegantes: virtutem scz pietatis que dicit hic dupliciter. Uno modo ipsa vis pietatis id est eius virtus. Unde dicit. Abnegantes id est veritatem non habentes Thit.1. Confitent̄ se nosce deum factis autē negant. Alio modo quia virtus rei dicitur illud ex q̄ dependet tota virt⁹ eius. Tota autez virtus pietatis dependet ex charitate. ideo dicit virtutē ei⁹ scz charitatem abnegantes.

Lectio secunda

Thos deuita. Ex his em̄ sunt q̄ penetrant domos: ꝛ captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis que ducuntur varijs desideriis. semper discentes ꝛ nunq̄a d scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodū autez iamnes ꝛ mambres restiterunt moysi. ita ꝛ hi resistūt veritati. homines corrupti mente. reprobi circa fidem. sed vltra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus: sicut et illorum fuit. Tu autez assecutus es meam doctrinam: institutionem: propositum: fidem: longanimitatem: dilectionem: patientiam: persecutiones: passiones: qualia mihi facta sunt. antiochie: iconio: listris quales persecutiones sustinui. ꝛ ex omnib⁹ eripuit me dominus.

Supra apostolus descripsit pericula nouissimorum temporum ꝛ causam assignauit: hic docet huiusmodi etiam in presenti esse vitanda. Et p̄mo premittit monitionem de horum vitatione. Secundo ostendit in quibus hominibus in presenti appareant predicta ibi. Ex his enim ꝛc. Dicit ergo. Dixi q̄ in nouissimis temporibus erunt homines pessimi. Sed non credas te in presenti esse tutum: sed etiam nunc hos ꝛ tales homines deuita scz ne in similem errorem labaris. Tit. vltimo. Hereticum hominem post vnam ꝛ secundam correctionem deuita ꝛc. Sz tū q̄tū ad aliqua vitandi sunt sed non q̄tum ad sermonē exhortationis. Et tunc ostendit q̄ etiam modo sunt aliqui tales. Et p̄mo ostendit nocumentum quod inferunt. Secundo defectum quem patiunt ibi. homines reprobi ꝛc. Tertio impedimentū quo artantur ibi. Sed vltra ꝛc. Circa primū duo facit. qz p̄mo ostendit impedimentum quod inferunt subditis. Secundo impedimentum quod inferunt prelatis ibi. Quemadmodū autē ꝛc. Item rum p̄ma in duas. qz p̄mo ostendit eorum imprudentiā Secundo eorum astutiam ibi. Et captiuas ꝛc. Quantum ad primū dicit. Deuita ergo: qz iam sunt aliqui tales. Nam ex his ꝛc. id est eorum numero sunt. 1. Jo. 2. Nūc antichristi multi sunt ꝛc. nec debetis intelligere q̄ ex his fuerunt: sed sunt scz sceleſti ꝛ ingrati ꝛc. quia peccatores iam conuersi nō debent dici peccatores. ps̄. Nec memor ero nominū eorum p labia mea. ¶ Deinde cū dicit. Qui penetrant ꝛc. ostendit eorum maliciam. Et ad lram potest exponi quasi inordinate ingerentes se ꝛ circumeuntes ppter lucrū. Contra quod Ecc̄.21. Pes fatui facilis in domū proximi ꝛc. Sed ppter hoc non prohibentur aliqui visitare afflictos in domibus Jac.1. Religio munda ꝛ immaculata apud deum ꝛ patrem: hec est visitare pupillos ꝛ viduas in tribulatione eorum ꝛc. Uel metaphorice potest exponi domus id ē cōscientia Sap̄. 8. Intrans in domū meam conquiescam ꝛc. Illi ergo penetrant domos qui cum astutia volunt scire secreta conscientie vt decipiant alios. Ecc̄.13. Ex multa loquela tē ptabit te. ꝛ subridens interrogabit te ꝛc. Nihilominus tamen illis qui curam habent licet inquirere statum conscientie. puer.27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui tuosq̄ greges considera. ¶ Deinde cum dicit. Et captiuas ꝛc. ostendit eorum astutiam. Et p̄mo tangit eorum malicia. quia abducunt a libertate ꝛ statu gratie Jac.1. Qui autem pspexerit in lege perfecte libertatis ꝛc. Et ducunt in statum seruitutis qui est status peccati. ps̄. Inconuertendo dominus captiuitatem syon ꝛc. Hoc em̄ nomen captiuitatis importat Esa.5. Propterea captiuus ductus est populus meus: quia non habuit scientiam ꝛc

Secundo ostendit in quas personas exercent maliciam quas describit ꝑmo a fragilitate sexus. Secũdo ex malicia cõuersationis. Tertio ex vanitate affectionis. Quarto ex defectu discretionis. Quantum ad primum dicit. Mulierculas que sunt minoris discretionis ⁊ sexus fragilioris. Et dicit. Mulierculas: quia magne domine habent aliquos consiliarios. Unde nõ possunt seduci. sed hec sunt tali auxilio destitute. Mat. 23. Comeditis domos viduarũ. 1. Machab. 1. Captiuas duxerũt mulieres ⁊c. Quantũ ad secundũ dicit. Oneratas peccatis. Peccatum est onus qz nõ ꝑmittit libere incedere. nec erectũ esse ⁊ stare: sed incuruat. ps. Sicut onus graue grauate sunt super me ⁊c. Et ideo istas specialiter decipiunt: qz peccatum parat viam seductioni. Item qz male sunt timent resistere ne prodant. Quantum ad tertium dicit. Que ducunt varijs desideriis id ẽ apte sunt vt seducãtur ꝓpter varia desideria que habent Jac. 1. Vir duplex animo inconstas est in omnibus vijs suis ⁊c. Et ideo prima mulier fuit seducta: qz non stetit constanter in verbis domini: sed dixit ne forte moriamur. Ecc. 9. Ne respicias mulierem multiuolã ⁊c. Quantũ ad quartum dicit. Semper ⁊c. Curiositas semp noua nititur querere ⁊ nõ vult insistere. Unde dicit. Semp discẽtes ꝓuer. 9. Mulier clamosa ⁊c. Tamẽ hoc quod dicit. Semp discentes potest reduci ad penetrantes domos. ¶ Deinde cuz dicit. Quẽadmodũ ⁊c. ostendit nocumentuz quod afferũt prelatis ⁊ nocumentũ resistendi eorum doctrine: ⁊ induxit exemplum de exodo vbi magi, pharaonis restiterunt moysi. quia a ꝓncipio mundi semper fuit pugna inter veritatem ⁊ falsitatem. 2. ꝓe. 2. Fuerũt vero ⁊ pseudo ꝓphete in populo sicut ⁊ in vobis ⁊c. Sz in Exodo isti magi non nominant. sed hic sic qõ forte habuit ex aliquib⁹ verbis iudeorum. Ita isti veritati sz quam nos predicamus resistunt Job. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini ⁊c Act. 7. Semper spiritui sancto restitistis. ¶ Consequẽter cum dicit. Homines reꝓbi ⁊c. ostendit eorum defectum in fide ⁊ in opere. In opere homies reꝓbi. Hoc. In operibus id est qui per opera sua se reꝓbos ostendũt Jere. 6. Argentum reꝓbum vocate eos ⁊c. Item in fide corrupti mente id est in potentia rationali. Unumquodq3 eñ tunc dicit corruptum quando deficit a ꝓpria virtute ꝓpria autẽ mentis perfectio est cognitio veritatis. Unde dicit corruptus mente qui deficit a cognitione fidei. ¶ Consequenter cum dicit. Sz vltra ⁊c. ostẽdit quomõ artant. Et ꝑmo ostendit eos esse impediẽdos Secũdo docet modũ impediendi ibi. Insipiẽtia ⁊c. Sciendum est autẽ circa primuz q voluntas nocendi est homini a seipso. sed potestas nocẽdi est a deo ꝑmittẽte. Et deus nõ ꝑmittit vt noceat q̃tum vult malus sed imponit terminum. Job. 38. Hoc confringens tumentes fluctus tuos ⁊c. Sic ⁊ diabolus non lesit iob nisi fm q ꝑmissus fuit a deo. Sic arrius nocuit in ecclesia nisi q̃tuz dominus ꝑmisit Apoc. 7. dicit angelus. Nolite nocere terre ⁊ mari ⁊ arboribus quoadusq3 signem⁹ seruos dei ⁊c. Et dicit. Ultra sz q̃ deus ꝑmittit ⁊c. ¶ Modus impediendi est vt tollat eorum pallium ⁊ occultatio: quia nocent. Job. 41. Quis reuelabit faciem indumẽti eius ⁊c. Et ideo dicit. Insipientia eorũ manifesta erit deo detegente quando illuminabit abscondita tenebrarum ⁊c vt dicit. 1. Corin. 4. Sicut ⁊ illorum sz magorum pharaonis que fuit manifesta qz non potuerunt facere signa. ¶ Deinde cum dicit. Tu autẽ ⁊c. ostendit idoneitatem timothei ad resistendũ huiusmodi piculis. Et ꝑmo ostẽdit q erat idoneus ex institutione apostoli. Scõo ex experientia scꝑture ꝓx ibi. Ab infantia ⁊c. Item ꝑmo ostẽdit quomõ erat instructus sufficienter ab apostolo. Secũdo quõ vniuersaliter instrui ab alijs poterat ibi. Omnis qui preinstructus erat ⁊c. Circa primũ ꝑmo ostẽdit quomodo instructus erat verbo. Secũdo quomodo exemplo ibi. ꝓposituz ⁊c. Sed sciendũ est q verbo aliquis instruit dupliciter. Uno modo de veritate agnoscẽda. Alio modo de iustitia operanda. Quantum ad primum dicit. Tu autẽ assecutus es meam doctrinam id ẽ instructus es in fide catholica. ⁊ ideo bene potest vitare eos. Quantũ ad secundum dicit. Meam institutionẽ. Institutio est eruditio que est de aliquibus agendis que subdunt operationi humane. ꝓhil. 4. Ubiq3 ⁊ in omnibus institut⁹ sum ⁊c. Item quomõ instructus erat exemplo. Et ꝑmo q̃tum ad bona agenda. Secundo q̃tuz ad mala toleranda ibi. Patientiã ⁊c. In bonis faciẽdis ponit duo. ꝓmũ est intentio recti finis. Et quantũ ad hoc dicit. ꝓpositum quod est de fine. Sap. 8. ꝓposui ergo hanc adducere mihi ad cõuiuandũ ⁊c. Et ad hoc pueniũt ꝑ bona opera que deriuant a tribus virtutibus. scz fide: spe: ⁊ charitate. Et ꝑmo ponit fidem. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Secundo spem cum dicit. Longanimitatẽ. que in longum expectat. 2. Corin. 6. In longanimitate. Tertio charitatem cum dicit. Dilectionem. 1. Jo. 3. Qui non diligit manet in morte. ¶ Deinde de malis tolerandis instruit eum q̃tuz ad tria reducendo ad memoriam. ꝓmo patientiam quaz habuit. Item mala que sustinuit. Item diuinum auxiliũ quod sibi affuit. ꝓmo ergo ponit patientiã que opus perfectum habet. Et ꝑmo ponit patientie materiam scz persecutiones in genarali Matth. 10. Si vos psequunt in vna ciuitate fugite in aliam. Item in speciali cum dicit. Passiones que passus est in ꝓprio corpore. 2. Corin. 11. Ter virgis cesus sum ⁊c. Tertio in particulari cuz dicit. Qualia facta sunt mihi antiochie ⁊c. Act. 16. et. 17 Judei persecuti sunt eum presente timotheo. Sed affuit diuinum auxilium. Et ideo dicit. Eripuit. ⁊c. 2. Cor. 1. Qui consolat nos in omni tribulatione nostra.

Lectio tertia

Et omnes qui pie volunt viuere in christo iesu persecutionem patientur. Mali autẽ homines ⁊ seductores proficient in peius: errantes ⁊ in errorem mittentes. Tu vero ꝑmane in his que didicisti ⁊ credita sunt tibi: sciẽs a quo didiceris. Et quia ab infantia sacras lras nosti que te possunt instruere ad salutem ꝑ fidem que est in christo iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum: ad arguendum: ad corripiendũ ad erudiendum in iusticia: vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instruct⁹.

Supra ꝓposuit timotheo in exemplũ persecutiones q̃s ipse passus fuit. Et ne videat ipse solus ꝑ hmõi passiões trãsisse. ostẽdit eas esse cõmunes sctis. Et ꝑmo docet quõ sancti patiunt hic defectus penales. Secundo quomodo mali ꝓficiunt ꝑ defectum culpe ibi. Mali autez homines ⁊c. Dicit ergo persecutiones sustinui. ⁊ non soluz ego: sed ⁊ omnes. Pie sumit dupliciter. quandoq3 pro virtute pietatis ad cultum diuinum. supra eodem. Habentes speciem pietatis. quãdoq3 ꝑ misericordia ad ꝓximum. 1. Ti. 4. Pietas ad omnia valet. Omnes ergo q̃ pie ⁊c. id est volũt obseruare cultũ religiõis christiane. Tit. 2. Sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo ⁊c.

Explanatio sancti Thome

Et tales psecutiones patiunt & maxime in primitiua ecclesia quando fides xpi vndiq impugnabat a iudeis et gentib9. Et ideo Jo.16. Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitret obsequium se prestare deo &c. Matth. 24. Eritis odio omnibus gentibus ppter nomen meū &c. ¶ Item omnes qui pie &c. id est volunt q fidem xpi seruare misericordiam ad primū necesse est eos persecutionem pati. & si non ab extra: tamē ab intus quando scz compatiunt defectib9 primorum. quoz culpas & penalitates vident. 2. Cozin. 11. Quis scandalizat & ego nō vror &c. 2. Pe. 2. Habitans apud eos qui de die in diē iustam animā iniquis operibus cruciabant &c. ps. Vidi preuaricantes &c. ¶ Item sunt alie psecutiones que sanctis omnib9 deesse nō possunt scz carnis mūdi & demōis qz vt habet Hal. 5. Caro concupiscit aduersus spūm &c. Ro. 7. Infelix ego hō qs me liberabit de corpore mortis huius &c. ps. Multe tribulationes iustoz &c. ¶ Deinde cum cum dicit. Mali autē homines &c. ostendit q mali incidūt in peioza mala scz culpe. Dicit mali i se. scz inquantū peccatis inherēt. Matth. 21. Malos male pdet &c. Et seductores scz in primoz nocumentū inquātum seorsum ducunt eos a via veritatis que cōmunis est Ro. vltimo. Per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentiuz &c. Sz illi non contenti malis que fecerunt pficūt in peius Apoc. vltimo. Qui in sordibus est sordescat adhuc &c. Sed contra supra eodem vltra non proficient. Dicendum est q qui proficiunt in peius permissi a deo. & ex intentione malicie eorum que semper est ad malum. sed fm prouidentiam diuinam pbibent ne possint implere quod ceperunt. Proficiūt aūt in peius mali in seipsis inquantū errant circa veritatem. Matth. 22. Erratis nescientes scripturas neq virtutem dei. Item opere errant & hoc modo omnes mali errant. puer. 14. Errant omnes qui operant malum. Item in primis quia seductores. Unde dicit. In errorem mittētes ne scz possint q prosperitates venire ad regnum celorum. Contra illud supra. Qui pie volunt &c. Esa. 3. Populus meus qui beatum te dicunt ipsi te decipiunt. ¶ Deinde cuz dicit. Tu vero &c. monet eum vt maneat in sua institutione. & hortat eū tripliciter. scz ex parte doctoris. ex parte ipsius timothei & ex parte eorum que accepit. Dicit ergo assecutus es misericordiam &c. ergo q mane in his que accepisti. Ecc. 10. Si spūs potestatem habentis ascenderit sup te locum tuū ne dimiseris &c. 1. Cozin. 15. Stabiles estote et immobiles &c. Dicit ergo. didicisti & credita sunt tibi. quia quilibet xpianus discit que fidei sunt: & hec est doctrina salutaris Jo. 6. Omnis qui audiuit a patre meo & didicit venit ad me &c. Sed specialiter documenta fidei sunt credita prelatis inquantum debent alijs ea dispensare Hal. 2. Cum vidissent q creditum est mihi euangeliū prepucij &c. Et quare oportet pmanere? Quia ego a magistro sciētie habui qui errare non potuit. 2. Cozin. 13. An me loquit christus. Et ideo in his firmiter pmane: Sciens a quo didiceris: qa a paulo qui non ab homine neq per hominem didicit. &c. Hal. 2. Ex propria cōditione. Turpe enim est homini nutrito in bono a pueritia in senectute deficere. Ecc. 26. Qui transgreditur a iusticia ad peccatum deus parauit eum ad rompheam. Timotheus autem sic fuit nutritus. prouer. 22. Adolescens iuxta viaz etiam cū senuerit nō recedet ab ea. Unde dicit ab infantia. Et dicit Sacras litteras que sunt littere veteris testamenti quas didicit ab infantia: quia filius mulieris iudee. Act. 16. Unde mater sua fecit eum erudiri in eis quod est contra manicheum: quia apostolus vetus testamentum hic nominat sacras scripturas litteras. quia ab infantia sua non nouit lras noui testamenti. ¶ Tertio ex parte eoz que accepit. et est tertia ratio. nam si aliqs habet aliqua scientiam in qua non est vtilitas deserit eam & transit ad aliam. Sed si scientia est valde vtilis stultum est eam dimittere. Et pmo facit rationē. Secundo manifestat eaz ibi. Omnis scptura. Dicit ergo. Dico q accepisti lras sacras que non sunt contemnende quia sunt vtiles Esa. 48. Ego dominus deus tuus docens te vtilia &c. Un subdit dicens. Que te possunt &c. Jo. 6. Dne ad quem ibim9. verba vite eterne habes. Jo. 5. Scrutamini scripturas in quibus putatis vitam eternaz habere ille sunt que testimoniuz perbibent de me. Et lre que te possunt instruere ad salutem. sed non nisi per fidem xpi. Ro. 10. Finis enim legis est christus ad iusticiam omni credenti. Heb. 11. Sine fide eim impossibile est placere deo. Rationem autē manifestat dicens: Omnis &c. Ubi ostendit q sacre litterre sunt vie ad salutem. Et tria ponit. Nam cōmendat scptūras ratione pncipij ratione effectus vtilis. & ratione vltimi fructus & pfectus. Si enim cōsideres eius pncipium habet pnilegium super omnes: quia alie sunt tradite p rationem humanam. sacra autē scptura ē diuina ac diuinitus inspirata. 2. Pe. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando pphetia. sed spūsancto inspirati locuti sunt sancti dei homines Job. 32. Inspiratio omnipotētis dat intelligentiā. Sed dices quō omnis scptura diuinitus inspirat cum fm ambrosiū omne verum a quocūq dicat a spūsancto est? Dicendū ē q deus dupliciter aliquid operat scz immediate vt ppriuz opus sicut miracula. Aliquid mediantibus causis inferioribus: vt opera naturalia Job. 10. Manus tue domine fecerunt me &c. Que tamen fiunt operatione nature. Et sic in homine instruit intellectum. & immediate per sacras litteras: & mediate per alias scripturas. Effectus huius scripture ē duplex. scilicet quia docet cognoscere veritatem & suadet operari iusticiaz. Jo. 14. Paraclit9 spiritussanctus docebit scilicet cognoscenda: suggeret operanda. Et ideo vtilis est ad cognoscendam veritatē: & vtilis est ad dirigendum in operatione. Est enim ratio speculatiua. & est etiam ratio practica. Et in vtroq sunt duo necessaria scz q veritatem cognoscat & errorez refellat. Hoc eniz op9 est op9 saplentis scz nō mētiri & mentiē refellere. Quantū ad primū dicit. Utilis est ad docendū. scz veritatem. ps. Bonitatē & disciplinam & scientiā doce me &c. ¶ Item ad arguendum quantū ad secundū Thit. 1. Ut sit potens exhortari in doctrina sana & eos qui contradicunt arguere. ¶ Item q tū ad practicā sunt duo necessaria scilicet vt reducat a malo & ad bonum inducat. ps. Declina a malo & fac bonum &c. Quantū ad primum dicit. Ad corripiendū quod est eripere a malo. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus vade & corripe eum inter te et ipsum solum &c. Job. 5. Beatus homo qui corripitur a domino. Quantum ad secundum dicit. Ad eruiendum in iusticia. Et hec omnia sacra scriptura facit. Esa. 8. In manu forti eruiuit me &c. Sic ergo ādruplex est effectus sacre scripture scilicet docere veritatem: arguere falsitatem. Quantū ad speculatiua z eripere a malo & inducere ad bonum. Quantuz ad practicam. vltimus eius effectus est vt perducat homines ad perfectum. Non enim qualitercūq bonum facit. sed perficit. Heb. 6. Ad perfectionem feramur. Et dicit. & t perfectus sit homo dei. quia non potest homo esse perfectus nisi sit homo dei. Perfectum enim est cui nihil deest. Tunc ergo homo est perfectus: quando est paratus ad omne bonum. non scilicet que sunt de necessitate salutis. sed etiam ad ea que sunt superogationis. Bonū autem facientes non deficiamus Hal. vltimo.

in epistolam II ad Timotheum IIII

Capitulum quartū.

TEstificor coram deo ⁊ ihesu xpo qui iudicatur⁹ est viuos ⁊ mortuos: ⁊ per aduentū ipsius et regnū eius. predica verbum: insta oportune ipportune: argue: obsecra increpa in omni patientia ⁊ doctrina. Erit enī tempus cum sanam doctrinam non sustinebūt: sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros prurientes auribus. ⁊ a veritate quidem auditum auertent. ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus labora: opus fac euangeliste: ministeriū tuum imple: sobrius esto.

Premissis periculis tempox nouissimox et ydoneitate tymothei ad resistendū: hic ostēdit quomodo resistat. Et primo ponit monitio. Secūdo eius necessitas. ibi. Erit enim ⁊c. Item primo ponit eius cōtestatio. Secūdo admonitio ibi. Predica verbū ⁊c. In cōtestatiōe sunt duo consideranda. scz coram quibus contestet ⁊ per quē. Contestat autem coram duobus. scz coraz eo qui est nostra beatitudo. ⁊ coram eo qui nos in beatitudinē introducit. Beatitudo autē nostra deus est. ps. Beata gens cui⁹ est dominus deus eius ⁊c. Et ideo dicit. Coram deo. id est testē induco deū q hanc monitionē faciam. Hic enim testis non decipit. 2ᵉ. cozinth. 1°. Ego autē deū testem inuoco in animā meā ⁊c. Et xpo cuius est introducere in beatitudinē. Rom. 1. Per quē ⁊ accessum habemus per fidē in gratiā istam ⁊c. Uel corporaliter introducit quidem. quia ipe iudicatur⁹ est viuos. ⁊ tūc viuos dicit illos qui viuī reperient in aduentu eius qui morient quidem: sed quia in modico tempore resurgent dicunt viui. 1ᵉ. thes. 4. Nos qui viuim⁹ qui residui sumus in aduentu domini nō preueniemus eos qui dormierūt ⁊c. Uel viuos dicit bonos. scz qui viuūt vita gratie. 1ᵉ. Joh. 3. Qui non diligit manet in morte ⁊c. Et hos etiā iudicat. Act. 10. Ipse est qui cōstitutus est a deo iudex viuox ⁊ mortuox Sed cum xps sit deus quomō vtiq; hic hac copula coraz deo ⁊ xpo. Respondeo: potest dici q dicit coram deo scz patre ⁊ xpo. id est filio. Pater enī est fons diuinitatis. ⁊ contestat⁹ per duo desiderabilia sanctis. primū est aduentus xpi. Luce. 12. Similes hoibus expectātibus dominū suū quando reuertat⁹ a nuptijs ⁊c. Apoca. vlti. Ueni dñe iesu. Secundū est regnū eius. Math. 6. Adueniat regnū tuū. Regnat quidem scōm potestatē super omnē creaturā. Math. vlti. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Sed spiritualiter in sanctis regnat in presenti per gratiā. ⁊ in futuro per gloriaz. Qui sancti non sunt de hoc mūdo. Joh. 18. Regnū meū non est de hoc mūdo ⁊c. Sed hoc regnū hic inchoat: sed in futuro cōsumabit quādo oīa regna ei subijcient ⁊ volentia ⁊ nolentia. ps. Donec ponā inimicos tuos ⁊c. ¶ Consequēter cū dicit. Predica verbū ⁊c. ponit monitio. ⁊ hoc vt inst et doctrine que est duplex. Una ad oīes quā ponit primo. Alia ad aliquos: ⁊ hāc ponit secūdo. ibi. Argue ⁊c. Item primo monet eū ad generalē doctrinā exequendam. Secūdo docet modū. Dicit ergo. Predica verbū ⁊c. scz euangelij. Marci vlti. Euntes in mundū predicate euangeliū omni creature ⁊c. In predicatiōe duo sunt scz denunciatio veritatis. ⁊ instructio ad mores. Et hec duo debet pdicator facere. Luce vlti. Incipiens a moyse ⁊ omnibus pphetis interpretabat illis in oibus scripturis ⁊c. Modus est cū instantia ⁊ continuatiōe. Unde dicit. Insta oportune. importune. 2ᵉ. cozinth. 11. Instantia mea quottidiana ⁊c. Sed dicit. Importune. Cōtra. Eccl. 20°. Ex ore fatui reprobabit parabola. non em̄ dicit illam in tempore suo. Item Prouerb. 15. Sermo oportunus optimus est. Dicendū est: q predicator scōm veritatē semper debet pdicare oportune. sed scōm existimationē falsam audientiū debet predicare importune: quia predicator veritatis semper est bonis oportunus. ⁊ malis semper importunus est. Jo. 8. Qui ex deo est verba dei audit. pptera vos nō auditis: quia ex deo non estis. Eccl. 6. Quā aspera est nimiū sapientia indoctis hominib⁹ ⁊c. Si homo em̄ vellet hāc seruare oportunitatē vt diceret his qui volūt audire prodesset tantū iustis: sed oportet q aliquādo etiā predicet malis vt cōuertant. Et ad hoc addit importune. Esaie. 58. Clama ne cesses ⁊c. ¶ Consequēter cum dicit. Argue ⁊c. ponit doctrina in speciali quā primo ponit. Secūdo modū ibi Jn omni patiētia ⁊c. Instituens autē aliquē specialiter potest eū instituere. Uel de pertinētibus ad fidem. puta vt doceat veritatē ⁊ remoueat errorē. Et quantū ad hoc primū dicit. Argue scz errores. Tyt. 2. Argue cū omni imperio. Uel de pertinētibus ad bonos mores ⁊ ad hoc debet inducere aliquādo bonū ⁊ superiorē. ⁊ tunc debet placide ⁊ benigne monere. Unde dicit. Obsecra. 2ᵉ. tymoth. 4. Seniorē ne increpaueris: sed obsecra vt patrē Hal. 6°. Vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Et specialiter si non peccat ex malitia. Si aūt instituat malū debet eum increpare. Tyt. 1. Ob quam causam increpa illos dure vt sani sint in fide ⁊c. Job. 5. Increpationē domini ne reprobes ⁊c. Sed quis modus? In omni patiētia ne iratus appareas ⁊ ex ira instruas. sed tranquille. Prouerb. 19°. Doctrina viri per patientiā noscit⁹ ⁊c. ps. Bene patientes erūt vt annūcient. Item doctrina. scz de his que ad fidez ⁊ in his que ad mores. Jere. 3°. Pascent vos in scientia ⁊ doctrina. ¶ Deinde cū dicit. Erit enim ⁊c. ostēdit necessitatē monitionis premisse. Est autē triplex necessitas predictorū Et prima ex parte audientiū. Secūda ex parte tymothei ibi. Tu vero ⁊c. Tertia ex parte apostoli ibi. Ego enim iam ⁊c. Circa primū duo facit. quia primo ꝓponit necessitatē. Secūdo exponit dictum suū ibi. Et a veritate ⁊c. Necessitas prima est auditox peruersitas in audiendo. vt vtilia nolit audire sed curiosa. Dicit ergo quantū ad primū. Insta dum nolūt audire sanā doctrinā. Nam erit tepus quādo erunt mali doctores. Actuū. 20. Ego scio quoniā lupi rapaces intrabūt in vos post discessionē meam ⁊c. Unde dicit. Non sustinebūt. id est erit eis odiosa vera doctrina. scz xpi. Prouerb. 8. Justi sunt oīes sermones mei. nō est in eis prauū quid neq; peruersuz ⁊c. ¶ Alia peruersitas quia volūt inordinate audire curiosa ⁊ noxia. Prouerb. 1. Usquequo paruuli diligitis infantiā. ⁊ stulti ea que sunt sibi noxia cupiēt ⁊ imprudentes odibūt scientiam. Ideo dicit. Sed ad sua desideria coaceruabunt. id est multiplicabūt ⁊c. Contra quos dicitur Jacobi. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei scientes quoniā maius iudiciū sumitis. Et est coaceruatio quādo indigni ⁊ insufficientes multiplicant. et magis coaceruatio est si fiant quattuor indigni q̄ si centum boni. quia vt habet Sapi. 6. Multitudo sapientū sanitas est orbis terraz ⁊c. Esaie. 30. Loquimini nobis placentia. Et hoc est scōm sua desideria. quia vnus vult audire vnū. alius aliuz. ⁊ sic querunt diuersos magistros. Et dicit. Prurientes auribus. scz auditores. Pruritus dicit habere in pedibus qui nō vult quiescere. Jn auribus vero qui semper audire vult noua inaudita ⁊ cu[illegible]

sa ⁊ quãdoq; noxia. Actu. 17. Athenienses ad nihil aliud vacabant nisi aut discere aut audire aliquid noui. Et ideo multiplicat doctrina heretica ℙrouerb. 19. Aque furtiue dulciores sunt ⁊ panis absconditus suauior ⁊c. ¶Consequẽter cũ dicit. Et a veritate ⁊c. exponit dictũ ⁊ primo exponit quod dixerat q; sanaz doctrinã non sustinent cũ dicit. A veritate ⁊c. Sana doctrina est quãdo non habet admixtã falsitatẽ. Ergo sanam doctrinã non sustinẽt dum veritatẽ nolunt audire. Osee. 4. Non est veritas ⁊ nõ est misericordia ⁊ nõ est scientia in terra ⁊c. Jo. 8. Si veritatẽ dico vobis: ãre nõ creditis mihi? ⁊c. Secũdo q; dixerat coaceruabũt ⁊c. exponit cũ dicit. Ad fabulas autẽ conuertent. Fabula est composita ex miris in quibus deficit veritas. Et talia homies habentes in auribus pruritũ volunt audire. 1ᵉ. tymoth. 4. Ineptas ⁊ inanes fabulas deuita ⁊c. ¶Deinde cũ dicit. Tu vo ⁊c. ponit necessitas ex parte tymothei cui erat officiũ cõmissum: ⁊ ideo necessariũ erat q; predicaret. Et prio monet eum ad sollicitudinẽ. Secũdo inducit eum ad laborem. Tertio moderat laborez. Dicit ergo. Tu vero ⁊c. Quasi dicat. Isti sic faciũt. Tu vero ⁊c. Math. 24. Vigilate quia nescitis qua hora dñs vester venturus sit ⁊c Luce. 2. Et pastores erãt in regione eadẽ vigilantes ⁊ custodientes vigilias noctis supra gregẽ suũ ⁊c. Ro. 12 Qui preest in sollicitudine. Sed quia sollicitudo sine labore inanis est. ideo primo inducit ad vniuersaliter laborandũ. Scõo determinat in quo est laborandũ. Tertio laborandi necessitatẽ. Dicit ergo. Vigila ⁊ sic q; aliquid facias. ⁊ ideo labora. Sap. 3º. Bonoz labor gloriosus est fructus ⁊c. Et hoc in oibus. id est in omni genere hominũ. Esa. 32. Beati qui seminatis super oẽs aquas ⁊c. Marci vlti. ℙredicate euangeliũ omni creaturẽ. Unde mox determinat in quo est laborandũ dicẽs: Opus fac euangeliste. id est euangeliza. Hoc em̃ est nobile opus: quia ad hoc xps est missus. Luce. 4. Alijs ciuitatibus oportet me euãgelizare quia ideo missus sum Esa. 41. ℙrimus ad syon dicet. Ecce adsum ⁊ hierusalem euangelistã dabo. Euangelista autẽ dicitur aliq; qui scripsit euangeliũ. ⁊ sic sunt quattuor. qñq; qui predicat ipm. ⁊ sic dicit hic. ⁊ Ephes. 4. Necessitas aut hui⁹ laboris q; est ministeriũ tuũ. ⁊ ideo tibi cõmissum impleꝛ scz predicãdo. Col. 4. Dicite archippo. vide ministeriũ quod accepisti in dño vt illud impleas. Ille autẽ implet officiuz euangeliste qui verbo predicat et opere implet. Actu. 1. Cepit iesus facere ⁊ docere. ¶Consequẽter inducit ad moderantiã dicens: Sobrius esto. vel sobrieta te corpali que decet pdicatorẽ. Ebrietas em̃ est inimica sapiẽtie. Eccl. 2. Cogitaui abstrahere a vino carnẽ meã Uel potius sobrietas ponit hic p discretiõe Actuũ. 26. Verba sobrietatis ⁊ veritatis eloquor. 1ᵉ. petri. 5º. Sobrij estote ⁊c.

Lectio secunda.

Ego enim iam delibor: ⁊ tempus resolutionis mee instat. Bonum certamen certaui: cursum consumaui: fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iusticie: quam reddet mihi dominꝰ in illa die iustus iudex Non solum autẽ mihi: sed ⁊ his qui diligunt aduentũ eius.

Supra monuit eũ vt instaret doctrine. ⁊ hoc propter audientes ⁊ propter ipm tymotheũ: hic inducit tertiã necessitatẽ ex parte apostoli. ⁊ est quia in breui erat subtrahendus de mũdo. Et primo prenũciat suaz mortẽ immi nere. Secũdo mandat q; visitet eũ ibi. Festina ⁊c. Circa primũ duo facit. ℙrimo designatur instantia mortis eius. Secũdo securitas moziẽtis ibi. Bonũ certamẽ ⁊c. Circa primũ duo facit. qz primo nũciat passiones ãs patiebat. Scõo pdicit mortẽ que expectabat ibi. Et tpus mee ⁊c. Quantũ ad primũ dicit Ego em̃ ⁊c. quasi dicat Stati ego deliboz. Sanctoꝛ autẽ passio dicit imolatio. ℙhil. 2 Sz ⁊ si imoloz sup̃ sacrificiũ ⁊ obsequiũ fidei vestre gaudeo ⁊c. ℙs. Tibi sacrificabo hostiã laudis. ſ. p te patiendo. Antiq;tus in sacrificijs que ex humidis offerebant quedã fiebant pregustatiões. ⁊ he vocabant deliba tiões. Rom. 11º. Q; si delibatio sancta est ⁊ massa ⁊c. Et ideo vocat passiones iminentes delibatiões. Et quã uis iam diu sim bas expertus tempus tamẽ resolutiõis mee instat Est aũt duplex resolutio. scz aĩe a corpe Eccl. vlt. Et reuertat puluis in terraz suam vnde erat. ⁊ spũs redeat ad deuz qui dedit illũ. Item est resolutio corporis in puluerẽ. Gen. 3. ℙuluis es ⁊ in puluerẽ reuerteris. ¶Deinde cum dicit. Bonũ ⁊c. ostendit securitatez sue mortis. Sed sciendũ est q; est differentia inter mortẽ iusti ⁊ peccatoris. quia vt dicit ℙrouerb. 11º. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. Quia em̃ spem habet in istis rebus trãsitorijs. ideo spem nõ habet in eternis. Sed iustus habet spem in eternis ⁊ nõ in terrenis. ℙrimo ergo ponit meritũ sue securitatis. Secũdo securitatẽ de premio. ibi. In reliquo ⁊c. Meritũ huius vite est in tribus. scz In resistẽdo malis. In pficiendo in bonis. In bene vtẽdo dei donis. ℙrimũ dicit quoddã certamen. Sed certamen dicit bonũ: primo si sit pro bonis puta si sit pro fide ⁊ iusticia sicut apostoli. Jude. 1. De cõmuni vestra salute necesse habui scribere vobis deprecãs supcertari semel tradite sanctis fidei. Eccl. 4. ℙro iusticia agonizare p anima tua ⁊ vsq; ad mortẽ certa p iusticia. Secũda ppter modũ certaminis: si scz sollicite ⁊ legittime certet supra. 2º. Nõ coronabit nisi qui legittime certauerit. 1ᵉ. cozinth. 9. Sic pugno nõ quasi aerez verberãs sed castigo corpus meũ ⁊c. Tertio ppter difficultatẽ certaminis Sap. 10. Et certamen forte dedit illi vt vinceret ⁊c. ⁊ profectũ in bonis quod est. ¶Sed nota tat cursum. 1ᵉ. cozinth. 9. Sic currite vt cõprehendatis ⁊c. Et dicit cursus pfectus sanctoꝛ: quia cũ festinatiõe currũt vt meliozantes cõsumãt agitati stimulis charitatis. Heb. 4. Festinemus ergo ingredi in illã requiẽ ⁊c. ℙs. Viam mandatoꝛ tuoꝛ cucurri. Sed adhuc certamẽ ⁊ cursus mortis restabat ergo nõ consumauerat cursum nec certauerat. Dicendũ est q; sicut homo qui bene incipit ⁊ intendit finire habet perfecte. sic ⁊ apostol⁹ iaz em̃ inceperat ⁊ finire intendebat. ¶Bonus vsus donorum dei est duplex. scz cõseruatio fidei. ⁊ ideo dicit. Fidẽ seruaui quod facit qui vtit donis dei ad gloriã dei ⁊ salutẽ proximoꝛ. Math. 24. Quis putas est fidelis seruus ⁊ prudens quẽ constituit dominꝰ super familiã suam? ⁊c. 1ᵉ. tymoth. 1º. Fidelẽ me existimauit ponens in ministerio ⁊c. Uel seruaui in me virtutẽ fidei. Rom. 14. Omne quod nõ est ex fide peccatũ est ⁊c. propter qõ. Mat. 10. Estote prudentes sicut serpẽtes. id est custodite fidẽ tanq; caput ⁊ fundamentũ virtutuz. ¶Deinde cũ dicit. In reliquo ⁊c. ponit spes de premio quod primo ponit. Secũdo ostendit datorem eius. ibi. Quam reddet ⁊c. Tertio ponit participes premij ibi. Qui diligũt ⁊c. Dicit ergo. Exquo pugnaui ⁊ cursum consumaui: nihil restat nisi q; coroner. Corona iusticie dicit quam deus ex sua iusticia reddet. Sed contra: quia vita eterna ex gratia dat. Romañ. 6. Gratia dei vita eterna. ⁊ cap. 8. Nõ sunt condigne passiones huius temporis ad futurã gloriam ⁊c. Non ergo ex iusticia. Respõdeo. Dicendũ est

q̄ est ibi gratia quantū ad radicem merendi. iusticia quā tum ad actū qui procedit ex voluntate. vel corona que datur ex iusticia: quia datur iustis scōm opera iusta. Esaie. 3. Dicite iusto quoniā bene quoniā fructum adu uentionū suarū comedet ⁊c. Hec corona duplex est. que dam principalis. quedā secundaria. Prima est premiū essentiale que nihil est aliud q̄ gaudiū de veritate. Esa. 28. In illo die erit domin⁹ exercituū corona glorie ⁊ ser tum exultatiōis residuo populi sui ⁊c. Deus est ergo co rona nostra. Secūda est corona que debetur specialibus operibus ⁊ hec est aureola. ⁊ vna debēt martyribus. supra. 2. Non coronabit nisi qui legittime certauerit ⁊c. ⁊ ad hoc est quod dicit. Bonū certamen certaui. Alia de betur virginib⁹. Sapiē. 4. In perpetuū coronata triū phat incoinquinatorū certaminū premiū vincens ⁊c. Et ad hoc est. Cursum cōsumaui. Apocal. 14°. Hi sequū tur agnū ⁊c. Tertia est doctorū. Prouerb. 4. Dabit ca piti tuo augmenta gratiarū ⁊ corona inclita proteget te Et ad hoc dicit. Fidez seruaui. Et dicit reposita. i. fm eternā predestinationē reseruata. supra. 1. Scio cui cre didi ⁊ certus sum: quia potens est depositū meū seruare in illū diem. ¶ Dator huius est deus. ideo dicit quā red det mihi dominus. scz per suā iusticiam in illa die. Haz hec est corona glorie. et hec est duplex. scz anime: ⁊ hec reddit sanctis in illa die. id est in morte. Unde hic dicit Tempus mee resolutiōis instat. 2ª. corinth. 5. Si ter restris domus nostra hui⁹ habitatiōis dissoluat̄ q̄ edifi cationē habemus ex deo ⁊c. Alia est corporis: ⁊ hec red detur in illa die scz iudicij. 1ª. corinth. 15°. Seminat in ignobilitate ⁊c. Participes hui⁹ sunt oīes sancti. Un de dicit. Non solū ⁊c. scz reponit Apocal. vlti. Veni do mine iesu. Canti. 4. Veniat dilectus meus in ortuz suū vt comedat fructū pomorum suorū ⁊c. Qui non diligūt deū nihil habent: vt diligant aduentū eius. Amos. 5°. Ue desiderātibus diem domini: quia corona solū chari tati debetur. Joh. 14°. Qui diligit me diliget a patre meo ⁊ ego diligam eū ⁊ manifestabo ei meip̄m.

Lectio tertia.

Festina ad me venire cito. Demas enim me dereliquit diligens hoc se culuz ⁊ abijt thessalonicam: crescēs in galatiam. tytus in dalmaciam. lucas est mecum solus. Marcum assume: ⁊ adduc te cum. est enim mihi vtilis in ministerio. Ty chicū autem misi ephesum. Penulā quaz reliqui troade apud carpū veniens affer te cum: ⁊ libros maxime autem membranas. Alexander erarius multa mala mihi osten dit: reddet illi dominus scōm opera eius: quem ⁊ tu deuita. Valde enim restitit ver bis nostris. In prima mea defensiōe nemo mihi affuit: sed omnes me dereliquerunt. non illis imputetur. Dominus autez mihi astitit ⁊ confortauit me. vt per me predica tio impleatur. ⁊ audiant omnes gentes. et liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo. ⁊ saluum fa ciet in regnū suum celeste. cui gloria in secu la seculorum. amen. Saluta priscam ⁊ aqui lam ⁊ onesiphori domuz. Erastus remānsit corinthi. trophimū autem reliqui infirmū mylethi.

Rogat visitari. Et primo vocat eū ad se. Secūdo signi ficat suū statum ibi. Alexander ⁊c. Tertio cōcludit epi stolarē salutationē ibi. Salutant te ⁊c. Item primo mā dat vt veniat. Secūdo assignat ei sociū ibi. Marcū assu me ⁊c. Tertio ostendit quid deferat ibi. Penulaz ⁊c. Circa primū duo facit. quia primo vocat eum. Secūdo causam vocatiōis assignat ibi. Demas ⁊c. Dicit ergo. Quia in breui suz recessurus de mūdo: festina ⁊c. ⁊ hoc vt inuicē consolarenī et vt iuuarent eum in predicatiōe euangelij: pro quo erat sollicitus in vinculis existens. Prouerb. 18. Frater qui adiuuat̄ a fratre quasi ciuitas firma. Causa vocatiōis est. quia societate debita erat de stitutus. Et primo a quodā qui propter suam culpā re cesserat. Secūdo quia quosdā miserat ad predicandu. Dicit ergo. Demas enī ⁊c. i. proposuit amorē hui⁹ secu li amori meo. 1ª. Joh. 2°. Si quis diligit mūdum nō est charitas patris in eo ⁊c. ¶ Crescens quidā discipulus abijt in galatiā missus ab apostolo. Tytus etiaz missus ab eo abijt in dalmaciā. vbi finaliter dicit fuisse episco pus. Job. 38°. Munquid mittes fulgura ⁊ ibūt? ¶ Lu cas ⁊c. hunc retinuit in predicatiōe euangelij in qua fu it gratiosus. 2ª. corinth. 8. Cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. ¶ Deinde cū dicit. Marcū ⁊c. assi gnat ei sociū ⁊c. Et circa hoc duo facit. quia primo assi gnat ei socium. Secūdo huius rationē. hic marcus alio nomine dicit iohannes ⁊ cōsobrinus barnabe. Act. 15. dicit q̄ barnabas volebat assumere marcū: sed paulus nolebat. Et ppter hoc dissensio facta est inter eos ita vt discederet ab eis. Col. vlti. Marcus cōsobrinus barna be. Ratio est: quia est multipliciter vtilis ⁊c. Tyticum ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Penulaz ⁊c. Dicit quid portet Carpus est sanctus quidā. Penula scōm hieronymū erat volumen legis quod habebāt in carta per modū ro tuli. ⁊ hoc vocat penulā. vel penula dicitur vestis all qua. Sed scōm crisostomū erat vestis cōmunis. Et quia apostolus rome erat pauper nō accipiens ab alijs. ideo voluit vt vestis sibi portaretur. Haymo dicit q̄ erat spe cialis vestis in signū nobilitatis. vnde Actuū. 22. Pau lus dixit se ciuem romanū. Pater enī pauli seruierat ro manis in tharso cilicie: ⁊ ex hoc factus fuit ciuis roma nus. ⁊ pēnula erat vestis in signū consulis. Et forte pa ter suus erat ibi cōsul. vel pēnula dicit mantica vbi erāt libri quod videt quia sequit. Et libros. Sed quid apo stolo de libris pleno spiritusancto? Item instabat sua re solutio. Respondeo. Dicendū est q̄ propter duo. Pri mo vt in legēdo haberet solaciū. 1. Macha. 12. Habēn tes solatio sanctos libros qui sunt in manib⁹ nostris ⁊c. In libris enī est remediū contra tribulatiōes. Vel dicit hoc ne perderent: sed remanerent fidelibus. Item quā tomagis appropinquabat morti tātomagis instabat ser uitio scripturarū sicut de ambrosio dicit q̄ vsq̄ ad vlti mā egritudinē non cessauit scribere. Unde scribens illū psalmū. Magnus domin⁹ ⁊ laudabilis nimis ⁊c. mortuus est. Membrane sūt carte nō scripte vel cedule vbi scripserat epistolas vel predicatiōes suas. ¶ Deinde cū dicit. Alexander ⁊c. ostendit que apud ipm fuerunt ⁊ q̄ apud ip̄m sunt. Et primo ex parte hominū. Secundo ex parte dei ibi. Domin⁹ autem mihi astitit ⁊c. Iterū prima in duas. Quia primo significat ei de quodam qui ei aduersabat. Secūdo de negligētia eoz qui eum non iu uabant. ibi. In prima mea ⁊c. Item primo premittit cul pam inique impugnantis. Secūdo ostendit penā eius futurā ibi. Reddet ei ⁊c. Tertio ostendit quomō sit etiā scōm ecclesiā puniēdus ibi. Quē ⁊ tu ⁊c. Videt q̄ hic

Explanatio sancti Thome

Alexãder fuit artifex eris vel custos erarij. ꝛ erat de his qui dixerũt legalia esse de necessitate salutis seruanda. 1ª. tymoth. 1°. Circa fidem naufragauerũt ex quibus est hymeneus ꝛ alexander ꝛc. Et dicũt quidã ꝙ iste est de q̃ dicit. Actuũ. 19. ꝙ concitauit seditionẽ in apostolũ: sed nomẽ dissonat quia ille demetrius hic alexãder et loc⁹. quia illud ephesi istud rome fuit. Et subiũgit multa ꝛc. Et nota ꝙ nõ dicit fecit: sed ꝙ ostẽdit. quia impij aduersus iustos animũ ostendere possunt sed nõ semper explẽt Jereñ. 1°. ꝛ. 15. Bellabũt aduersus te ꝛ nõ prealebũt: quia ego tecũ sum ꝛc. Job. 5. Qui dissipat cogitatiões malignoꝝ ne possint adimplere manus eoꝝ quod ceperant. Qui apprehendit sapiẽtes in astutia eorũ et consilium prauorũ dissipat. ¶ Deinde cũ dicit. Reddet ei dominꝰ ꝛc. ponit penã eius futurã. Sed nota ꝙ non ponit verbuꝫ optatiuũ reddat: sed dicit reddet. quia significat penam esse paratã a deo. quod preuidebat apostolus ex eius pertinacia. ꝑs. Quia tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opera eius. Tamen cũ hoc ꝙ reseruat ei pena in futuruꝫ ecclesia debet etiã eum punire excõmunicando. Unde subiungit. Quem ꝛ tu deuita. scꝫ tanq̃ hereticũ. Tyt. 3°. Hereticũ hominẽ post vnã ꝛ secundã correctionẽ deuita ꝛc. Cuiꝰ etiam dicti reddit rationẽ dicens: Valde enim ꝛc. Actuũ. 7°. Vos semper spiritui sancto resistitis ꝛc. ¶ In prima mea. ponit negligentiã non iuuantiũ eũ. et primo reprehendit eorũ culpam. Secũdo petit eis veniam ibi. Nõ illis imputet. Dicit ergo. In prima mea ꝛc. Glo. dicit ꝙ apostolus sepe contra alexandrũ praue docentẽ pugnauit ꝛ in persona nullus ei affuit. sed hic nõ videt esse sensus eius: quia iste alexander nõ erat tantus ꝙ apostolus indigeret alijs ad disputandũ cum eo: sed dicendũ est ꝙ sicut dicit Actuũ. 25°. Paulus appellãs missus est romã. ꝛ ideo oportuit ꝙ presentaret cesari vt discuteret missionis sue causa. ꝛ iudei venerũt contra eũ Et hoc apostolus appellat suã primam defensionẽ. In qua discipuli defuerũt ei: timentes ne a crudeli nerone punirent. Eccl. 51°. Respiciẽs eram ad adiutoriũ hominũ ꝛ non erat ꝛc. Esaie. 63. Torcular calcaui solus ꝛ de gentibus non est vir mecum ꝛc. Sed posset dici ꝙ hoc fuit: quia a principio nullus sciuit. Sed hoc est falsum. immo ex quadã pusillanimitate recesserũt. ꝑs. Elongasti a me amicũ ꝛ proximũ meum ꝛ notos meos a miseria ꝛc. Job. 6°. Fratres mei preterierũt me ꝛc. sed quia fecerũt ex infirmitate orat pro eis ꝛ nõ excõmunicat. Luce. 6. Orate pro calũniantibus vos. ¶ Deinde cum dicit. Dominus autẽ ꝛc. ostendit quid agit circa eum ex parte dei. cuius auxiliũ primo ponit. Secũdo huius effectum ibi. Et audiãt ꝛc. Dicit ergo. Omnes me dereliquerũt sed vbi deest homo offert se deus. ꝑs. Quoniã pater meus ꝛ mater mea dereliquerũt me. dominꝰ autẽ suscepit me ꝛc. Unde dicit. Dominꝰ mihi astitit. scꝫ ad adiuuãdum me. Jere. 20. Dominus mecũ est tanq̃ bellator fortis ꝛc. ꝑs. Prouidebã dominũ in cõspectu meo semper quoniã a dextris est mihi ne cõmouear. Et quomõ? fortitudinẽ animi dando: vt nõ stupescerem coram cesare. Ezech. 3°. Manus dñi erat mecũ me cõfortans. Et hoc vt per me ꝛc. quod impleꝫ quãdo ad plures diffundit ꝛ quãdo quod ore dicit: opere implet. Actuũ. 9. Vas electionis ꝛc. ¶ Deinde cũ dicit. Et audiant ꝛc. ponit effectus auxilij diuini. Et primo quantũ ad preterita. Secũdo quantũ ad futura. Tertio agit gratias. Sed duplex est beneficiũ circa preterita. scꝫ liberatiõis a culpa ꝛ a pena. Dicit ergo. Dominꝰ mihi astitit ꝛ ideo in illa vocatione liberatus fui. quia non fui condemnatus a cesare: sed permissum est mihi ꝙ irem quo vellẽ. Et ideo dicit. Et audiant ꝛc. vt scꝫ alij secũ confortent ad veniendum. ꝑs. Annũciate inter gentes gloriã eius ꝛc. Et vt iudeorum insultatio deprimeret. Et subdit. Liberatus suꝫ de ore leonis. id est de crudelitate neronis. Prouerb. 19. Sicut fremitus leonũ ita ira regis. Prouerb. 28. Leo rugiens ꝛ vrsus esuriens princeps impius super populum pauperẽ. Secũdo liberatus fuit a culpa. Unde dicit. Liberauit me dominꝰ ab omni opere malo. Aliqui vero liberant a pena incidentes in culpã negatiõis a fide. ꝑs. Eripuit me de inimicis meis fortissimis ꝛc. Et hoc per deũ. Sapiẽ. 8. Non possum esse cõtinens nisi deus det ꝛc. ¶ In futuro saluum faciet ꝛc. Esaie. 45°. Jsrael saluatus est in domio salute eterna. Et dicit. In regnũ celeste. Luce. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ. Math. 5°. Merces vestra copiosa est in celis. Et ideo agit gratias dicens: Cui est gloria. 1ª. tymoth. 1°. Regi seculoꝝ. ¶ Deinde cum dicit. Salutate ꝛc. iniũgit ei aliorũ salutationẽ. Secũdo eum salutat ex parte aliorũ. Tertio ex parte sua. Item circa primũ primo iniũgit aliorum salutationẽ. Secũdo determinat tempus veniẽdi. Dicit ergo. Saluta priscã scꝫ que est mulier ꝛ aquilã virum prisce quos premittit quia forte deuotiores. Item onesiphori domũ. Sed quare nõ eum sed domũ? quia forte mortuus erat ꝛ ideo salutat familiã. Vel forte: quia erat cũ eo rome. Determinans tempus: primo ostendit necessitatẽ. Secũdo prosequit propositũ. Necessitas est ꝓpter alios remanẽtes in alijs ꝛ alijs locis. Item ꝓpter turbationẽ maris. ¶ Deinde ponit personas salutantes ꝛ patet. Et modo cõsueto ne corrumpat epistola scribit manu sua. Gratia autẽ vobiscum. Amen.

¶ Explicit deuotissima postilla sanctissimi doctoris thome de aquino ordinis fratrum predicatoꝝ super secũda epistola beatissimi apostoli Pauli ad tymotheũ.

Incipit pulcherrima expositio eiusdem angelici doctoris beati Thome de aquino: ordinis fratrum predicatoꝝ super epistola eiusdem glorioſi doctoris gentium apostoli Pauli ad Tytum.

Prologus.



Jsciret paterfamilias ꝛc. Luce 12. Per patrẽfamilias significat platus ecclesie ꝓpẽ tria que dꝫ exhibere. s. generationẽ ad fidẽ eruditionẽ ad salutẽ. custodiam ad securitatem. Primũ quidem quia sicut est vita corpalis per aiam: ita spiritualis per fidem. Abachuc. 2. Justus autẽ meus ex fide viuit. Et sicut ad vitã carnalẽ generat quis per emissionẽ seminis corporalis: ita ad vitã spiritualẽ per infusionẽ seminis spiritualis: quod est verbum dei. Math. 13. ꝛ. 1ª. corint. 4. Per euangeliũ ego vos genui. Item per eruditionẽ. Eccl. 7. Filij tibi sunt erudi illos. Esaie. 48°. Ego dominus deus tuus docens te vtilia. Item protectionem ad tutelam. Deutro. 32. Circumdurit eum ꝛ docuit ꝛc. ¶ Cuilibet enim prelato committit cura subditorum. 3. Regũ. 20. Custodi

virū hunc qui si lapsus fuerit: erit anima tua pro anima eius ꝛc. Et habreo. 13. Ipsi pernigilāt quasi rationē reddituri pro animabus vestris. Sed ad hanc generationē requirit scientia. Osee. 4. Quia tu scientiā repulisti ꝛ ego repellaz te ne sacerdotio fungaris mihi ꝛc. Et ideo dicit. Si sciret. Requirit enim q̄ sciat. Item ad eruditionē requirit q̄ sit sollicitus. Ro. 12. Qui preest in sollicitudine. Luce. 2. Pastores erāt in regione eadē vigilantes ꝛ custodientes vigilias noctis supra gregem suū. Ad custodiā vero fortitudo requirit ad protegendū. 1. Macha. 3. de iuda machabeo. Induit se loricā sicut gigas ꝛ succinxit se arma bellica sua in prelijs ꝛ protegebat castra gladio suo ꝛc. Et ideo dicit Et nō sineret ꝛc. id est ecclesiā. 1ᵉ. tymoth. 3. Ut scias quomō oporteat te conuersari in domo dei que est ecclesia dei ꝛc. Hec domus est dei sicut dñi. ꝛ prelati sicut famuli. Heb. 3. Moyses quidem erat fidelis in tota domo illius tanq̄ famulus ꝛc. xp̄us vero tanq̄ filius in domo sua. Hec perfodit a fure. id est hereticō. Abdie. ca. vnico. Si fures introissent ad te. si latrones per noctē quomō conticuisses? Qui dicit fur? qui occulte venit ꝛ gradit in tenebris. Unde fur a furuo dicit: quod est obscurus. Sic isti per obscura dogmata. Prouer. 9. Aque furtiue dulciores sūt ꝛ panis absconditus suauior ꝛc. Item ex peruersa intentiōe: qz intendūt occidere. Joh. 10. Fur non venit nisi vt furet ꝛ mactet ꝛ perdat. Item ex modo intrādi quia nō per hostiū. 1ᵉ. Joh. 4°. Et oīs spiritus qui soluit iesum ex deo nō est. ꝛ hic est antixp̄us ꝛc. Sic ergo ex premissis trahitur cōuenienter intētio huius epistole. in qua apl̄us instruit tytū quomō regat ecclesiā. vt patet in argumēto.

Capitulum primū.

Paulus seruus dei: apostolus autem iesu xp̄i scōm fidem electoꝝ dei: ꝛ agnitionem veritatis que scōm pietatem est in spem vite eterne: quam promisit qui non mentitur deus ante tempa secularia. Manifestauit autem temporibus suis verbum suū in predicatione. que credita est mihi scōm preceptū saluatoris nostri dei. Tyto dilecto filio scm communē fidem: gratia ꝛ pax a deo patre ꝛ xp̄o iesu saluatore nostro.

Hec epistola diuidit in salutationē ꝛ epistolarē narrationē ibi. Huius rei ꝛc. In prima primo ponit persona salutans que notificat tripliciter. scz ex noīe cū dicit. Paulus. qō significat humilitatē. 1ᵉ. coz. 15. Ego sum minimus apostoloꝝ ꝛc. Item ex cōditione cū dicit. Seruus ps. Dñe ego seruus tuus. Contra. Joh. 14. Jam nō dicam vos seruos ꝛc. Respondeo: sancti quādoq̄ dicūtur serui: quādoq̄ nō: sed filij. Duplex em̄ est seruit⁹. Una est ex timore que nō cōpetit filiatiōi dei. sed condiuidit cōtra eam. Ro. 8. Non accepistis spiritū seruitutis iterū in timore ꝛc. Alia ex amore que consequit filiationē dei Et ratio hᵘ distinctiōis est. qz liber est causa sui qui operatur quod vult. seruus vero est qui est causa alterius. Sed triplex est causa que est principiū operis. scz finalis formalis ꝛ efficiens. Si ergo ꝓpter causaz finalē sic omnes sancti sunt serui dei: quia oīa per deū faciūt. 1ᵉ. coz. 10. Siue manducatis siue bibitis vel aliud quid facitis oīa in gloriā dei facite. Et hoc est ex amore a q̄ procedit q̄ oīa opemur ꝓpter deū. Si vero ꝓpter cām mouentē q̄ est extrīseca ꝛ ꝓpellit sic est seruitus timoris. ꝛ est malorū. Si ꝓpter cām formalē sic est habitus inclinās. Et sic quidā sunt serui peccati. quidā serui iusticie: quia scōm habitū inclinant ad malū vel ad bonū. Item ex auctoritate cū dicit. Apostolus. Luce. 6. Elegit scz super omnes fideles duodecim ex ipīs quos etiā apostolos nominauit. Ephe. 4°. Primū quidē apostolos. Et describit primo ab actore cū dicit. Jesu xp̄i. quia ab ipō est electꝰ Hab. 1. Non ab hominibꝰ neq̄ per hominē: sed per iesū xp̄m ꝛc. Item quia solū xp̄m annūciabat. 2ᵉ. cozinth. 4. Non enim nosmetipos predicamus: sed iesum xp̄m dominū nostrū. nos autē seruos vestros per iesum ꝛc. Item legatus xp̄i cuius auctoritate vtebat. 2ᵉ. cozint. 5. Pro xp̄o ergo legatione fungimur. Ephes. 6. Legatiōe fungor in cathena. 2ᵉ. cozinth. 2°. Si quid donaui ꝓpter vos in persona xp̄i ꝛc. Item scūdo ex ydoneitate. Haz apostolus est annūciator. Math. vlti°. Docete omnes gentes ꝛc. Doctor aūt debet habere fundamentū doctrine ꝛ doctrine perfectionē. Primū pertinet ad quēlibet. Secūdum vero pertinet ad predicatores ꝛ ad doctores Et sicut in alijs sciētijs sunt principia sic in hac sunt articuli fidei qui innotescūt cuilibet fideli scōm lumen infusū. ꝛ articuli sunt fundamenta fidei que sunt subsiā tiarū sperandarū ꝛc. Hebreo. 11°. Et ideo dicit. Scōm fidem electoꝝ dei. Item requirit perfectio doctrine. Unde dicit. Et agnitionē veritatis. Duplex autē habet cognitio veritatis. scz perfecta in patria. scz quādo videbimus facie ad faciez. ꝛ imperfecta per fidem quā habent sancti. Johā. 8°. Cognoscetis veritatē ꝛ veritas liberabit vos. Sed cuius veritatis? Jn agnitiōe eius que est scōm pietatē. Religio em̄ ꝛ pietas scōm tullīū sunt partes iusticie ꝛ differunt. quia religio est cultus dei. Sed quia deus nō solum est creator: sed etiā ꝛ pater ideo non solū debemus ei cultū vt creatori sed amorē ꝛ cultum sicut patri. Et ideo pietas quandoq̄ pro cultu dei sumit. Job. 28. Ecce pietas ipa est sapientia scōm aliam translationē vbi nostra sic se habet. Ecce timor dñi ipsa est sapiētia ꝛc. ¶ Tertio describit ex fine. ꝛ primo ponit ipm finem. Secūdo eius dignitatē ibi. Quā promisit ꝛc. Finis autē est spes vite eterne. quia ꝛ si moyses posuit dici apostolus quia a dño missus. Exod. 4°. sed tamen non in spem vite eterne. sed terre euei ꝛ amoreī. sed paulus est apostolꝰ in spem vite eterne. Joh. 6. Hec est voluntas patris mei qui misit me. vt oīs qui videt filiū ꝛ credit in eum habeat vitā eternam. 1ᵉ. petri. 1°. Regenerauit nos in spem viuā ꝛc. Rom. 5. Gloriamur in spe glorie filiorū dei. Promissio autē hec est firma dupliciter. Primo ex parte promittētis. Unde dicit. Qui nō mentitur. Deus em̄ veritas est cuius contrariū est mendaciū Numeri. 23°. Non est deus quasi homo vt mentiat ꝛc. Secūdo ex diuino ꝓposito dandi. Unde dicit. Ante tēpora secularia Seculū scōm philosophū est mensura durationis vniuscuiusq̄ rei. Tempora ergo secularia sunt tempora distincta scōm diuersas successiones rex Quasi dicat. Ante q̄ tempus successiuū inciperet esse. Et qz incepit hoc tempus cum mūdo: ideo fuit ante principiū mūdi. Alia littera habet eterna. id est antiqua. Sic em̄ aliquādo accipit eternū. id est antiquū. Uel eterna non scōm veritatē sed scōm ymaginationē. Et ante ista promisit hoc: quia hec sunt successiua. Sed promittere est verbo nūciare suam voluntatem de dando. Et deus ab eterno protulit verbū suū in quo erat vt sancti haberent vitā eternā. Ephe. 1. Elegit nos ante mūdi ꝓstitutionē. ¶ Confirmat aūt hec spes ex manifestatiōe ꝓmissionis. Unde dicit. Manifestauit aūt suis tpibus ꝛc. Et describit hec manifestatio tripliciter. Prio ex tpe vnde manifestauit qū verbum suū incarnari constituit. Unde dicit

Tempoꝛibus suis. id est tempoze cõgruo quo homo esset cõuictus de superbia per quã peccauerat. Et sic pꝛio medicus cõuincit egrotũ vt eũ cõgruentius sanet. Homo eñ superbiebat de sciẽtia: sed cõuictus est de ignoꝛãtia ante tempus legis vbi peccauit in ydolatria ꝛ vitijs contra naturã. Item de virtutibus ꝛ de his cõuictus est tempoze legis. Hal'. 4. At vbi venit plenitudo tempis misit deus filiũ suũ ꝛc. Item secũdo ex modo: qꝛ per publicã pꝛedicationẽ. Marci vlti. Euntes in mundũ vniuersum pꝛedicate euangeliũ omni creature ꝛc. Unde dicit. In pꝛedicatiõe. 1ᶜ. cozint. 9. Dispensatio credita est mihi. Item tertio ex actoze. Unde dicit. Secundũ pꝛeceptũ ꝛc. Math. 1. Ipse eñ saluũ faciet populũ suũ a peccatis eoꝛ. Actu. 9°. Vas electiõis est mihi iste vt poꝛtet nomen meũ ꝛc. ¶ Persona salutata ponit cũ dicit. Tyto quẽ describit tripliciter. Pꝛimo ex noïe. Secũdo ex dilectiõe. Tertio ex filiatiõe. Filius ergo est per dilectionẽ ꝛ fidem que debet esse cõmunis vt idipm dicant omnes. Et ideo dicit. Cõmunẽ que etiã dicit catholica. id est vniuersalis. Unde dicit Ephes. 4. Una fides vnus dñs ꝛc. ¶ Bona vero optata sunt gratia ꝛ pax. hec sepe conũgit quia oĩm spiritualiũ donoꝛ pꝛincipiũ est gratia ꝛ pax finis. ps. Qui posuit fines tuos pacẽ ꝛc. a deo ꝛc.

Lectio secunda.

HTius rei gratia reliqui te crete vt ea que desunt cozrigas. ꝛ cõstituas per ciuitates pꝛsbyteros sicut ꝛ ego disposui ti qs sine crimine est vnius vxoris vir: filios habẽs fideles: non in accusatione luxurie: aut non subditos. Oꝛtet eñ episcopũ sine crimie esse sicut dei dispensatoꝛẽ non superbum. non iracundũ. non vinolentum. non percussoꝛem. non turpis lucri cupidum: sed hospitalẽ. benignũ. sobꝛium. iustum. sanctum. continentẽ.

Accedit ad narrationẽ. Et sicut dictũ est intendit munire eccleſiã contra hereticos. Et pꝛimo monet tytũ qꝛ alios instruat ad resistendũ hereticis. Secũdo docet quomodo ipe eis resistat ibi. Tu autẽ loquere ꝛc. capit. 2°. Item pꝛimo monet vt instituat episcopos qui hereticis resistãt. Secũdo ostendit necessitatẽ huius cõmissionis ibi. Sunt eñ multi ꝛc. Item pꝛimo ponit cõmissionẽ tyto factã de instituẽdo episcopo. Secũdo ostendit quales debẽt esse episcopi ibi. Si quis sine crimine ꝛc. Tertio manifestat que dixit ibi. Oꝛtet eñ ꝛc. quia ergo apostolus habuit vniuersalẽ commissionẽ eccleſie gentiũ ꝛ non poterat solus per se oĩa exequi Ideo dicit. Huius rei gratia reliqui te in creta scz insula vt loco apostoli eccleſie cretensi officiũ pastozale gerat. Pꝛouerb. 18. Frater qui iuuat a fratre quasi ciuitas firma ꝛc. Sed qꝛ dicit. Ut cozrigas ꝛc. videtur qꝛ deberet dicere suppleas. Respondeo. Dicendũ est qꝛ glo. sic supplet vt oĩa que sunt in malis cozrigas ꝛ que desunt in bonis addas. 1ᶜ. thes. 3°. Impleamus ea que desunt fidei vestre. Uel dicendũ est qꝛ est quoddã peccatũ omissionis: ꝛ quoddam transgressionis. ꝛ vtrũqꝫ indiget cozrectiõe. In sanctis autẽ ꝛ perfectis sicut tytus fuit: nõ abundauerũt transgressiones. Et ideo nõ dicit transgressiões cozrigas: sed que desunt. id est omissiones. Ut cõstituas pꝛesbyteros id est episcopos. Unde inferius dicit. Oꝛtet episcopũ ꝛc. Et vtiq; indifferenter nomĩe episcopoꝛ ꝛ pꝛesbyterorũ. Unde sumpsit occasionẽ hereticus qui ambiuit episcopatũ quẽ quia nõ poterat adipisci diuisit se ab alijs: ꝛ multa falsa docuit. Inter que dixit qꝛ episcopi in nullo differũt a sacerdotibus qꝛ est contra dyonisiũ in libꝛo de eccleſiastica hierarchia. Utiq; ergo apostolus eodẽ nomine in vtroqꝫ per idemptitatẽ rei: quia pꝛesbyter dicit senioꝛ. ¶ Item quia pertinet ad superioꝛes episcopũ cõstituere licet eũ canonici eligant. Et dicit cõstituas non in villis sed per ciuitates Sicut eñ in republica reges sunt tantũ in ciuitatibus: sic in spirituali regimĩe episcopi. 1ᶜ. petri. 2°. Regale sacerdotiũ. ¶ Item debẽt seniores esse. Eccl'. 10. Ue tibi terra cuiꝰ rex est puer ꝛc. Item senes nõ solũ etate sed ꝛ moꝛibus Rume. 11. Congrega mihi septuaginta viros de seniꝛibꝰ israel quos tu nosti qꝛ seneꝛs sint populi ac magistri ꝛc. ¶ Item scõm formã eccle..e. Unde dicit. Sicut ego disposui tibi. Pꝛouer. 3°. Fili mi ne effluãt hec ab oculis tuis ꝛc. ¶ Deinde cõ dicit. Si quis sine crimine ꝛc. describit eos tripliciter. scz quantũ ad seipos. quantũ ex parte vxoꝛis: ꝛ ex parte filioꝛ. De pꝛimo dicit. Sine crimine. Sed qꝛ talis erit 1ᶜ. Johã. 1°. Si dixerimus: quia peccatũ non habemus ipi nos seducimus. Dicendũ est qꝛ aliud est crimẽ aliud est peccatũ Peccatũ dicit quodcũqꝫ siue magnũ siue paruũ siue occultũ. Crimen autẽ magnũ ꝛ infame. ps. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? ꝛc. Et post ea subdit Qui ingredit sine macula ꝛc. Non qꝛ q̃ moꝛtaliter peccat post baptismũ non possit eligi sed qꝛ nõ sit infamis. ¶ Quo ad secundũ dicit. Unius vxoꝛis virũ quod oriẽ tales sic exponũt. id est qꝛ nõ habeat simul duas vxoꝛes sicut quoꝛũdam est cõsuetudo. Sed scõm hoc non esset necessariũ qꝛ apostolus hoc diceret: quia scõm leges romanas quibus apli scribebat etiã ante fidem nõ licebat simul habere plures vxoꝛes. Item. 1ᶜ. tymoth. 5. Dicit de vidua que fuit vnius viri vxoꝛ: ꝛ tamen nunq̃ licuit qꝛ vna plures viros simul posset habere. Et hoc modo vult istud etiã de vidua. scilicet qꝛ nõ habuerit nisi vnũ virũ. Sed hieronymus dicit oꝛtere qꝛ vnã tantũ vxoꝛem post baptismũ habuerit ꝛ qꝛ nõ est vis si ante baptismũ alias habuisset. Sed augusti. ꝛ ambꝛo. dicũt qꝛ per baptismũ delent omnia crimina sed qꝛ per baptismũ matrimoniũ non delet. ergo scõm hos dicendũ est ꝛ rectius qꝛ vnã tantũ et non plures: licet habuisse ante vel post. Scõm quosdã autẽ ratio huius est: quia signũ esset incontinentie si plures habuisset. Sed hoc nõ est vex: quia nihil repugnaret si plures habuisset meretrices: que sunt magis incõtinentes. Sed est alia ratio altioꝛ significato scz quia ipe est dispensatoꝛ sacramentoꝛ. ꝛ ideo nullus defectus sacramentoꝛ debet esse in eo. sed sacramentuꝫ matrimonij est significatiuũ cõiunctiõis xpi ꝛ eccleſie. ergo vt signũ respondeat signato sicut xps est vnus ꝛ eccleſia vna sic ꝛ hic quidẽ deficeret si eꝑus plures vxoꝛes habuisset. In veteri autẽ lege patriarche significabãt coniunctionẽ banc nõ vt coniũctaꝫ xpo sed coniũgendã: sed eccleſia erat futura ex multis Et ideo tũc nõ vna sed plures habebanꝫ. Et ideo multitudo vxoꝛ ipoꝛ hoc significabat. ¶ Quantũ autẽ ad tertiũ scz ex parte filioꝛ subdit dicẽs: Filios habens fideles nõ in accusatione ꝛc. Eꝑus eñ oꝛdinatꝫ vt superintendat ꝛ qui oꝛdinatꝫ ad aliꝰ quid debet esse exercitatus in illo. aliꝰ nõ prudẽter instituereꝫ. Pꝛesumitꝫ aũt esse bene exercitatꝰ: si bene alios rexit. Episcopus autẽ constituitꝫ ad tria. Pꝛimo vt fidẽ doceat. Mat. vlti. Docete oĩes gentes ꝛc. Et ideo dicit. Fideles. Secũdo requiritꝫ qꝛ populũ instruat ad virtutes. Eccl'. 7. Filij tibi sunt eruditi illos. Peccata autẽ lasciuie magis abstrahũt a virtute. Eccl'. 20°. Lasciuus ꝛ imprudens nõ seruabũt tempus. Et ideo dicit. Nõ in accusatiõe luxurie. 1. Regũ. 3. Hely condemnaũ quia filios de hoc non cozrexit. Tertio oꝛtet qꝛ pertinaces

corrigat. Unde dicit. Aut non subditos. id est non obedientes. Eccl'.30. Equus indomitus euadit durus ꝛ filius remissus euadit preceps ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Oportet eñ ꝛc. exponit qđ dixit. ꝛ primo q̄ dixit. Sine crimine. Secūdo sine quibus debet esse. ibi. Non superbū ꝛc. Causa aūt primi est: quia debet dispensare diuina Eccl'.10°. Scōm iudicē populi sic ministri eius ꝛc. p̄s. Ambulās in via ūmaculata hic mihi ministrabit. ¶ Deinde cū dicit. Non superbū ꝛc. ostendit a quibus debet esse ūmunis. ꝛ primo ostendit a quibus criminib⁹. Secū do quibus virtutibus luceat ibi. Hospitalē. Peccator autē quedaz sunt carnalia quedā spiritualia. De primis nō facit mentionē: quia omnino debent mūdi esse ab eis Ephes'.5. Fornicatio autē ꝛ omnis ūmunditia aut auaricia: nec nominet in vobis sicut decet sanctos ꝛc. Sed tantū de spiritualib⁹ que sunt quinq̄ quor duo non habēt locū in prelatis. scz inuidia qđ est peccatū paruulor Job.5. Paruulū occidit inuidia ꝛc. Prelat⁹ aūt est in summo. Item nec accidit quia oīa ei ad votū succedūt sed superbia: quia est in summo. ꝛ ira ꝛ cupiditas occasione temporaliū quor est dispensator. Quantū ad primū dicit. Non superbū. p̄s. Superbo oculo ꝛ insattabili corde cū hoc non edebā ꝛc. Eccl'.32. Rectorē te posuerunt noli extolli ꝛc. Quantū ad secundū. Primo excludit iram cū dicit. Non iracundū. Secūdo incentiuū ire quod est vinū dicens: Non vinolentū. Prouer.23. Cui suffusio oculor: nōne his qui commorant in vino? ꝛc. Tertio sequelā ire quod est percussio. Ideo dicit. Non percussorē. id est nō crudelē. Esa.50. Corpus meū dedi percutientibus ꝛc. Uel nō percussorē. id est nō percutientem cōscientias aliorum prauis moribus. 1°. corinth.8°. Et percutientes conscientiam eorum infirmum. Quātum ad tertiū dicit. Non turpis lucri ꝛc. 1°. tymoth.3°. Non turpe lucrū sectantes. Sap.15°. Sed estimauerūt lusum esse vitā nostrā ꝛ cōuersationē vite compositā ad lucrū ꝛ oportere vndecūq̄ etiā ex malo acquirere. ¶ Deinde ponit bona que debet habere. Et primo que pertinent ad conuersationē vite. Secūdo que ad veritatē doctrine ibi. Amplectentē ꝛc. Et patent omnia.

Lectio tertia.

Amplectentē eum qui scōm doctrinam est fidelem sermonez: vt potēs sit exhortari in doctrina sana. ꝛ eos qui contradicūt arguere. Sunt enim multi etiam inobediētes. vaniloqui ꝛ seductores maxime qui de circūcisione sunt: quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt: docentes que non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta. Cretenses semper mendaces. male bestie ventris pigri. Testimoniū hoc verum est.

Supra docuit qualem oportet esse episcopū in vita: hic ostendit qualē oportet esse in doctrina. Et primo ostendit q̄ ad ip̄m requirit diligentia studij. Scđo ponit materiā studij. Tertio eius vtilitatē. Quantū ad primū dicit. Amplectentē ꝛc. Aliquid eñ amplectens illud diligenter cōstringit. ꝛ amplexus ex dilectione fit. Oportet eñ eum scientie inherere cū amplexu ꝛ firma adhesione animi ꝛ cordis dilectiōe Sap.6. Preoccupat eos qui se cōcupiscūt ꝛc. Prouerb.4. Arripe illā ꝛ exaltabit te: gloriaberis ab ea cū eam fueris amplexatus ꝛc. ¶ Materia studij nō debent esse fabule nec tempalia sed sermo fidelis. id est verus. p̄s. Fidelis dñs ꝛc. Uel sermo fidelis. id est fidei in qua oportz episcopū instrui. Sed aliqui studēt in eis dupliciter vt scz addiscāt solū ꝛ operent. Sed hoc nō sufficit episcopo: sed oportet vt ꝛ alios instruat. Et ideo dicit. Que ꝑm doctrinā est. 1ᵉ. tymoth.4. dicitur. Nemo adolescentiā tuaz cōtemnat sed esto exemplū fidelibus in verbo in ꝙuersatiōe ꝛc. Utilitas est facultas exequēdi officiū suū. Officiū autē prelati est sicut pastoris. Joh. vltimo. Pasce oues meas. Pastor vero duo habet facere. scz pascere gregē. 1ᵉ. Petri. 5°. Pascite qui in vobis est gregem dei ꝛc. Item arcere lupuz. Sic ꝛ epūs pascere debet per doctrinā veram. Jere.3°. Dabo vobis pastores iuxta cor meū ꝛ pascent vos scientia ꝛ doctrina ꝛc. Et ideo dicit. Ut sit potēs ꝛc. Non dicit vt exhortet sed vt potens sit exhortari. Nō est quādo habet in promptu exhortatiōes quādo est necesse exequi. Nō figurat Exō. 25°. per vectes in circulis arche vt archa scz posset portari. Luce vlti. Potēs in opere ꝛ sermone. Et dicit. Sana. id est absq̄ corruptiōe falsitatis. Infra.2. Tu autē loquere que decēt sanā doctrinā ꝛc. 1ᵉ. thes'.2°. Exhortatio nostra nō fuit de errore neq̄ de immūditia ꝛc. ¶ Item vt custodiāt cōtra hereticos. Et ideo dicit. Et eos qui cōtradicūt arguere. id est cōuincere ꝛ hoc per studiū sacre scripture. 2ᵉ. tymoth.3. Oīs scriptura diuinit⁹ inspirata vtilis est ad docendū ad arguendū ꝛc. Job.6. Nec contradicā sermonibus sancti. Et hec duo ꝑm philosophū pertinēt ad opus sapientis. scz nō mentiri de quibus nouit quantū ad primū. ꝛ mentientē manifestare posse quantū ad secundum. ¶ Consequēter cū dicit. Sunt eñ multi ꝛc. ponit necessitatē doctor. Et primo ex parte falsor doctor. Secūdo ex parte malor auditor ibi. Dixit quidā ꝛc. Circa primū duo facit. quia primo describit conditionē falsor doctor. Secundo peruersitatē studij ipsor ibi. Qui vniuersas ꝛc. Item primo ostendit eor conditionē. Secūdo docet remediū ꝓtra eos ibi Quos oportet ꝛc. Conditionē ostendit quadrupliciter. Et primo ex numero cū dicit. Multi ꝛc. Eccl'.1°. Stultor infinitus est numerus. Secūdo ex vitio inobediētie quantū ad deū ꝛ suos superiores Ro.1°. Parentibus nō obedientes. 1. Regū.15. Peccatus inobediētie sicut ydolatria dicit esse. Tertio ex vanilo quio scz quo ad se. p̄s. Dñs scit cogitatōes hominū quoniā vane sunt. Sap.13. Uani sunt hoies in quibus non subest sciētia dei ꝛc. ꝛ precipue vani sunt heretici. ideo subiūgit dicens. Seductores. scz quo ad inferiores. 2ᵉ. tymoth.3. Mali homines ꝛ seductores ꝛc. Quarto ex loco cū dicit. Maxime qui de circūcisione qui cogebāt homines iudaizare. Phil'.3. Uidete canes: videte malos operarios: videte cōcisionē. ¶ Contra quos ponit remediū. Non eñ sunt tolerandi: quia corrūperet populus ꝛ imputaret pastori. Ezech.13. Non ascendistis ex aduerso neq̄ opposuistis murū ꝓ domo israel ꝛc. 2ᵉ. tymoth.4. Argue obsecra increpa in oīni patiētia ꝛ doctrina ꝛc Et ideo dicit. Oportet redarguere. ¶ Deinde cū dicit. Qui vniuersas ꝛc. describit hor studiū. ꝛ primo describit ex damno qđ inferūt. Secūdo ex falso quod docent. Tertio ex lucro qđ concupiscūt Damnū est quia subuertūt ꝛc. Doctrina eñ catholica publice ꝓponit in ecclesia sed heretici latēter. ꝛ iō querūt latibula. Prouer.9. Aq̄ furtiue dulciores sūt ꝛ panis absc̄ditⁿ suauior ꝛc. Et iō circūeunt per domos vt seducāt ꝑcipue mulieres. 2. tymoth.3°. Ex his sunt q̄ penetrāt domos ꝛ captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis ꝛc. ¶ Docentes q̄ nō oportet. id est vana ꝛ inutilia. nec querūt lucrū spirituale sed temporale. Et ideo addit. Turpis lucri gratia

170

scz tpalis vel ꝓprie glorie Sap.15. Sed estimauerunt lusuz esse vitā nostrā ⁊ conuersationē vite compositā ad lucrū ⁊ oportere vndecūqz etiā ex malo acquirere. ¶ Deinde cū dicit. Dixit quidaz ꝛc. describit auditores: quia isti erant cretenses et ad hos refert hoc opus. Et primo ostendit conditionē. Secūdo dat remediū. ibi. Quā ob causam ꝛc. Circa primū primo describit conditionē per testimoniū. Secūdo cōfirmat. Dicit ergo. Tales sūt doctores: sed ⁊ auditores sūt similiter seducibiles iuxta testimoncū cuiusdā poete eoꝝ. scz epimenidis. Ubi nota q ꝓpheta aliquis dicit qui a deo illuminat ꝟm intellectū ad cognoscendū aliqua supra cōmunem cognitionē Numeri.12. Si quis fuerit inter vos ꝓpheta dñi in visione apparebo ei vel per somniū loquar ad illū ꝛc. Itē qui exponit ꝓphetias eodem spiritu ⁊ eodē modo quo sunt tradite. Item qui profert aliquid ꝓpheticū. Unde potest ꝓferri aliqd ꝓpheticū ex quodaz interiori instinctu etiā preter suū intellectū. Joh.11. Cayphas cū esset pontifex ꝓphetauit ꝛc. Non eñ ꝓphetauit ꝟm suaz intentionē qui dicebat expedire eū mori ne seduceret populū. Nihilominus tamē fuit motus ad dicendū per spiritū. Et hic modus ꝓphetandi est apud illos qui accipiunt primū verbū aliquoꝝ pro omne qđ etiā a demonibus. Et dicit. Proprius. quia ꝓprie describit eoꝝ conditiones. ¶ Deinde cū dicit. Cretenses ꝛc. ꝓponit testimoniū ⁊ notat eos de tribus. scz de corruptionē rationalis cū dicit. Semper mēdaces. ps. Perdes oēs qui loquūtur mendaciū. Item de corruptiōe irascibilis cū dicit. Male bestie. id est crudeles. Bestie dicunt quasi vastie: quia crudeles sunt. Prouerb.28. Leo rugiēs ⁊ ursus esuriēs. princeps impius super populū pauperē ꝛc. Et dicit male quia ꝟm philosophū in politicis. hō qñ ꝟm rationē operat est optimū animaliū: sed quādo declinat ad malicia est pessimuz. qz si declinat ꝓpter crudelitatē nulla bestia ita ē crudelis. Unde dicit. q decies millies est peior malus homo q̄ mala bestia. Item de corruptione cōcupiscibilis cū dicit. Uentres pigri. id est pigritiā habētes ex ventre. Erant eñ gulosi ⁊ tales querūt quietem. Luce.12°. Anima habes multa bona reposita in annos plurimos. requiesce comede bibe epulare ¶ Confirmat aūt testimoniū cū dicit. Testimoniū ꝛc. Glo. per hec intelligim⁹ q doctor sacre scripture accipit testimoniū veritatis vbicūqz inuenerit. Unde aplus in plurib⁹ locis recitat dicta gentiliū sicut in.1.ad corinth.15. Corrumpūt bonos mores colloquia mala ꝛc. Item Act.17 In ipo viuimus mouemur ⁊ sumus. Nec ꝓpter hoc approbat tota eoꝝ doctrina sed eligit bonū: qz verū a quocūqz dicat est a spiritusancto. sed respuit malū. Unde dicit Deutro.21. in figura huius q si quis viderit puellā in numero captiuoꝝ debet precidere vngues ⁊ capillos id est superfluitates.

Lectio quarta.

Quam ob causam increpa illos dure vt sani sint in fide: non intendentes iudaicis fabulis: ⁊ mandatis hoim auersantiū se a veritate. Omnia mūda mūdis. coinquinatis autem ⁊ infidelibus nihil est mundū: sed inquinate sunt eoꝝ ⁊ mens ⁊ cōscientia. Confitent̄ se nosse deum. factis autez negant: cū sint abominati ⁊ incredibiles. ⁊ ad omne opus bonū reprobi.

Posita conditiōe cretensis populi: hic ponit remediū. Et primo ponit remediū reprehēsionis. Secūo assignat dictoꝝ rationē ibi. Omnia munda ꝛc. Circa primū tria facit. Quia primo hortat tytuz ad reprehendendū eos. Secūdo reprehensionis finem ostendit. ibi. Ut sani ꝛc. Tertio docet debitū modū perueniendi ad finē ibi. Nō intendentes ꝛc. Dicit ergo. Cretenses sunt male bestie quibus scz debet flagelluz ⁊ castigatio. Et ideo increpa eos dure. Prouer.6. Uia vite increpatio. ps. Increpa feras arūdinis. Sed cōtra. 2ª.tymoth.4. In omni patientia ꝛc. Respodeo duplex est ratio exhortatiōis huius. Una ex parte eoꝝ qui reprehenduntur. Cretēses enim duri ⁊ pertinaces erāt. ⁊ ideo dure eos reprehēdi iubet non aūt ephesij quoꝝ archiepūs erat tymotheus. Alia ex parte reprehendentiū: quia ⁊ tytus fuit lenis ⁊ mansuetus. ⁊ ideo inducit quasi ad contrariū: sed tymothe⁹ erat rigidus. ⁊ ideo inducit ad patientiā. ¶ Deinde cuz dicit. Ut sani ꝛc. tangit finem reprehensionis. Nam homo est sanus in quo nō est corruptio. Et sic sanus est in fide qui in nullo habet eam corruptā. Uoꝝ autem fides vitiabat per hereticos. 2ª.coꝝ.11°. Timeo ne sicut serpens euā seduxit astutia sua: ita corrumpant sensus vestri ⁊ excidāt a simplicitate que est in xpō iesu.1.tymoth 6°. Si quis aūt aliter docet ⁊ nō acquiescit sanis sermonibus dñi nostri iesu xpi ꝛc. ¶ Modus perueniēdi ad sanitatē est si vitent errores iudeoꝝ. Unde dicit. Non intendētes ꝛc. In lege eñ erant duplicia documēta fidei. scz quedā circa credenda. Item quedā mandata religionis que erāt seruanda circa cultū dei. Et prima vocat fabulas. Secūda mandata hominū ⁊ nō dei. Exquo videt q cōdemnet vetus testamentū vt dicūt manichei. Sed q dicit fabulis potest referri ad eoꝝ narrationes: preter doctrinā legis que sunt fabulosa vt thalmuth.1ª.tymothei.1. Ne intenderent fabulis ⁊ genealogijs interminatis ꝛc. Uel ipa doctrina que fuit olim veritas: nūc ꝟm q ipi intelligūt sunt fabule. sicut illud Esaie.7. Virgo concipiet ꝛc. fuit veritas: sed nūc quia ipi dicunt adhuc hoc esse implendū est fabulosum. Item mādata hominū possunt intelligi nō que sunt in lege moysi: sed traditiones seniorꝝ. Math.15. Sed nūquid mandatis hominū non est obediendū? Respondeo q sic quādiu nō auertūt a veritate dei. Et ideo subdit. Auersantiū se a veritate. 2ª.tymoth.4. A veritate quidē auditū auertēt ꝛc. Simile habet Math.15. Sine causa colūt me docētes doctrinas ⁊ mādata hominū. Simile dicit Marci.7. Uel dicendū est q mādata que sunt in lege dei sunt facta mādata hominū. Quādo eñ saluant in signū future veritatis sunt mādata dei: sed quia volūt ea saluare post q̄ corpus nostrū mortuū est legi sunt mandata hominū. ¶ Deinde cū dicit. Omnia mūda ꝛc. in speciali ostendit dictorū rationē. scz quomō auertūt se a veritate. ⁊ quomō dicunt fabulas ⁊ mādata hominū qđ est precipue de discretione cibox ꝟm legem quā pseudo quidā docebāt esse seruandā. Et ideo primo ostendit quomō hi cibi habent se ad bonos. Secūdo quomō ad malos ibi. Coinquinatis aūt ꝛc. Dicit ergo. Non intendētes fabulis de cibis qz oīa scz cibaria sunt mūda. Sed infert. Ergo adulterium est mundū mūdis. Respondeo. Dicendū est q nō. quia ex hocipo q adest immūdat. Sed illa sunt mūda mūdis que de se nō immūdant. Math.15. Ea que intrāt in os nō coinquināt hominē. ꝑ omne qđ intrat in os mūdum est. Sed duplex est obiectio. Una qđ Leuitici.11. dicit q quādo aliqđ animal nō ruminat vel nō scindit vngulam est immūdum. Respondeo ꝟm augusti. cōtra faustū aliquid est immūduz: vel ꝟm rei naturā: vel ꝟm significationē. puta: si hoc nomen stultus ꝟm se sumat inquantū est vox quedā sic nō est immūduz sed bonū. Si vero ꝟm significationē: quia significat defectū sapientie sic habet

immūditiaꝫ. Actus autē illius populi erant actus prophetici. Unde porcus scōm q̄ res quedā non est immūdus sed scōm q̄ significat hominē voluptatib⁹ se inuoluentē. Sed nūc veritate veniente cessant ꝛ vtunt̄ cibis homines scōm suaꝫ naturā. Alia questio est q̄ Act. 15. mandauerūt apostoli q̄ abstinerēt se a sanguine ꝛ suffocato. ergo videt q̄ non sit licitū hoc cōmedere. nō ergo omnia mūda mūdis. Respondeo: aliqui credūt q̄ illud mandatū intelligāt ad litterā ꝛ q̄ obligat vsq̄ modo vt apud grecos ꝛ etiā aliquādo apud latinos. Aliqui autē dicūt q̄ non intelligit scōm litterā sed scōm mysteriū vt per sanguinē intelligant homicidiū ꝛ a suffocato. id est oppressione pauperū. Et hoc bonū est: sed nō est tota ratio precepti. ꝛ ideo dico q̄ ad litterā est preceptū ꝛ tamē non obligamur. Quedā enim ꝓhibent̄ quia mala sunt ꝛ hec simpliciter sunt vitanda. Aliqua vero que nō sunt mala simpliciter: sed ꝓ tempore et hec sunt seruāda existente causa Et hec apostoli prohibuerūt non quia mala scōm se. quia Math. 15. dicit dñs contrariū. Sed ratio erat: quia cōuersi erant quidā ex iudeis ꝛ quidā ex gentibus. Et ideo oportebat ad hoc q̄ vnus populus ex eis fieret q̄ vni cōdescenderet alius vt iudeis quibus abhominabile erat comedere sanguinē ꝛ suffocatū condescendereꝫ. Et ideo ad seruandā pacem instituerunt apostoli hoc esse seruandū ꝓ tempore illo. ¶ Deinde cū dicit. Coinquinatis ꝛc. ostendit quomō se habent ad malos. Et circa hoc tria facit. quia primo ostendit hoc. Secūdo assignat cāꝫ ibi. Sed inq̄nate ꝛc. Tertio manifestat per signū ibi. Confitent̄ ꝛc. Dicit ergo. Libi isti mūdi sunt mūdis: sed immūdi coinq̄natis. id est his qui habēt cōscientiā coinquinatā. Eccl. 13. Qui tetigerit picē inquinabit ab ea ꝛc. ¶ Cum infidelibus. id est qui habēt malam fidē. Esaie. 21. Qui incredulus est infideliter agit. Sed nūquid facit peccator ꝛ infidelis immūdaꝫ elemosynā? Dicendū est q̄ aplūs non ponit affirmatiuā sed negatiuā. Unde nō dicit oīa: sed nihil mundū eis quod verum est: quia nihil eis perfecte mundū est: quia nihil est mundū in actibus nisi in finē debituꝫ ordinatū sit. isti aūt sunt extra finē. Sed nūquid aliquid est eis mundū? Sic. Sed cōtra: quia omne q̄d nō est ex fide peccatū est. Dicendū est q̄ malū nunq̄ corrūpit totū bonū. Impossibile eī est quin in peccatore quolibet sit aliq̄d bonū. scz nature etiā in demonibus. quādo ergo peccator facit aliquod scōm q̄ est peccator ꝛ infidelis: totū est peccatū ex hac radice. Sed si quid facit ex principio alicuius boni q̄d habet vt fidei informis vel nature: nō est immūdum. Et ideo signāter dicit. Coinquinatis ꝛ infidelib⁹. id est inquantū sunt huiusmō[illegible] medebāt enim cōtra conscientiā ꝛ errabant in fi[illegible]. Et ideo q̄d de natura sua est mūdum: fecerūt sibi immūdum. Cuius causa est: quia causa actuū eoꝝ est immūda. scz volūtas et intellectus que sūt in[illegible]is deprauati. Unde dicit. Sed inquinate sunt eorū mens. scz per infidelitatē. et cōscientia. scz per peccatū. Baruch. 3. Quid est israel q̄ in terra inimicoꝝ es: inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cū mortuis? ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Confitent̄ ꝛc. ostendit fidē per signū Si eī aliquis dicat q̄ eoꝝ dicta sunt vera: immo q̄ habēt fidem vnius dei ꝛ cōfitent̄ eum: hoc excludit. Et prio ostendit bonū q̄d erat in eis. scz q̄ cōfitent̄ ꝛc. scz labijs exterioribus. Esa. 29. Populus hic labijs me honorat cor autē eoꝝ longe est a me. Jereū. 12. Prope es tu ori eoꝝ ꝛ longe a renibus eoꝝ. Secūdo ostendit defectū interiorē. ꝛ primo quantū ad ꝑsentia. Secūdo quantū ad futura. ibi. Incredibiles ꝛc. Quo ad presentia: quia negant eū factis. Qui eī peccat inquantū est de se negat eū factis quia qui confitet̄ deū. confitet̄ ꝛ eius potestatē scz q̄ est ei obediendū. Et ideo si nō obedit peccādo negat factis q̄d confitet̄ ore. Sed dicis q̄dq̄ negat deū est infidelis. Peccatores negant deū factis ergo ꝛc. Respondeo sicut habens scientiā in vniuersali potest errare in particulari. ita habēs fidem in vniuersali. In particulari tamē agibili corrumpit̄ ꝓpter corruptionē affectus 1ᵉ. Tymoth. 5°. Fidem negauit ꝛ est infideli deterior. Quomō autē ad futura deficiūt? Certe quia nō solū negant: sed sunt indispositi ad redeundū ad deū. Sunt eī tria ꝓpter que homo redit ad deū scz dei gratia. Ro. 5. Justificati gratia ipius ꝛc. Secundū est fides. Actu. 15. Purificās fide corda eoꝝ ꝛc. Tertiū exercitiū boni operis. Ro. 2. Factores legis iustificabunt̄. Hec tria excludit ab ipis primo gratiā ibi. Quia abhominabiles. id est nō accepti per gratiā. Secūdo fidem cū dicit. Incredibiles. id est non apti ad credendū. Ezech. 2°. Incredulī ꝛ subuersores sunt tecū. Tertio tertiū: quia ad oīne opus bonū reprobi. id est reprobādi. Jere. 6°. Argentū reprobum vocate eos.

Capitulum secundū.

Tu autem loquere que decent sanam doctrinam. Senes vt sobrij sint. pudici. prudentes. sani in fide. in dilectiōe. in patientia An⁹ similiter in habitu sancto: nō criminatrices non multo vino seruientes: bene docentes vt prudentiam doceant. Adolescētulas vt viros suos amēt. filios suos diligāt. prudētes. castas. sobrias. domus curam habētes benignas. subditas viris suis: vt non blasphemetur verbum dei. Juuenes similiter hortare vt sobrij sint.

Superius aplūs instruxit tytū quales ministros instituat ad arcendū hereticos: hic docet quid ipe circa eos faciat. Et primo ꝓponit hoc in generali. Secūdo distinguit per partes. ibi. Senes ꝛc. Dicit ergo. Jta dixi q̄ oportet episcopos cōstituere. sed ne credas q̄ tu sis propter hoc alienus a cura imo maior debet esse tibi sollicitudo ad instruendū. Ideo tu autē loquere que decent sanam doctrinā. scz per que fides incorrupta edificat. Supra. 1. Ut sit potēs exhortari in doctrina sana ꝛ eos qui contradicūt arguere ꝛc. ¶ Deinde ostendit idez per partes. Et primo ponit doctrina sana cōtra peruersitatē vite. Secūdo cōtra hereticos ꝛ errores ibi. Stultas autē questiōes ꝛc. Circa primū duo facit. Quia primo instruit singulas conditiōes hominū. Secūdo generaliter omnes. tertio capi°. ibi. Admone illos ꝛc. Jterū prima in duas. quia primo ostendit quomō instruat liberos. Secūdo quomō instruat seruos ibi. Seruos ꝛc. Item prio ostendit quomō instruat liberos verbo. Secūdo quomō exemplo ibi. In oībus teipm ꝛc. Circa primū duo facit. quia primo ostendit quomō instruat senes. Secūdo quomodo doceat iuuenes ibi. Adolescētulas ꝛc. Item prima in duas. quia primo ostendit quō instruat senes mares. Secūdo quō anus feminas ibi. Anus ꝛc. ¶ Sciendū est aūt q̄ quedā bona sunt ad que senectus disponit que primo ponit. Secūdo quedā bona quibus senectus cōtrariat. ꝛ hec secūdo ponit ibi. Sani in fide ꝛc. Inter bona vero ad que senectus disponit. Unū est ꝓtemptus delectationū. Aliud est perfectio sapientie ꝛ prudentie. Disponit quidē senectus ad cōtemptū delectationū. Juuenū enim corpora feruēt naturali caloꝛe ex quo cōcitāt̄

Explanatio sancti Thome

iuuentus ad delectatiões corporales que precipue cõsistũt in cibis ⁊ potibus ⁊ venereis. Sed ad vitandũ hec disponit senectus. Senes eñ sunt mortificati. 2. Regũ 19. Nũquid vigent sensus mei ad discernendũ suaue vel amarũ? ⁊c. Et ideo dicit. Ut sobrij sint quantũ ad cibos ⁊ potus ⁊ pudici quantũ ad venerea. Heñ. 18°. Postq̃ consenui ⁊ dñs meus vetulus est voluptati opera dabo Sed si senectus ad hoc disponit quare hoc monet? Respondeo aliquãdo contingit ex magna peruersitate q̃ senex reducit ad puerilia peccata. Esaie. 65. Puer centũ annoꝝ morietur ⁊ peccator centũ annoꝝ maledictus erit. Et duplex est ratio quare hoc ꝓtingit. Aliter eñ ad hoc mouet senex aliter iuuenis. Juuenis enim incitat ad hec ex instinctu passionis. sz senex ex electiõe ꝑpẽ duo. Mullus enim vult esse sine delectatiõibus. ⁊ tanto plus appetit eas quãto maiores molestias sentit. Senex autẽ patitur multa incõmoda ⁊ defectus nature. Et ideo quando nõ habet spirituales delectatiões querit corporales. Secunda ratio est: quia iuuenis quãdoq̃ refrenat̃ per pudorem. senes autẽ scõm philosophũ sunt inuerecũdi: quia sunt antiqui ⁊ multa experti. Juuenes autẽ vani ⁊ vere cũdabiles naturaliter. Et ideo refrenanť sed non senes. ¶ Item senectus disponit ad prudentiã propter experimentũ longi temporis. Job. 12. In antiquis est sapientia ⁊ in multo tempe prudentia. Eccl. 25. Quã speciosa veteranis sapientia ⁊ gloriosus intellectus ⁊ consiliũ. corona senũ multa peritia ⁊c. Contingit tamẽ aliquãdo senem esse fatuũ Eccl. 25. Senem fatuũ ⁊ insensatũ. Et hoc est ex duobus q̃ senex est fatuus. Prudentia eñ acquirit̃ per exercitiũ. quãdo ergo in iuuentute se in bonis nõ occupant sunt in senectute imprudentes. Eccle. 25. Que in iuuẽtute tua non congregasti quomõ inuenies ea in senectute tua. ¶ Item alia ratio est. quia in iuuẽtute quãdoq̃ affluũt voluptatibus ⁊ maxime superfluitate cibor. ⁊ ideo desiccat eor cerebrũ. Prouerb. 20. Luxuriosa res est vinũ ⁊ tumultuosa ebrietas. quicũq̃ his delectatur non erit sapiens ⁊c. ¶ Deinde ponit ea ad que contrariat̃ senectus. ⁊ primũ est fides. secundũ dilectio. tertiũ patiẽtia. Quantũ ad primũ dicit. Sani in fide. qz sine ea impossibile est placere deo. Heb. 11°. Sed q̃ aliqui non sunt sani in fide: maxime in aliquo nouo qõ ponit senibus credendũ contingit ex duobus. Primo qz senes non sunt firmi in aliquo nouo ꝑpter presumptionẽ sapientie. ⁊ ideo nõ credũt alijs. Job. 12°. Et senes sunt in nobis. Item quia naturale vitiũ senũ est q̃ sunt incredibiles: quia sunt experti se sepius esse deceptos. Et ideo loquũtur semper cũ forte vel fere aduerbijs temperatiui modi ⁊ dubitatiui modi. Incredulitas autẽ repugnat fidei. Esa. 21. Qui incredulus est infideliter agit. Quãtum ad secundũ dicit. In dilectiõe. ⁊ hoc ideo: quia plenitudo legis est dilectio. Et monet ad hoc propter duo. Primo quia in senibus parũ est amicitie: quia amor nutrit̃ per conuictũ. Nullus autẽ vult diu cõuiuere cũ tristibus. Senes autẽ sunt tristes. Et ideo nõ est diu cũ eis amicitia. Item quia senes diligũt propter vtilitatẽ tantũ sicut iuuenes propter delectabile. Senex eñ indiget sustentatione. ¶ Quantũ ad tertiũ dicit. In patientia. ⁊ monet ad hoc ꝑpter tria. Primo qz senes multa mala circũueniũt ⁊ ideo indigent patiẽtia contra turbatiões. Alia ratio est. Senes eñ viuũt in memoria multoꝝ vnde semper dicũt antiqua. Juuenes autẽ viuũt in spe magnoꝝ ⁊ ex hoc senes dupliciter ad patientiã mouenť propter bona. scz que habuerũt ⁊ carent eis. Unde boetius Sũma miseria est fuisse felicẽ. Treñ. 1°. Recordata est hierusalẽ dierũ afflictiõis sue prevaricatiõis omniũ desiderabiliũ suoꝝ que habuerat a diebus antiquis ⁊c. Itẽ quia viuũt in memoria cõtingit q̃ aliqui qui mõ eos despiciũt aliquãdo fuerũt peiores: ⁊ ideo turbanť Job. 30. Nunc autẽ derident me iuniores tempore quorũ patres nõ dignabar ponere cũ canibus meis. Tertia ratio est: quia quãto senex approprinquat ad finem vite. tanto magis desiderat viuere Unde videns se deficere magis tristatur. ¶ Deinde cum dicit. Unus ⁊c. docet qualiter vetule instruantur. Et primo docet qualiter instruantur in vita. Secũdo in doctrina. Item primo qualiter in habitu. Secũdo qualiter in victu. Tertio quõ in verbo Quantũ ad primũ dicit. In habitu sancto id est carente lasciuia ⁊ pompa. Et hoc cõuenit omni mulieri. 1ª. petri. 3. Quaꝝ sit nõ extrinsec⁹ capillatura aut circũdatio auri aut indumenti vestimentorũq̃ cultus ⁊c. 1ª. tymoth. 2. Similiter ⁊ mulieres in habitu ornato cũ verecũdia ⁊ sobrietate ornãtes se non in tortis crinibus. aut auro. aut margaritis. vel veste preciosa ⁊c. Sed specialiter anus hoc seruare debẽt: quia iuuencularũ est propter viros suos modeste se ornare quod itelligit̃ simpliciter de omni motu corporis. Eccl. 19. Amictus corporis ⁊ risus dentiũ ⁊ ingressus homis enũciant de illo. ¶ Quantũ ad secundũ dicit. Non criminatrices. Duo eñ sunt in sene. Unũ quod cõmune est oĩbus senibus. scz q̃ sunt suspiciosi: qz viderũt multa mala que fiũt presumũt de alijs Itẽ in mulieribus spẽaliter sunt zelotipe ⁊ vtrũq̃ ꝓtingit in vetula: qz rõe etatis est suspiciosa. rõe sexus est zelotipa. Eccl. 26. In muliere zelotipa. flagellũ lingue oĩbus cõicans Et ideo dicit. Non criminatrices. ¶ Quãtum ad conuictũ dicit. Non multo vino seruientes. ⁊ de viris dicit. Ut sobrie sint. Et dicit. Nõ multo. quia quãdoq̃ vtunť eo ꝑpter frigiditatẽ earũ. ¶ Quantũ ad doctrinã dicit. Bene docẽtes. Contra. 1ª. cor. 14. Mulieres in ecclesijs taceãt non eñ permittit̃ eis loqui sed subditas esse ⁊c. 1ª. tymoth. 2. Mulier in silentio discat cuz omni subiectiõe. Docere autẽ mulieri non permitto ⁊c. Respondeo. Dicendũ est q̃ doctrina publica que fit in populo interdicit̃ mulieri: sed priuata qua quis familiã docet ei cõcedit̃ Prouerb. 31. Ulisio qua erudiuit eũ mr̃ sua. ⁊ Prouer. 4. Fili ⁊ ego filius fui ꝓris mei tenell⁹ ⁊ vnigenit⁹ coram mr̃e mea ⁊ docebat me atq̃ dicebat ⁊ẽ Et bñ dicit. Ut prudentiã doceant magis ad anus q̃ ad viros quia quãdoq̃ docent fabulas aniles magis q̃ ꝓfi cua ⁊ etiã quia magis ipe conuersanť cum pueris ⁊ cuz familia q̃ viri. ¶ Deinde cũ dicit. Adolescentulas ⁊c. ostendit qualiter instituat iuuenes. Et primo ostendit q̃liter instruat iuuenes femias. Secũdo qualiter matres iuuenes ibi. Juuenes similiter ⁊c. Item prima in tres. quia primo ostendit qualiter se habeãt ad personas cõiũctas. Secũdo ad seipas. Tertio ad subiectos. Quantum ad primũ dicit. Ut viros ⁊c. Uiro eñ debeť amor. Prouerb. 12°. Mulier diligens corona est viro suo ⁊c. Eccl. 25°. In tribus beneplacitũ est spiritui meo ⁊c. Et infra. Uir ⁊ mulier bene sibi cõsentientes. Uel sic vt prudentiã doceant adolescẽtulas ⁊ viros ⁊c. Sed prima expositio est melior. Et filios diligãt hoc est naturale Esa. 49. Nunquid potest mulier obliuisci infantẽ suũ vt nõ misereať filio vteri sui ⁊c. Et nota q̃ dicit vt viros amẽt ⁊ filios diligãt vt sit amor ad viros ⁊ ad filios dilectio. quia ad viros est amor feruẽtior sed ad filios naturalior ¶ Sed quantũ ad seipas tria dicit. Unũ quo ad rationẽ scz prudẽtes. Prouer. 19. Domus ⁊ diuitie danť a parẽtibus a dño autẽ proprie vxor prudens. Et hoc necessariũ est quia iuuẽtus earuz ⁊ sexus contrariat̃ prudentie. Aliud est quantũ ad cõcupiscibilẽ. scz cũ dicit. Castas. Tertiũ vero quantũ ad irascibilem cum dicit. Sobrias. Eccl. 26. Gratia super gratiã mulier sancta ⁊ pudorata

¶Sed quantū ad subiectos. Primo ponit curam eox. Secūdo modū. Tertio rationē assignat. De primo dicit Domus ꝛc. Prouer. 14. Sapiēs mulier edificat domū suā: insipiens vero exstructā quoq; destruet manib⁹. In cura autē sunt duo obseruāda mulieri. sunt enī vt plurimū iracunde. Eccl. 25. Non est ira super irā mulier. Et ideo dicit. Benignas. Quasi dicat. Cum māsuetudine regāt. Aliud est qz qñ mulier potestatē habet nitiē in cōtrariū viro suo Ecc. 25. Mulier si primatū habeat cōtraria est viro suo. Unde dicit Genē. 3⁰. Sub viri potestate eris ꝛ ipse dñabit tui Et hoc ideo vt nō blasphemet verbū dei. i. non detis occasionē blasphemādi ꝛc. Et omnia hec notant Tobie. 10. vbi dicit q raguel ꝛ sara monuerūt filiam suā honorare soceros. diligere maritū. regere familiā. gubernare domū. ꝛ seipam irreprehensibilē exhibere. ¶Consequēter ostendit qualiter doceat mares iuuenes. scz vt sobrij sint qō repetit quia ebrietas est p̄n cipiū vitioz. 1ᵉ. petri. 5. Sobrij estote ꝛc.

Lectio secunda.

IN omnibus teipm prebe exemplū bonoz operum in doctrina. in integritate. in grauitate. Uerbū sanuz irreprehensibile: vt his qui ex aduerso est vereat nihil habens malū dicere de nobis. Seruos dñis suis subditos esse. in oīnibus placentes. nō contradicētes. nō fraudātes. sed in oībus fidem bonā ostendētes: vt doctrinā saluatoris nostri dei ornēt in oībus.

Supra apl's tytum docuit de quibus instruat subditos liberos. Et quia nō tantū verba p̄sunt sed etiā exempla ideo docet vt se exemplū prebeat. Primo generaliter. Secūdo specialiter. ibi. In doctrina ꝛc. Tertio rationē huius assignat. ibi. Ut is qui ex ꝛc. Dicit ergo. Quia etate iuuenis es prebe te in exemplū omnibus bonozum operū. Prelatus enī debet esse quasi forma existēs discipulis. 1ᵉ. coz. 11. Imitatores mei estote sicut ꝛ ego xp̄i. Joh. 13. Exemplū dedi vobis ꝛc. ¶Deinde cū dicit. In domo ꝛc. ponit specialia in quibus debet se prebere exēplū. ꝛ prio ostendit qs debeat esse eius act⁹ scz in doctrina. Unde dicit. In doctrina. Hoc enī est ꝓpriū prelati Jereī. 3. Dabo vobis pastores iuxta coz meū ꝛ pascent vos sciētia ꝛ doctrina. Et qz habet alios epos sub se. vt dicit supra. 1. Episcopos cōstituas ꝛc. Ideo debet alios docendo reis exemplū doctrine prebere. 1ᵉ. tymoth. 4⁰. Attende tibi ꝛ doctrine. Item monet seū quantū ad vitā ꝛ primo declinare a malo. Esaie. 1. Quiescite agere peruerse. Et ideo dicit. In integritate per incozruptionē sicut enī cozpus perdit integritatē per cozruptionē mēbrorū suoz: ita aīa per cozruptionē peccati. In prelato autē est integritas sensus. per prudentiā: affectus per charitatē: cozporis per castitatē. 1ᵉ. thes. vlti. Integer spiritus vester ꝛ anima ꝛ cozpus sine querela in aduentu domini nostri iesu xp̄i seruet. Secūdo q sit grauis quantū ad bona que cū charitate fiūt. Grauе aūt duo habet. vnū qz descendit ꝛ fm hoc vituperat. p̄s. Filij hominū vsq; quo graui corde ꝛc. Aliud est q est stabile ꝛ firmū. Et iō illi dicunt graues qui nō defacili mouent a bono ꝛ hoc cōmendat. p̄s. In populo graui laudabo te. Et ad hoc inducit eū. Prouer. 17. Non decet principē labiū mentiens. ¶Deinde ostendit qualis debet esse eius doctrina ꝛ verbū. Et dicit q debet esse sanū. i. non cozruptum falsitate. 2ᵉ. tymoth. 1. Formā habe sanoz verboz que a me audisti in fide ꝛc. ¶Item quantū ad modū cū dicit Irreprehensibile. i. vt p̄ferat tempore suo ꝛ cū omni deuentia ꝛ p̄uocatiōe ad cozreptionē. Eccl. 20. Ex ore fatui reprobat parabola. Non enī dicet illā in tpe suo. Finis autez doctrine est vt is qui ꝛc. Quasi dicat. Si oēs bene se habeāt. scz prelati ꝛ subditi: aduersarij nō possūt vobis nocere. 1ᵉ. petri. 2⁰. Sic est volūtas dei vt benefaciētes obmutescere faciatis imprudentiū hominū ignorantiā. 1ᵉ. tymoth. 5⁰. Nullā occasionē dare aduersario maledicti gratia. ¶Deinde cū dicit. Seruos ꝛc. docet qualiter instruat seruos. Et primo facit hoc Secūdo eiꝰ rationē assignat ibi. Apparuit ꝛc. Circa primū tria facit Quia primo inducit seruos ad subiectionē. Secūdo determinat modū eius. ibi. In oībus ꝛc. Tertio ostendit necessitatē doctrine huius ibi. Ut doctrinā ꝛc. Dicit ergo. Admone seruos ꝛc. 1ᵉ. petri. 2. Serui subditi estote in oīni timore dñis non tantū bonis ꝛ modestis sed ꝛ discolis ꝛc. Col. 3. Serui obedite per oīa dñis carnalibus nō ad oculū seruientes ꝛc. Idem dicit Ephe. 6. Et quare monet hoc tam frequēter apl's? Respondeo. Non sine causa. Heresis enī incepit apud iudeos q serui dei nō deberent seruire hoībus: ꝛ ex hoc etiā deriuatū est in populo xp̄iano q dixerūt q per xp̄m filij dei facti nō deberēt esse serui hominū. Sed xp̄s per fidem nō venit tollere ordinē iusticie: immo per fidem xp̄i iusticia seruat. Ro. 3. Justicia aūt facit alios alijs subdi. Sed seruitus hmōi est quantū ad corpus. Nā per xp̄m nūc liberamur a seruitute quantū ad animā: sed nō a cozruptiōe cozporis sed in futuro liberabimur etiā a cozruptiōe ꝛ seruitute cozporali. 1ᵉ. coz. 15. Cum tradiderit regnū deo ꝛ patri ꝛc. Sed q dicit in oībus potest referri primo ad hoc q dicit subditos. vt intelligat in oībus. scz ad'que se extendit ius dñatiue potestatis Uel ad hoc qō dicit. Placentes. Debet enī esse subiectio. Primo vt seruiāt sine offensione nō cū murmure ꝛ tarditate. Col. 1. Per oīnia placētes deo. 1ᵉ. coz. 10. Ego per oīa oībus placeo. Cōtra Gal. 1. Si hominibus placerē xp̄i seruus nō essem ꝛc. Respondeo. Placere homini ꝓpter ipm est vituperabile: sed ꝓpter deū est laudabile. Scdo vt sint sine repugnātia. ideo dicit. Non cōtradicentes. Eccl. 4. Non cōtradicas verbo veritatis ꝛc. Tertio sine fraude. Unde dicit. Non fraudātes. vbi vnū remouet ꝛ alterū astruit. Remouet fraudē. Seruis enī cōmittunt bona dominorū. Luce. 19. Tradidit eis bona sua. Astruit in oīnibus bonitatē. Et ideo dicit. Sed in oībus ꝛc. Sed quo fine sunt hec fienda? Non quidē ꝓpter terrenū fauorē sed ꝓpter gloriā dei. Unde dicit. Ut doctrinā ꝛc. Glo. Ornamentū doctoris est honesta vita discipuli sicut sanitas infirmi est laus medici. Doctor curator est animaꝝ. Si ergo nos ostendimus bona opera laudat doctrīa xp̄i Esa. 52. Jugiter tota die nomen meū blasphemat. Math. 5. Ut videant opera vestra bona ꝛc.

Lectio tertia.

APparuit enī gratia dei ꝛ saluatoris nostri oībus hoībus erudiens nos. vt abnegātes impietatē ꝛ secularia desideria. sobrie. ꝛ iuste. ꝛ pie viuamus in hoc seculo: expectātes beatā spem ꝛ aduentū glorie magni dei ꝛ saluatoris nostri iesu xp̄i: qui dedit semetipm pro nobis: vt nos redimeret ab oīni iniquitate: ꝛ mūdaret sibi populū acceptabilē sectatorē bonoz operum. Hec loquere ꝛ exhortare. ꝛ argue cum

Explanatio sancti Thome

omni imperio. Nemo te contemnat.
Supra aplus instruxit tytū qualiter doceret seruos t liberos t cōclusit quasi rationē vt scz doctrina xpi ornare tur: hic assignans plenā rationē dictoz exponit qō dixit per bonā conuersationē. Et primo premittit gratiā t doctrinā xpi. Scdo inducit eū ad gratie predicationē. ibi. Hec loquere ꝛc. Item primo ꝓponit gratie apparitionē Scdo eius institutionē ibi. Erudiēs nos ꝛc. Tertio eiꝰ operationē ibi. Qui dedit ꝛc. Sciendū est aūt q gratia importat misericordiā: qz gratia est de eo qō gratis dat. t qō gratis dat hoc misericorditer dat Misericordia autē semper in deo fuit: tamē olim circa hoīes latebat. ps. Dñe in celo misericordia tua ꝛc. Ante xpm em̄ oēs quā tūcunq; essent iusti erāt sub damnatiōe. sed xpo filio dei carnē assumēte apparuit gratia. 1. tymoth. 3. Et manifeste magnū est pietatis sacramentū qō manifestatū est in carne ꝛc. ps. Qui sedes super cherubin manifestare ꝛc. Sed quāto quis est potētioz tāto eius gratia magis desiderat. Unde gratia dei desiderāda est. Et hoc est q dicit. Gratia dei. Item est ad saluandū. Unde dicit. Et saluatoris nostri. Esaie. 51°. Salus aūt mea in sempiternū erit ꝛc. Nec aūt gratia nō ꝓponit vni solūmodo populo iudeoz sicut olim: sed oībus hoībus. Esa. 40. Videbit oīs caro pariter qō os dñi locutū est. Esa. 52. Et videbūt oēs fines terre salutare dei nostri. 1c. tymoth. 2°. Vult oēs hoīes saluos ficeri ꝛc. Et potest dici q in natiuitate xpi apparuit hec gratia dupliciter. Uno mō t primo. qz per maximā dei gratiā datus est nobis Unde eiꝰ cōceptio cū sit operatio totius trinitatis attribuit tamen spāliter spirituisancto qui est principiū gratiaz. Et hec gratia apparuit oībus hoībus t specialiter homini xpo Joh. 1°. Plenū gratie t veritatis. Ex hac gratia. secūdo est cōsecuta institutio humani generis. qz ante xpm fuit mūdus in ignorātia t heresi. Esa. 9°. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnā. Unde dicit. Erudiens nos. scz sicut homo erudit filiū. ¶ De duobus autē erudiuit nos. qz duo necessaria sunt homini. scz donū opus t recta intentio. Prio ostendit quō xps nos de prio erudiuit. Scdo de scdo ibi. Expectātes ꝛc. Dicit ergo. Ut abnegātes ꝛc. Notandū est ergo q dicit impietatē t secularia desideria. quia oīa peccata vel consistūt in his que sunt directe cōtra deū que dicunt peccata impietatis. Pietas em̄ ꝓprie est fm quā colimus parentes t patriā: sed qz deus est principalis pater noster. ideo pertinet ad cultū dei pietas. Job. 28°. scom aliā litterā vbi nos habemus sic. Ecce timor dñi ipsa est sapiētia. Ecce pietas ipa est sapientia ꝛc. Et ideo peccata cōtra deū dicunt esse impietates. Ro. 1. Reuelat em̄ ira dei de celo super oēm impietatē ꝛc. Et ibi loquit de ydolatria. Vel consistūt in abusu temporaliū t hec sunt secularia desideria. Est aūt seculū spaciū mensurans ꝓdū reruz. Unde per secularia intelligunt res seculares t oīa peccata que in ꝓximū committunt vel in se per eaz abusum. ¶ Deinde cū dicit. Sobrie ꝛc. ostendit quid boni faciam? Et dicit. Sobrie. quantū ad se. iuste ad ꝓximū. pie ad deū. Sobrie ad se quasi mensurate. Bria em̄ mensura est. et hoc est si homo cū mensura ratiōis vtat exterioribus rebus t ꝓprijs passionibus. Unde sobrietas accipit ꝓ q libet mensurato vsu rerū exterioz t extrinsecaz passionū Sap. 8. Sobrietatē em̄ t sapientiā docet t iusticiā t virtutē qbus nihil vtili? est in vita hoībus. Juste ad proximū. ps. Just? dñs t iusticiā dilexit ꝛc. Pie ad deū. 1c. tymoth. 4. Exerce te ad pietatē. ¶ Deinde cum dicit. Expectātes ꝛc. instruit eū de fine qui cōsistit in duobus. scz in gloria aīe in morte. Alius in gloria corporis in aduētu xpi. Joh. 5. Uenit hora in qua oēs qui in monumentia sunt audiēt vocem filij dei ꝛc. Quantū ad primū dicit. Expectantes ꝛc. Contra illos qui ponūt finem hominis in actu virtutū in hac vita. Sed hoc non est verū. qz t si sobrie t pie t iuste viuamus adhuc sumus expectantes Job. 7. t. 14. Sicut mercenarij dies eius. Esa. 30. Beati oēs qui expectāt eū. Et ideo dicit. Expectātes beatā spem quod potest intelligi dupliciter. Uel qz est spes de beatitudine. Uel quia expectatio facit ipos beatos. ¶ Quantū ad secundū dicit. Et aduentū ꝛc. scz per quem resurgēt corpora nostra. Qui em̄ diligit amicū cū desiderio expectat eū. 2c. thymoth. 4. Non solū autem mihi sed t his qui diligūt aduentū eius. Luce. 12. Vos similes hoīb⁹ expectantibus dōminū suum. Et dicit. Aduentū glorie quia primus fuit humilitatis. Phil. 2. Humiliauit semetipm ꝛc. Math. 11. Discite a me qz mitis sum t humilis corde. Et ille erit glorie quia sua diuinitas oībus innotescet. Luce. 21. Et tūc videbunt filiū hominis venientē in nubibus cū potestate magna et maiestate. Et dicit. Magni dei: contra arriū qui dixit filiū non equalē patri. Et bene magnus quia dicit Ro. 9 Qui est super oīa deus benedictus in secula. 1c. Joh. vlt. Ut simus in vero filio eius ꝛc. Item est saluator. 1c. tymoth. 2. Hoc em̄ bonū est t acceptū cora saluatore nostro deo: qui oēs hoīes vult saluos fieri ꝛc. Quia ad hoc venit t hoc importat nomē eius. Math. 1. Ipse em̄ saluū faciet populū suū a peccatis eoz. Et addit xpi. scz qui est vnctus in quo intelligit vnio diuinitatis ad humanitatē. Aliqui em̄ dicunt vniti sed nō ita q habeant essentiā diuinitatis eis vnitam: sed quia participāt eius aliquid. sed xpo est vnita diuinitas. ps. Unxit te deus deus tuus ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Qui dedit ꝛc. ostendit operatio gratie. Et primo ostendit beneficiū gratie passionis eius. Secūdo passionis fructū ibi. Ut nos redimeret ꝛc. Dicit ergo dico q est noster saluator. t quo modo? quia dedit se ꝛc. Ephe. 5. Ambulate in dilectione sicut t xps dilexit nos t tradidit semetipm ꝓ nobis oblationē t hostiaz deo ꝛc. Fructus eius dicit liberatio t sanctificatio. Liberatio cū dicit. Ut nos redimeret ab oīni iniquitate. Jo. 8. Qui facit peccatū seruus est peccati Primus em̄ hō ex peccato suo redactus est in seruitutez petī ex qua seruitute inclinabat ad aliud peccatū: sed xpus satisfecit per suā passionē. Et ideo sumus redēpti a seruitute. Esa. 43. Noli timere. quia redemi te ꝛc. Et non solū ab originali sed ab oīnibus que quis sua voluntate superaddidit. ¶ Sanctificatio in bono ponit cū dicit. Ut mūdaret ꝛc. id est vt sanctificaret populū sic. s. vt essemus populus eius. id est ei ꝓsecratus. Qui aliqn̄ non populus eius. nūc aūt populus eius ꝛc. Osee. 1. t Ro. 9°. Acceptabilē. scz deo per rectā fidem t intentionē. Prouerb. 14. Acceptus est regi minister intelligēs Uel acceptabilē. id est peculiarē. Deutro. 7. Te elegit dñs deus tuus vt sis ei popul? peculiaris ꝛc. Sed oportet etiā q extra sint opera bona. Unde dicit. Sectatorē bonoz operū. Rom. 13. Bonū fac t habebis laudez ex illa. Galath. 6°. Bonū autem faciētes non deficiamus. ¶ Deinde cum dicit. Hec loquere ꝛc. inducit eū ad predicationē gratie. Et circa hoc duo facit. Quia prio hortat eum ad predicandū. Secūdo instruit predicandi modum ibi. Cū omni ꝛc. Dicit ergo. Loquere spectātia ad credēda exhortare ad agēda. 1c. thes. 2°. Exhortatio nostra non de erroze: neq; de immūditia: neq; in dolo ꝛc. ¶ Argue male agentes. 1c. tymoth. 5°. Peccantes coram oīnibus argue ꝛc. Et hoc cum omni imperio. id est cuz auctozitate: quia loquit vt instrumentū vel minister dei. Et ideo cū fiducia diuine auctozitatis. Est tamen loquendū in exhortando quādoq; cuz prece considerando

Infirmitatē ꝓpriam. puer. 18. Cum obsecrationibus loquit̄ pauper. Quādoq; cum imperio considerādo auctoritatem cōmissam. 2. Corin. vltimo. An experimentum queritis eius qui in me loquit̄ christus. Vel cum mansuetudine ad bonos. cū austeritate ad obstinatos. habet autē moneri vt cum imperio arguat: quia naturaliter fuit mitis. 1. Ti. 4. Nemo adolescentiaz tuam contēnat.

Capitulum tertiū.

Admone illos principibus et potestatib⁹ subditos esse. dicto obedire. ad omne opus bonuz paratos esse: Neminez blasphemare: non litigiosos esse: sed modestos: omnē ostēdentes mansuetudinem ad oēs homines Eramus eī aliquando et nos insipientes et increduli: errantes: seruientes desiderijs et voluptatibus varijs: in malicia et inuidia agentes odibiles: odientes inuicem. Cum autem benignitas et humanitas apparuit saluatoris nostri dei: non ex operibus iusticie que fecimus nos: sed ſm̄ misericordiaz suā saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spūſſancti: quem effudit in nos abunde ꝑ iesum christum saluatorez nostrum. vt iustificati gratia ipſius heredes simus ſm̄ spem vite eterne. Fidelis sermo est. Et de his volo te cōfirmare vt curēt bonis operib⁹ preesse q̄ credunt deo. Hec sunt bona et vtilia hominibus.

Supra apostol⁹ posuit particulares admonitiones ꝑtinentes ad singulos status: hic ponit generales ad oēs Et ꝓmo ponit ipsas. Secundo rationem ipsaꝝ ibi. Eram⁹ ꝛc. Tertio inducit titū ad vtroz̄q; predicationē ibi. Et de his volo te. ꝛc. Circa primū duo facit. quia ꝓmo monet oēs qualiter se habeant ad superiores. Secundo quomō ad equales ibi. Neminem blasphemare. ꝛc. Item ꝓma in duas. qz ꝓmo ostēdit q; superiorib⁹ debēt subditi reuerentiā subiectionis. Secundo obedientiaz iussiōis ibi. Dico obedire ꝛc. Dicit ergo. dixi de quo moneas predictos: sed admone illos id est oēs. ꝓncipib⁹ id est maiorib⁹ scz regib⁹ et huiusmodi. et prātibus: idest alijs officialib⁹ ꝛc. 1. ꝑe. 2. Subiecti estote oī humane creature ppt̄ deū siue regi tanq̄ ꝓcellēti: siue ducib⁹ tāq̄ ab eo missis ꝛc. Ro. 13. Oīs aīa potestatib⁹ sublimioribus subdita sit. Et hec monitio necessaria est ꝓmo ad tollendū errorē circa iudeos q̄ dicūt non esse obediendū mandatis hoīm. Secūdo vt nullā inquietudinē faceret in eccl̄ia. Tertio tenent̄ ad obedientiā iussionis. Heb. vltimo. Obedite prepositis vestris et subiacete eis ꝛc. Et dicit. Dicto id est ad soluz verbum presidis. 1. Reg. 15. Melior est eī obedientia q̄ victime ꝛc. 2. thessal. 3. Si quis non obedierit verbo nr̄o ꝑ epl̄am hunc notate ꝛc. Non solū aūt est necessaria ꝑmptitudo: sz discretio. Añ dicit. ad oīe opus bonū: alioquin nō esset obediendum. Tūc eī magis deo obediendū est q̄ maior est. Act. 4. Si iustū est in conspectu dei vos potius audire q̄ deum iudicate. Unde milites nō tenent̄ obedire in bello iniusto. Deinde cū dicit. Neminē ꝛc. ostendit̄ qualiter se habeant equales. Et ꝓmo q̄ ad vitationē mali. Secūdo quo ad operationez boni ibi. Sed modestos ꝛc. Monet autē eos specialiter de verbis: quia in primitiua ecclesia pauci peccabant factis. Verbis autē aliquis peccat primo contra personam eius si ei improperia inferat. Unde dicit. Neminē blasphemare. Sed contra. quia blasphemia est relatio criminis in deum. Non ergo est blasphemia in primū. Respondeo in quantū dilectio primi refertur in dilectionem dei. et honor proximi in honorē dei sic et eius improperiū est in deum. Sumit̄ ergo hic blasphemare ꝑ qualibet maledictione occulta vel manifesta 2. ꝑe. 2. Sectas non metuūt introducere: blasphemātes. Secūdo quis peccat contra res exteriores. Et ideo dicit. Non litigiosos esse. Ubi est sciendum q; tria sunt genera hominum. Quidā eorum sunt virtuosi et duo vitiosi. Quidaz eī oīnibus verbis auditis in nullo cōtristantur. et hi sunt adulatores. Et quidam omni verbo resistūt. et hi litigiosi sunt. Contra hos loquit̄ hic. Ideo dicitur. 2. Ti. 2. Seruum autē dñi nō oportet litigare: sz mansuetum esse ad oēs ꝛc. Prouer. 20. Honor est homini qui se separat a contentionibus ꝛc. Sed mediū tenens vt quādoq; delectet̄ verbis: quādoq; contristetur ē virtuosus. 2. Corin. 2. Si contristaui vos in epistola non me penitet ꝛc. Deinde cum dicit. Sed modestos ꝛc. ostendit quomō se habeant in operatione boni et primo in exteriorib⁹ actibus dicēs. Sed modestos ꝛc. Est autez modestia virtus ꝑ quam aliquis in omnibus exterioribus modum tenet vt non offendat cuiusq; aspectuz. Phil. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominib⁹. ꝛc. puer. 22. Finis modestie timor domini diuitie gloria et vita ꝛc. Quanto autem quis est impetuosior in interioribus affectibus: tanto refrenatur difficilius etiam in exterioribus. Talis autē est inter omnes affectus ire. Et ideo contra hoc ponit mansuetudinē que moderatur passiones ire. Unde dicit. Omnem mansuetudinē ostēdentes ad oēs homines Matth. 11. Discite a me quia mitis sum et humilis corde ꝛc. Jac. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbuz quod potest saluare animas vestras. Deinde cū dicit. Eramus eī et nos ꝛc. assignat rationem predictorum et maxime huius vltimi scz q; sint mansueti. Possent eī dicere. quomō erimus mansueti ad infideles? quomō ad malos? Non eī hoc possumus. Respondet. considera te qualis fueris. Et ideo contra iram optimū remedium est recogitatio fragilitatis ꝓprie Et ideo ꝓmo ponit statum eorum preteritum. Secundo ostendit vnde venerunt ad statum ꝓfectionis ibi. Cum autem benignitas ꝛc. Item primo ponit defectus pertinentes ad intellectum. Secundo ad affectum ibi. Seruientes ꝛc. Intellectus autē potest dupliciter deficere. Vel quia deficit a vera cognitione sicut per ignorantiā negationis. Vel quia incidit in opinionē falsi. Verū aūt in rebus diuinis dupliciter aliqui percipiunt. Quidaz eī solum per fidem. quidam preguſtando ꝑ lumen sapientie ꝑ apertam aliquam cognitionem. Unde q̄tum ad secundū dicit. Eramus insipientes id est ꝓuati ista sapientia Luc. 21. Dabo vobis os et sapientiam ꝛc. Quantum ad primum dicit. Increduli id est infideles Ezech. 2. Increduli et subuersores sunt tecū ꝛc. Sed et eramus incidentes in ꝓtrariā opinionē. Añ dicit. Errātes id est falsum ꝑ vero tenētes. Esa. 19. Errare fecerūt egyptū in oīni ope suo ꝛc. Deinde ponit ea q̄ ꝓtinēt ad corruptionē affect⁹. et ꝓmo q̄tū ad se. Scdo q̄tū ad alios ibi. In malicia ꝛc. Affect⁹ aūt hoīs tūc ē rect⁹ qñ fuit rōi et vtilicitis delectationib⁹ ſm̄ rationez. Quando q̄ nō sequit̄ rōez sz sua desideria tūc corrumpit̄. Unde dicit. Seruientes desiderijs et voluptatibus varijs. Voluptates respiciūt pctā delectationū carnaliū vt sunt luxuria et gula

Desideria vero quelibet alia vitia vt sunt ambitio ⁊ auaritia ⁊ huiusmodi. Ecc. 18. Post cōcupias tuas nō eas ⁊ a voluptate tua auertere ⁊c. Ro. 6. Non regnet pecca tū in vestro mortali corpore vt obediatis cōcupiscenijs eius. 2. Ti. 3. Voluptatum amatores magis q̄ dei ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. In malicia ⁊c. ponit peccata in ordine ad alios. Et p̄mo maliciā q̄ est volūtas nocēdi alteri. Effect⁹ em̄ denoīat a fine. Qui q̄, intendit inferre malū dicit malicios⁹ Jac. 1. Propt̄ qđ abijcientes oēm īmū diciā ⁊ abundantiā malicie ⁊c. Secūdo ponit inuidiā q̄ dolet de p̄rimi bono sicut malicia infert malū: puer. 14 Putredo ossiū inuidia. Tertio ponit odiū. Unde dicit. Odibiles scz vel deo p hoc q̄ faciūt pctm̄ Sap̄. 14. Similiter aūt sunt odio deo impius ⁊ impietas ei⁹. Ro. 1. Detractores deo odibiles ⁊c. Vel proximo qm̄ faciūt illud vnde p̄rim⁹ eos odio habere debeat. Et addit odientes inuicē. Quasi dicat. Et nos etiaz odiebam⁹ alios 1. Jo. 3. Qui odit fratrē suū homicida ē. ¶ Deinde cuz dicit. Cū aūt benignitas ⁊c. oñdit statū salutis nr̄e, cui⁹ ordinē ⁊ pcessum p̄mo describit. Secūdo p̄firmat dictū ibi. Fidelis sermo ⁊c. Circa p̄imū quattuor facit. qz primo oñdit causam salutis. Scōo rōem saluandi ibi. Non ex operib⁹ iusticie ⁊c. Tertio modū ei⁹ ibi. Per lauacrū ⁊c. Quarto finē ibi. Ut iustificati ⁊c. Causa aūt nr̄e salutis est charitas dei. Eph̄. 2. De⁹ aūt q̄ dives est in misericordia ppt̄ nimiā charitatē suā q̄ dilexit nos ⁊c. Hanc charitat⁹ē describit p̄mo q̄tū ad effectū. Scōo q̄tū ad effectū. Interior charitatis affect⁹ designat in benignitate q̄ dicit bona ignei tas. Ignis aūt significat amorem. Can̄. 8. Lampades ei⁹ lāpades ignis atq; flāmar̄. Benignitas q̄ est amor interior pfundens bona ad exteriora. Hec ab eterno fuit in deo: qz amor eius est causa oīm Joel. 2. Benign⁹ ⁊ misericors est ⁊c. Iz hoc qñq; nō appebat Esa. 63. Ubi nūc zel⁹ tu⁹ ⁊ fortitudo tua multitudo viscerū tuor̄ ⁊ miserationū tuar̄ sup̄ me p̄tinuerūt se. ¶ Sz p effectū appuit qđ designat cū dic. Humanitas. qđ duplicit pōt intelligi vel p̄m qđ significat hūanā naturā. q. dicat. Appuit benignitas ⁊ humanitas qñ de⁹ ex benignitate ē hō factus Phil. 2. Habitu inuent⁹ vt hō. ps. Benedices corone ānī benignitatis tue ⁊c. Vel p̄m qđ designat virtutē que consistit in exteriori subuentione in defectib⁹ alior̄. Uñ humanū esse ē cōdescendere Act̄. vlt. Barbari aūt p̄stabāt nō modicā humanitatē nobis. Sic deus condescendit nr̄is defectib⁹. ps. Ipse cognouit figmentū nr̄m. Et hoc saluatoris: qz vt dicit. ps. Sal⁹ aūt iustor̄ a dño ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Non ex operibus ⁊c. ponit rōem saluandi. Et p̄mo excludit ratio p̄sumpta. Secūdo ostendit ratio vera. Ratio p̄sumpta est q̄ ppt̄ merita nostra simus saluati qđ excludit cū dicit. Non ex operib⁹ ⁊c. Ro. 11. Reliquie p̄m electionē gratie vel salue facte sunt ⁊c. Deut. 9. Nō ppter iusticias tuas ⁊ eq̄tates cordis tui ingredieris vt possideas terrā eorum ⁊c. Sed vera ratio est sola miseratio dei. Unde dicit. Sed p̄m suā ⁊c. Treñ. 3. Misericordie dñi q̄ non sum⁹ consumpti Luc. 1. Et misericordia ei⁹a pgenie in pgenies ⁊c. ¶ Modus salutis adipiscende est p baptismū quem p̄mo pponit. Secūdo effectū eius. Tertio causam. Dicit ergo p lauacruz id ē saluati sum⁹ p ablutionē spūalez Eph̄. 5. Mundans eam lauacro aque in verbo vite ⁊c. Zach. 13. Erit fons patens domui dauid ⁊ habitantib⁹ hierusalē in ablutione pctoris ⁊ menstruate ⁊c. ¶ Quātum ad effect⁹ eius sciendū est q̄ hō indigebat duob⁹ in statu p̄ditionis q̄ consecutus est p xp̄m: scz participatione diuine nature: ⁊ depositione vetustatis. Erat em̄ separatus a deo Esa. 59. Iniq̄tates vr̄e diuiserūt inter vos et deū vr̄m ⁊ pctā vr̄a abscōderūt faciē eius a vobis ne exaudiret ⁊c. Et Baruch. 3. Inueterasti in ēra aliena. Sz p̄mū p̄seq̄mur p xp̄m scz p̄ticipationē nature diuine. 1. Pe. 1. Ut p hoc efficiamur consortes diuine nature ⁊c. Sz noua natura nō acq̄rit̄ nisi p generationē. Sz tamē hec natura ita datur q̄ etiam remanet nostra. ⁊ ita supp̄ additur. Sic em̄ generat̄ participatio in filiuz, dei q̄ nō destruit̄ homo Jo. 3. Oportet vos nasci denuo. Et ideo dicit̄ generatio Jac. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis sue ⁊c. Homo etiam p christū deposuit vetustatē reparatus ad integritatem nature. ⁊ hoc vocat̄ renouatio. Eph̄. 4. Renouamini spū mentis vestre ⁊c. ¶ Sz que est causa huius effectus vt cor abluat. Hec virtus ē a sancta ⁊ indiuidua trinitate Matth̄. vltimo. In nomine patris ⁊ filii ⁊ spūssancti ⁊c. Unde ex christo baptizato pater in voce: filius in carne: spūssanctus in columbe specie apparuerunt. Et ideo dicit. Spūssancti id spūssanct⁹ facit ⁊c p̄s.. Emitte spūm tuū ⁊c. Item ex eo generatio p spūm Gal. 4. Misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantē abba pater ⁊c. Ro. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filior̄ in quo clamamus abba pater. Sed hunc spūm dat deus p̄ quem effudit abunde vt designet copiaz gratie in baptismo vnde fit plena peccatorum remissio. Joheł. 2. Effundā de spiritu meo sup̄ omnē carnem ⁊c. Esa. 44. Effundam spūm meū sup̄ semen tuum ⁊c. Et ppter diuersa dona gratiarum Jac. 1. Qui dat omnibus affluenter ⁊ non improperat ⁊ dabit̄ ei Hoc etiam datur p xp̄m iesum. Jo. 16. Paraclitus quē ego mittam vobis ⁊c. In xp̄o em̄ duas naturas inuenimus: ⁊ ad vtrāq; pertinet q̄ christus det spūmsanctum. Quantū quidem ad diuinā quia est verbū ex quo simul ⁊ a patre p̄cedit amor. Amor autē in nobis procedit ex conceptione cordis cuius conceptio est verbum. q̄tum vero ad humanā quia xp̄s accepit summā plenitudinez eius ita q̄ p eū ad oēs deriuat̄. Jo. 1. Plenū gr̄e ⁊ veritatis. Et paulopost. Et de plenitudine omnes nos accepimus gratiam p gratia. Et capitulo tertio. Non enim ad mensuram dat deus spiritum ⁊c. Et ideo baptismus ⁊ alia sacramenta non habent efficaciam nisi ex virtute humanitatis ⁊ passionis christi. ¶ Deinde cuz dicit. Ut iustificati ⁊c. ponitur finis salutis nostre que est participatio vite eterne. Unde dicit. heredes. Idem autē est iustificati vel quod p̄rius dixerat regenerati. In iustification impij sunt duo termini. scz a quo: q̄ est remissio culpe. ⁊ hec est renouatio. ⁊ ad quem: qui est infusio gratie. ⁊ hoc, ad regenerationinē pertinet. Dicit ergo. Ideo verbum caro factum est vt iustificati id est renouati per gratiam: quia iustificatio non fit sine gratia. Sed nunquid deus posset remittere culpam sine gratie infusione? Uidetur q̄ sic. quia a p̄ncipio poterat constituere hominez esse sine gratia ⁊ culpa. Respondeo dicendū est q̄ aliud est de homīe qui nunq̄ offendit. qz sic potest esse sine gratia ⁊ sine culpa. ⁊ aliud est de homine qui iam peccauit q̄ nō potest esse quin odiat̄ vel diligat̄. ⁊ si a deo diligit̄ oportet q̄ diligat. ⁊ si diligit oportet q̄ p̄tet̄ ei gr̄a. qz sine gratia non diligit. ⁊ q̄ etiam per hoc efficiant̄ heredes. 1. Pe. 1. Hereditatē incorruptibilem ⁊ incontaminatam ⁊ imarcessibilem conseruatā in celis in vobis ⁊c. Et hoc vite eterne. ps. Funes ceciderūt mihi in preclaris ⁊c. Sz quomō heredes p̄m spem: quia iam nobis inest spes huius vite. Ro. 5. Gloriamur in spe ⁊ glorie filiorum dei. ¶ Deinde cum dicit. Fidelis sermo ⁊c. probat dicta de salute nostra ⁊ spe. Quasi dicat. hoc dictuz est fidele Apoc. vltio. Hec verba fidelissima ⁊ vera sunt ¶ Deinde cum dicit. Et de his volo ⁊c. mandat hoc p̄dicari. Et p̄mo ponit p̄ceptū. Secūdo rōem assignat ibi.

in anima ex consideratione spiritualium et terrenorum. ¶Consequenter cum dicit. Compagum quoq; t medullarum ꝛc. declarat illud quod dixerat de operatione dei t quantum ad temporalia. ¶Sciendū est autē q aliqd non potest penetrando pertingere ad aliquid ꝓpter duo Unum est ꝓpter colligationē. Aliud autem est ꝓpter inclusionem. Neutrū istorum potest impedire verbū dei In nobis quidem sunt quedam colligationes scz neruorum t arteriarum. Quedam etiam sunt valde inclusa t occulta sicut medulle que in ossibus includuntur. Omnia autem ista diuino prospectui manifesta sunt et subdita. Et ideo nihil est ei difficile ad penetrandum. Vel per compages potest intelligi coniunctio que ē inter partes anime ad inuicem vt inter animam t spiritus. Quasi dicat. Non solum pertingit ad cognoscendū differentiam t diuisionē anime t spiritus: sed etiam ad cognoscendum quomodo cōiunguntur. Cognōscit enī quomodo sensualitas regit rationē. Medulla autē potest intelligi illud quod latet in rōne t sensualitate. Mat. 10. Timete eum qui potest t animam et corpus mittere in gehēnam ¶Deinde cum dicit. Et discretor cogitationum ꝛc. agit de cognitiōe verbi. Et circa hoc facit duo. Primo enim ostendit q oīa subdunt cognitioni eius. Secundo ostēdit quomodo cognoscit ibi. Omnia autez nuda ꝛc. Ex duobus autem contingit q aliquid nō cognoscatur. scz aut quia est intra aliquid occultatum. Et sic maxime sūt occulta que latent in corde quia ipm ē valde ꝓfundum t inscrutabile. Jere. 17. Prauū ē cor hominis t inscrutabile. Secūdum Xo septuaginta interpretes habet sic. Profundū est cor hominis ꝛc. In corde vero latent cogitationes. Istas aūt cognoscit verbum dei. Esa. ꝑmo. Auferte malū cogitationū vestrarum ab oculis meis. Et ideo quantum ad hoc dicit discretor cogitationuz. Aliō modo nō cognoscitur aliquid qz ē oīno ignotum t inuisibile: t sic ea que sunt in voluntate sunt ignota. In voluntate autē ē ipa intentio finis que de natura sua ē inuisibilis. Quid enī homo facit vel cogitat manifestatur per opus. Sed qua intentione hoc faciat penitus ē incertuz Ista autē nō sunt occulta deo. ps. Scrutans corda t renes id ē cogitationes t intentiones. ¶Sciendū est autē q illud qō dicit penetrans referri potest ad operationez vt dictū est. Et sic differūt penetrans t discretor. Si autem referatur ad cogitationem tunc qō hic dicit. Et discretor: ē expositio illius. Quasi dicat. Tu dicis q ē penetrabilior ꝛc. E. erū est quia est etiā discretor cōpagum t medullarum id ē cogitationum t intentionū. Compages enim dicunt quedam colligationes: t sic cogitatio in qua ē quasi quedam colligatio terminorum pōt dici cōpago vum de vno tendit in aliud. Esa. 58. Dissolue colligationes impietatis. Itē Esa. 5. Ue qui trahitis iniquitates in funiculis vanitatis. Item medulla ē intima latens i ossibus. Job. 21. 2. Medullis ossa illius irrigantur. ¶Deinde cum dicit. Et nō ē vlla creatura ꝛc. ostendit q illud qō ꝑm naturā ē inuisibile nō ē occultum deo Q enī aliquid nō videatur a nobis hoc est qz simplici? t subtilius est oculo nostro siue corporali siue intellectuali: sicut sunt substantie separate quas in vita ista videre nō possum?. Diuino autē intellectu nihil ē simplici? vel subtilius: ergo nulla creatura est inuisibilis in cōspectu eius. Sed nunquid cognoscit in vniuersali tm̄ sicut qdā voluerunt? Nō: sed omnia nuda t aperta sunt oculis ei? Per oculū autē intelligit vis cognitiua. Intelliguntur enī spūalia per sensibilia. Signanter aūt dicit in plurali oculos ꝓpter diuersitatē intellectorum quia nō cognoscit vnum tm̄ sed etiam multitudinem rerū. Dicit etiam nuda t aperta. Dupliciter enī cognoscitur aliqd. Uno modo in superficie. Alio modo ī ꝓfundo sicut homo nudus videt in superficie: nō autem vestitus sed oīa deo manifesta sunt que videntur in superficie. Nihil enī est extra qō impediat cognitionem dei: sicut vestis impedit ne videatur homo. Et iō dicit nuda. Job. 26. Nudus ē infernus coram illo. Dicit etiā aperta quia nihil ē ita occultum in re q dei cognitionē effugiat. ¶Consequenter ostendit perfectionem auctoritatis ipius cum dicit. Ad quem nobis sermo ꝛc. Ista vero auctoritas ē auctoritas iudicandi. Act. 10. Ipe est qui cōstitut? est a deo iudex viuorum ac mortuorum. Ad istū ergo nobis sermo vt scz reddamus rōnem de opibus nostris. 2. Cor. 5. Oēs nos manifestari oportet ante tribunal xpi vt referat vnusq; ꝓpria corpis ꝓut gessit siue bonū siue malū sit. Et iō qz sic ē potēs sic sciēs t sic magn?: festinem? ergo ingredi ꝛc.

Lectio tertia.

Habentes ergo pontificem magnuz qui penetrauit celos iesum filiū dei teneamus spei nostre cōfessionem. Nō enim habemus pontificem qui nō possit cōpati infirmitatib? nostris: tēptatū aūt per omnia ꝓ similitudine absq; peccato: Adeam? ergo cum fiducia ad thronum gre eius: vt misericordiā cōsequamur: et grām inueniam? in auxilio oportuno.

Supra apostolus monuit ad festinandū ingredi in requiem dei: t ad hoc inducendum posuit magnitudinem xpi quantū ad diuinam naturam: hic ostendit idē quantū ad humanā naturam. et circa hoc facit tria. Primo enī ponit eius dignitatem. Scōo oīdit ei? pietatē ibi. Nō enī non habemus pontificem ꝛc. Tertio inducit ad habendam de eo fiduciam ibi. Adeamus ergo ꝛc. Dicit ergo. Ita dictū ē q nobis est sermo ad eum q̄ est vtū? sermo: verus iudex t pontifex. Ergo habentes pontificem ꝛc. ps. Tu es sacerdos in eternum. ꝛc. Nec et tantum pontifex sed etiam magnus Zacharie. 3. Et ostendit mihi dominus iesum sacerdotem magnū stantem coram angelo ꝛc. Hic autē dicitur magnus qz nō est pontifex tm̄ bonorum tpalium sed t futurorum. Infra. 9. Xps assistens pontifex futuroz bonozum ꝛc. Duo autem pertinebant ad magnum pontificem. Unum quo ad offic.ū scz semel in anno cum sanguine intrare in sancta sanctoz: sic habetur infra. 9. t Leuit. 16. Hoc aūt precipue conuenit xpo. Ille enī intrat cum sanguine in sancta figuralia: sz xps per ꝓprium sanguinē intrauit in sancta id ē sacra celestia. et ideo dicit. Qui penetrauit celos. Scōm est q debebat esse ex certa tribu scz de stirpe aaron: sicut dicit Exo. 29. t numeri. 16. t. 17. Hoc autem cōpetit xpo qui est nobilioris originis. Unde dicitur filius dei. Mat. 3. Hic est fili? meus dilect?. ps. Fili? meus es tu ꝛc. Quia ergo habemus hunc pontificem teneamus confessionem id est inhereamus corde: quia vt dicitur Ro. 10. Corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem Hanc autē cōfessionem requirit a nobis xps pontifex maximus. Mat. 8. Qui me confessus fuerit coram hominibus ꝛc. Sed dicit spei nostre: qō dupliciter pōt intelligi Uno modo q confessio ꝓut hic sumitur sit confessio fidei. Fides autem ē principium spei: sicut habet ex glo. Mat. ꝑmo. Abraam autē genuit ysaac id ē fides genuit spem nō quidez ꝗtū ad habitū sz ꝗtū ad ordinez actus. Nullus enī pōt sperare nec oz nisi qō pōt ꝓsequi. Q āt possumus consequi eterna habem? p fidez. Alr ꝓfessioez spei. i. ei? de quo speramus scz videre ꝑmam veritatem.

¶Deinde cum dicit. Non enī habemus ꝛc. ne forte credatur q̄ non possit aliquid agere preter id qđ exigit ei⁹ iusticia. ostendit in ipso etiam esse misericordiam et pietatem. Et ista respiciunt miseriā. ꝛ hoc precipue conuenit christo. Añ dicit. Qui nō possit compati ꝛc. ¶Sciendum est autē q̄ ly posse aliquādo importat non nudā potentiā: sed ꝓmptitudinē ꝛ aptitudinē christi ad iuuandū. ꝛ hoc quia scit p̄ experientiā miseriā nostrā: qui vt deus ab eterno sciuit p̄ simplicem noticiaz. pſ. Misericors est deus timentib⁹ se: quoniā ipse cognouit figmentum nostrum. Unde subdit. Ꝑro similitudine scz nostri temptatum. Est autē triplex temptatio. Una q̄ est a carne quando scz caro concupiscit aduersus spūm vt dicitur Gal. 5. Et ista non est sine peccato. q̄ vt dicit augustin⁹ Non nullum peccacum est cum caro concupiscit aduersus spūm. q̄ hoc est carnem concupiscere. Sed hoc non fuit in christo. ꝛ ideo dicit. Absq̄ peccato id est absq̄ mi nimo motu peccati. 1. Pe. 2. Qui peccatū non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Et ideo dicit agnus dei. Jo. 1. Alia est temptatio ab hoste ꝛ a mundo. ꝛ hoc dupliciter. Vel alliciendo p̄ ꝓspera. vel terrendo p̄ aduersa Et his duob⁹ modis fuit temptatus xp̄s. Fuit enī allectus prosperis. Quicqnid enī ptinet ad prosperitatem huius vite vel pertinet ad concupiscentiam carnis. vel ad concupiscentiā oculoꝝ. vel ad superbiā vite. De primo enī temptauit eum diabolus quando temptauit eum de gula que est mater luxurie. Matth. 4. Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiāt. Item de inani gloria cū dixit. Mitte te deorsum. Item de cōcupiscentia oculoꝝ dicens. Hec oīa tibi dabo ꝛc. Luc. 4. Cōsumata oī temptatione diabolus recessit ab illo vsq̄ ad temp⁹. Itē fuit temptatus p̄ aduersa ꝛ insidias a phariseis: quia volebant eum capere in sermone. Matth. 22. Item p̄ contumelias. Matth. 27. Vah qui destruis templū dei ꝛc. Item p̄ flagella ꝛ tormenta. Excepta ergo temptatione que est cum peccato p̄ oīa similis nobis temptatus est. Dicit autē ꝑm similitudinē quod potest dupliciter exponi. Uno modo q̄ ly ꝑm denotet causam finalem. Quasi dicat. Ideo temptatus est vt daret nobis exemplū vt ꝑm similitudinem eius temptationē sustineremus ꝛ oīa conaremur vincere. 1. Pe. 2. Christus passus est p̄ nobis vobis relinquens exemplū ꝛc. Vel potest denotare ꝓsequentiā. Quasi dicat. Ideo temptatus est vt p̄ oīa tā in temporalibus q̄ in omnib⁹ aliis nisi in solo peccato similis esset nobis. Si enī fuisset sine temptationib⁹ nō fuisset eas expertus: ꝛ sic non compateret. Si vero habuisset peccatuz non potuisset nos iuuare: sed magis indigeret adiutorio. ¶Deinde cum dicit. Adeamus cū fiducia ꝛc. inducit ad habendā fiduciam de ipso. q̄st dicat Exquo sic potest cōpati adeamus cū fiducia. Esa. 12. Ecce deus saluator meus fiducialiter agam ꝛc. Adeamus dico ad thronum. Thronus dicit sedes regis. xp̄s autē rex ē Jere. 23. Regnabit rex ꝛ sapiens erit ꝛc. Dic autez thronus duplicem habet statum. Unū iusticie in futuro p̄s. Sedisti sup thronū qui iudicas iusticiaz. Hoc erit in futuro. pſ. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Est alius thronus gratie scz in presenti quādo est tēpus miserendi. Zach. 4. Exequabit gratiā gratie. Per gratiam aūt christi liberamur ab omni miseria: quia liberamur a peccato quod facit miseros populos. puer. 14. Et ideo dicit. Ut miseri cordiaz consequamur. Item per gratiam christi iuuamur ad bona operanda. Et ideo dicit. Et gratiam inueniamus. Luc. 1. Inueniſti gratiam apud dominū. Et hoc in auxilio oportuno quo adiuuemur ad bene operandū. pſ. Auxilium meum a dño ꝛc. Istud aūt auxiliū ē p̄ graz. 1. Corin. 15. Abūdanti⁹ illis laborauī. non autē ego: sed gratia dei mecum. Hoc autē oportet esse cōgruo tēpore. Ideo dicit. Auxilio oportuno. Omni enī negocio tempus ꝛ oportunitas. Ecc. 8. Hoc est tempus presens qđ est tempus miserēdi.

Capitulum quintū

Omnis nāq̄ pontifex ex hominibus assumptus p̄ hominibus cōstituit in his que sunt ad deum: vt offerat dona ꝛ sacrificia p̄ peccatis. Qui cōdolere possit his qui ignorāt ꝛ errant: quoniaz ꝛ ipse circumdatus est infirmitate: ꝛ ꝓpterea debet quemadmoduz ꝓ populo: ita etiam ꝓ semetipso offerre ꝓ peccatis. Nec quisq̄ sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanq̄ aaron. Sic ꝛ christ⁹ nō semetipsum clarificauit vt pontifex fieret. sed qui locut⁹ est ad eū. Filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Quēadmodum ꝛ in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternū scōm ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis sue preces supplicationesq̄ ad eum qui possit illum saluū facere a morte: cum clamore valido ꝛ lachrymis offerēs exauditus est p̄ sua reuerentia.

Sicut a principio huius ep̄le dictum fuit intentio ap̄li ē ostendere xp̄m excellentiorem esse omnibus his ex quibus lex habet auctoritatē scz angelis quoruz ministerio data fuit. Gal. 3. Ordinata p̄ angelos ꝛc. Ex moyse qui fuit legislator. Jo. 1. Lex p̄ moysen data est. Et sacerdotio ꝛ pontificatu aaron p̄ quē lex administrat. Expedit⁹ ergo de duob⁹ ꝑmis: hic ꝓsequit de tertio scz de eminētia sacerdotij xp̄i ad sacerdotiu ꝛ aaron. Et circa hoc duo facit. Ꝑrimo enī ostendit christū esse pontificē. Secundo ostendit ipsum esse excellentiorē pontifice veteris legis ī septimo capitulo ibi. Hic enī melchisedech ꝛc. Itē in ꝑma ꝑte duo facit. Ꝑrimo ostendit christum esse pontificem. Scō̄ ꝓparat aures auditoꝝ ad ꝓseq̄ntia. ibi. De quo nobis grandis est sermo ꝛc. Adhuc circa ꝑmuz duo facit. Ꝑrimo ostendit que requirant⁹ ad pontificem. Secūdo ostendit illa conuenire xp̄o. ꝛ sic concludit ip̄m ibi esse pontificē. Sic et xp̄s nō semetipsuz ꝛc. Itē in prima ꝑte tria facit. Ꝑrimo describit pontificale officium. Secūdo ostendit pietatē que pontifici necessaria est ibi. Qui condolere possit ꝛc. Tertio ostendit modum pueniendi ad pontificatū ibi. Nec quisq̄ sumit ꝛc. ¶Circa officium quattuor ponit. Ꝑrimo cui conuenit. Secūdo vtilitatē ibi. Ꝓ hominib⁹ ꝛc. Tertio materiā ibi. In his que ad deum ꝛc. Quarto actum ibi. Ut offerat dona ꝛc. Istud autē officium conuenit homini non angelo Et ideo dicit q̄ ita dictuz ē q̄ habem⁹ pontificē magnū ꝛ talis est christus. Nāq̄ ꝓ quia omnis pontifex ex hoīb⁹ assumptus debet etiaz esse de numero hominū. Voluit aūt deus vt homo habeat similē sui ad quez currat. Unde ꝛ ecclesia ordinauit q̄ quando vtilis inuenit aliquis de collegio non eligatur extraneus. Hose. 2. Dabo eis vinitores ex eodem loco. Deut. 17. Eum cōstitues quem dñs deus tuus elegerit de numero fratrū tuoꝝ. Non poteris alterius gentis hoīem regem facere qui nō sit frater tuus. Dicit aūt assumptus. quia debet alios excellere sicut patet de saule. 1. Reg. 10. Et ideo xp̄s. Jo.

T

vltimo. interrogat petrum quem volebat preficere si diligeret ipsum plus alijs. ¶Finis ⁊ vtilitas est: qz p hominibus constituit id est p ipsoz vtilitate. Non em̃ cõstituit ꝓpter gloriaz. non ꝓpter cumulandas diuitias. nec ꝓpter consanguineos ditandos. 2. Corin. 4. Nos autẽ seruos vestros p iesum. et vltimo. Scõm potestatẽ quam deus dedit mihi in edificationẽ et non in destructionem. Si vero aliquis querit quod suuz est nõ est pastor sed mercenarius. ¶Materia dignitatis est quia pontifex ꝓncipat. ⁊ sic dux vel rector in ciuitate: ita iste in his que ad deum supple ordinãt. Exo. 4. Tu eris ei in his que ad deum pertinent ⁊c. 2. Corin. 10. Arma militie nostre non sunt carnalia ⁊c. Sicut ergo illa que pertinent ad dei cultum excedunt temporalia: ita dignitas pontificalis excedit omnes alias dignitates. Non ergo pontifices debent se implicare negocijs secularibus pretermissis his que sunt ad deum. 2. Ti. 2. Nemo militãs deo ⁊c. ¶Actus pontificis est offerre dona id est volũtarie oblata non extorta. Exo. 25. Ab oñi homine qui offert vltroneus accipietis ⁊ sacrificia que sibi offerunt pro satisfactiõe peccatoꝝ ⁊c. Leuit. 4. Pro eis rogabat sacerdos ⁊ p peccatis eiꝰ ⁊ dimittent ei. In quo designat q omne quod offert siue voluntarium ⁊ votiuũ siue pro satisfactione debet offerre ꝛm dispositionẽ prelati. ¶Cõsequenter cum dicit. Qui condolere possit ⁊c. ostendit quid requirat ad vsum: scz pietas. Et circa hoc tria facit. Primo em̃ ostendit q ad vsum pontificis requirit misericordia ⁊ pietas. Scõo oñdit q requirit misericordie motiuũ ibi. Quoniã ⁊ ipse ⁊c. Tertio oñdit misericordie signum ibi. Et ꝓpterea debet ⁊c. Dicit ergo dico q debet esse in his q̃ ad deum. tamẽ debet esse medius inter hominem ⁊ deum Deut. 5. Ego medius ⁊ sequester fui inter dñm ⁊ vos. Sicut ergo p deuotionem orationis debet tangere deum tanq̃ vnum extremũ. sic p misericordiam ⁊ compassionẽ debet tangere alterum extremum scz hominẽ. Et ideo dicit. Qui condolere possit. 2 Corin. 11. Quis infirmat ⁊ ego non infirmor. Econtrario Amos. 6. Nihil patiebant super contritione ioseph: Duplex est autẽ defectus. Quidam em̃ deficit ex ignorantia. Et ideo dicit. Eorũ qui ignorant. Est autẽ ꝓprie ignorare carere scia eoꝝ que q̃s debet scire. Quidã vo ex certa scia. Et q̃tum ad hoc dicit. Et errãt. ¶Motiuũ pietatis ponit cum dicit. Quoniã ⁊ ipse ⁊c. Istud motiuum est infirmitas. Et illi qui presunt aliquãdo infirmãt 2. Corin. 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus ⁊c. Et ratio huius est vt ex se aliorum infirmitatiꝰ cõpatiant. ⁊ ideo dominus pmisit cadere Petrũ. Ecc. 31. Intelligue que sunt proximi tui ex teipso. Et ideo dicit. Quoniã ⁊ ipse circumdat ꝰ ẽ infirmitate scz q̃tũ ad peralitates ⁊ culpam. ps. Miserere mei deus quoniam infirmus sum. Sap. 9. Homo infirmus ⁊ exigui temporis ⁊c. Et nota q dicit. Circumdatus. Carnales em̃ habent infirmitatẽ peccati in interioribus. Pinguedo em̃ ⁊ volũtas in ipsis subdite sunt peccato. Sancti vero habẽt in exterioribus. quia nõ sunt subiecti peccato. tamẽ sunt circumdati fragilitate carnis Ro. 7. Video seruio legi dei. carne aũt legi peccati. Signũ autẽ huiꝰ ẽ qz ⁊ in veteri lege sicut patet Leuit. 9. et. 16. et etiam modo sicut patet in canone misse cum dicit. Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis sperantibus. Statutum est q sacerdos offerat etiam p se: quod nõ fieret nisi esset infirmitas peccatorum quibus est circũdatus nõ oppressus. Si em̃ sit in mortali peccato non debet celebrare. Et ideo dicit q ꝓpterea debet quẽadmodum p populo etiam p se offerre p peccatis. ¶Consequenter ponit modum ꝓueniendi ad pontificatũ cum dicit. Nec quisq̃ ⁊c. Hoc est em̃ contra naturam q aliquid pducat se ad statum altioꝛẽ sua natura sicut aer nõ facit seipsum ignem: sed fit a superioꝛe. Unde disciplina dei non habet q quisq̃ sibi sumat honoꝛẽ fauoꝛe: pecunia: potentia: Amos. 6. In fortitudine em̃ nostra assumpsimus nobis cornua. Ose. 8. Ipsi regnauerunt ⁊ non ex me. Sed debet vocari a deo sicut aaron. Exo. 28. Applica ad te aaron. Et ideo dominus confirmauit sacerdotium eius. sicut patet Numeri. 17. per virgam que floruit. Tales ergo debent assumi q̃ non se ingerunt. Unde antiquitus signo visibili ostẽ debant sicut patet de beato nicolao ⁊ multis alijs. ¶Deinde cũ dicit. Sic ⁊ xps ⁊c. ostendit quomodo christus sit pontifex. Et circa hoc duo facit. Primo em̃ ostendit quo dicta conueniũt xpo. Secundo ex hoc concludit intentum ibi. Appellatus ẽ a deo. ⁊c. Circa pmuz tria facit. Primo em̃ ostendit q xps factus est pontifex non a se sed a deo. Secũdo agit de ipsiꝰ officio ibi. Qui in diebꝰ carnis sue ⁊c. Tertio de ipsius misericordia ibi. Et quidẽ cum esset ⁊c. Circa pmum duo facit. qz pmo ostendit q xps non pmouit se ipsum. Secundo ostendit a quo sit pmotus. ibi. Sed qui locutus est ⁊c. Dicit ergo. xps non semetipsum clarificauit. ⁊c. Circa quod sciendũ est q non dicit non fecit seipsum pontificem: sed dicit non clarificauit ⁊c. Sunt em̃ quidã q̃ se clarificãt vt fiant sicut ypocrite: qui demõstrant in se aliqua vt eligant̃ vel prebendas consequant̃ nullus tamen facit se pontificem. christus vero non solũ non fecit se pontificez: sed nec se clarificauit vt fieret Jo. 8. Ego gloriam meã nõ quero. Et paulo post sequit. Est pater meus qui glorificat me. Et hoc est verum inquantum homo. quia inq̃tum deus habet eandem gloriã cũ patre. ¶Deinde cum dicit. Sed qui locutus est ⁊c. ostẽdit a quo est ꝓmotus. Et pmo ostendit a quo est clarificatus. Secũdo quomõ est pontifex designatus ibi. Et in alio loco ⁊c. Clarificatus autẽ est diuino iudicio. qz scz dominus locutus est ad ipsum in ps. Filius meus es tu ⁊c. Et hoc est expositum supra. Item Matth. 3. Hic est filius meus dilectus ⁊c. Cum ergo ostẽdit eũ ab eterno genitum ostendit gloriam eius. supra. 1. Qui cum sit splendoꝛ glorie ⁊c. Pontificatus etiam accipit a deo ina q̃tuz homo quẽadmodũ in alio loco dicit. scz in ps. Tu es sacerdos in eternũ ⁊c. Unde aũt aplus auctoritate ps. tanq̃ magis famosa ⁊ maioris auctoritatis vtpote magis frequentata. Dicit autẽ sacerdos quia se obtulit deo patri. Eph. 5 Dilexit nos ⁊ tradidit semetipsum p nobis oblationem ⁊ hostiaz deo ⁊c. Et ne credat tale esse sacerdotiũ xpi sicut fuit in veteri lege. distinguit ipsum q̃tuz ad duo. Primo quantũ ad dignitatẽ: qz ineternum. Illud enim fuit temporale. erat em̃ figurale: ⁊ ideo non est perpetuũ: sed transit veniente figurato. Sed sacerdotium xpi est eternum. qz est de veritate que est eterna. Item hostia eius habet virtutem introducendi in vitam eternã. Item durat ineternum. Secundo q̃tum ad [illegible] offerebant animalia. hic aũt panis ⁊ vinũ. Et ideo dicit. Scõm ordinem melchisedech. Illud autẽ infra exponetur. ¶Deinde cum dicit. Qui in diebus ⁊c. ostendit q illud quod ptinet ad officium pontificale conuenit xpo. Et pmo ostendit eius conditionem. Secundo actũ eius ibi. Preces supplicationesq; ⁊c. Tertio efficatiem ibi. Cum clamore valido ⁊c. Conditio eius est q fuit vnꝰ ex hominibus. quia vt dictum est pontifex ex hominibꝰ assumit: Et ideo dicit. Qui in diebus carnis sue ⁊c. Ponitur autem hic caro p tota natura humana. sicut illud Jo. 1. Verbum caro factum est. Sed nunquid modo nõ sunt dies carnis eiꝰ? Et videt q sic p illõ Luc. vl. Spiritus carnem ⁊ ossa non habet sicut me videtis habere. Quare ergo magis dicit tempus ante passionẽ ⁊ resur-

rectionem suam tempus vel dies carnis q̄ nunc. Dicendum est q̄ caro q̄cq̄ sumit̄ p fragilitate carnis. sicut .1. Corin.15. Caro t sanguis regnum dei possidere nō possunt. Christus autē tunc habuit carnem fragilem t corruptibilem. Et ideo dicit. In diebus carnis scz in quib⁹ gerebat carnem similē peccatrici nō peccatricē. ¶ Act⁹ autem eius fuit. qz obtulit preces t supplicationes. hoc est spirituale sacrificium qō xp̄s obtulit. Dicunt̄ aūt preces id est petitiones Jac. vltimo. Multū eñ valet deprecatio iusti assidua. Supplicationes vero dicunt̄ quantū ad humilitatē orantis sicut genuflexiones. Matth. 26. Procidit in faciem suam orans. Ad quē Ad deum patrem qui saluū illum facere posset a morte. Hoc autē poterat facere dupliciter. Uno modo ne moreret. Unde dicitur Matth. 26. Pater si fieri potest tc. Item vt mortuum resuscitaret. ps. Non derelinques in inferno aīam meā. Itē Tu autē domine miserere mei t resuscita me. Ad istud sacrificium spūale ordinat̄ sacerdotiū xp̄i. Uñ respondet ei quod dictum est supra. Ut offerat dona tc. ps. Sacrificiū laudis honorificabit me. Osee. 14. Reddemus vitulos labiorum nostrorum. ¶ Efficatia ostendit̄ ex mō orandi. Duo aūt sunt necessaria oranti. scz feruēs affectio. Item dolor t gemit⁹. De his duobus. ps. Domine ante te omne desiderium meū. q̄tum ad primū. Et gemitus meus a te non est absconditus. q̄tum ad secundum. Christus aūt ista duo habuit. ideo ꝓpter primū dicit. Cum clamore valido id est cum intentione efficacissima Luc. 22. Factus in agonia tc. Et .23. clamans ait Pater tc. Secundū cum dicit. Et lachrymis. Hoc autē nō legit̄ de euangelio: sed ꝓbabile est q̄ sicut ipse lachrymatus est in resuscitatione lazari: ita t in passione sua. Nam ipse multa fecit q̄ non sunt scripta. Non tamen fecit p se: sed p nobis quibus passio sua profuit. Sibi autē profuit in q̄tum p ipsam meruit exaltari. Phil. 2. Propter quod t deus exaltauit illum tc. Et ideo exauditus est p sua reuerentia quam scz sup̄ omnes habebat ad deum. Esa. 11. Et replebit eum spūs timoris domini. Sed contra videt̄ q̄ non fuit exauditus: quia non p se quia non transiuit calix ab ipso qō tñ petebat. Item nec p alijs: quia non fuit indultum iudeis quibus petebat indulgeri. Luc. 23. Pater dimitte illis tc. Dicendum est q̄ xp̄s in omnibus q̄ voluit fieri fuit exauditus. Ipse autē fm appetitum sensualitatis t fm voluntatē in q̄tū est quidam appetitus naturalis refugiebat mortem. Et q̄tum ad hoc orabat vt ostenderet se verū hominē. Sz voluntate consequente rationē deliberatam volebat mori. Unde dicit. Verumtamē non sicut ego volo: sed sicut tu. Itē nolebat q̄ ignosceret omnib⁹: sz illis tm̄ q̄ crediderunt. Et multi postea conuersi sunt.

Lectio secunda

Et quidem cum esset filius dei. didicit ex his que passus est obedientiā t consumatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne: appellatus a deo pontifex: iuxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grandis sermo t interpretabilis ad dicēdū quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis: vt vos doceamini que sint elementa exordij sermonū dei: t facti estis quibus lacte opus sit: non solido cibo. Omnis eñ qui lactis est particeps expers est sermonis iusticie. Paruulus eñ est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui p ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionē boni ac mali.

Supra posuit tria que ptinent ad pontificem. t ostendit duo illorum conuenire christo. scz officium et modū pueniendi ad ipsum: hic ꝓsequit̄ tertium scz pietatem t misericordiaz quā pontifex debet habere. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit illud qō passus est. Secūdo quas utilitas consecuta est etiam alijs ibi. Et consumatus factus est tc. Dicit ergo. Ita dixi q̄ pontifex debet esse talis q̄ possit compati. Talis autē est xp̄s. Cū eñ sit filius dei ab eterno t scōm hoc nec pati posset nec ōpati: assumpsit naturā in qua posset pati. t sic etiā posset compati. Et hoc est quod dicit. Quia cū esset filius dei scz ab eterno didicit obediētiā ex tēpore. Cōtra addiscere est ignorantis. xp̄s autē ab eterno vt deus: t ab instanti cōceptionis sue habuit plenitudinem scientie inquantū homo. ergo nihil ignorauit nec ꝓ cōsequens didicit. Respondeo dicendū est q̄ duplex est scientia. s. simplicis noticie Et q̄tum ad istam ꝓcedit argumentū: qz scz nihil ignorauit. Est etiam scientia experientie. t fm istam didicit obedientiam. Unde dicit didicit. id est expertus est. Et loquit̄ aplūs sic. quia qui didicit aliquid voluntarie accedit ad istud sciendum. christus autē voluntarie accepit infirmitatem nostram. Et ideo dicit q̄ didicit obedientiam id est q̄ graue sit obedire. quia ipse obediuit in q̄ssimis t difficilimis. qz vsq̄ ad mortē crucis. Phil. 2 et Ro. 5. Per obedientiam vnius iusti constituti sunt multi. ¶ Deinde cum dicit. Et consumatus tc. ostendit fructum passionis qui fuit duplex. Unus in christo. alius in membris eius. In christo fructus fuit glorificatio. Et ideo dicit. Et consumatus tc. Nam ab instanti conceptionis sue fuit consumatus perfectus quantum ad beatitudinem aīe inquantū ferebat in deū. sed tamē habuit passibilitatem nature. Sed post passionem habuit impassibilitatem. Et ideo quia fm hoc ex toto perfectus ē conuenit sibi alios perficere. Hoc est eñ natura ꝓfecti q̄ possit sibi simile generare. t ideo dicit q̄ perfectus est. Quia eñ ꝓ meritū obedientie quenit ad istam consumationē. puer. 21. Vir obediens loquet victorias. Factus est causa salutis nō tēporalis sz eterne Esa. 45. Saluatus est isrl in dño salute eterna. Et iō dicit q̄ appellat⁹ est tc. t hoc est supra expositū. ¶ Deinde cum dicit. De quo nobis grandis est sermo tc. preparat animos auditorum ad sequentia que dicenda sunt de pontificatu xp̄i Et circa hoc duo facit. Primo eñ ostendit eorū tarditatem. Secūdo suam intentionem cum dicit. 6. ca. Quapter intermittentes tc. Iterum p̄ma in duas. qz p̄mo ostendit tarditatem. Secūdo ostendit ipsam esse culpabilem ibi. Etenim cum deberetis tc. Item circa primaz partem duo facit. Primo ostendit dicendoz magnitudinem. Secundo ipsorum tarditatem ad ea capienda ibi. Quoniam imbecilles tc. Dicit ergo. Ita dixi q̄ appellatus est pontifex de quo .z pontificatu grandis nobis fmo ē qz de magnis. puer. 8. De reb⁹ magnis locutura sum. Item grandis q̄ de vtili. scz de salute animaz .1. Ti. 1. Fidelis sermo t omni acceptione dignus. qz xp̄s iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. tc. Iste sermo est interpretabilis. quod potest dupliciter exponi. Uel q̄ fiat ibi vis negationis interpretabilis id est non exponibilis. qz non potest ad perfectum exprimi

Explanatio sancti Thome

Que eñ ad xp̃m pertinent nullus sermo exprimere põt Ecc̃. 43. Glorificãtes dñm q̃tumcũq; potueritis superalebit adhuc ꝛ admirabilis magnificentia eius benedicentes dominũ. exaltate illum q̃tum potestis maior est omni laude. Alio modo affirmatiue interpretabilis id ẽ indigens interpretatione ꝓpter altitudinẽ ꝛ magnitudinem ꝛ ꝓfunditatẽ eius. puer. 1. Animaduertet parabolam ꝛ interp̃tationẽ ꝛc. Interpretatio eñ scripture numeratur inter dona spũssancti. 1. Cozin. 12. Indiget etiã vt dicat interpretatio eius ꝓpter tarditatem nostram. Et ideo subdit ipsoꝝ tarditatem cum dicit. Quoniam imbecilles ꝛc. Illi qui sunt debilis intellectus non possunt alta intelligere nisi eis exponant p̃ singula. Jo. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. 1. Cozin. 3. Non potui vobis loqui quasi spũalibus ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Eteñ cum deberetis ꝛc. ostendit istam tarditatem esse culpabilem. Et circa hoc tria facit. ℙrimo eñ ostendit culpam tarditatis. Secũdo adhibet similitudinẽ ibi. Et facti estis ꝛc. Tertio exponit ibi. Omnis eñ qui lactis est particeps ꝛc. culpa enim alicuius est qñ diu audiuit si adhuc sit tardus. secꝰ autẽ est si sit nouꝰ. Negligentia eñ non ẽ sine culpa. Jõ dicit. Cum deberetis esse magistri scz alioꝝ ꝓpter tempus quo scz audierant legem ꝛ ꝓphetas Jo. 5. Scrutamini scripturas ꝛc. Item ipsum christum. Itẽ apl̃os et multos ab ipsis conuersos. Jo. 14. Tanto tempore vobiscum sum ꝛ non cognouistis me. ¶ Rursum indigetis Quasi dicat. Magis deberetis docere q̃ doceri tamen indigetis doceri que sunt elementa. Elementa eñ dicũtur illa que p̃mo traduñ in grãmatica qñ ponuñ ad literas. Ista vero sunt ipse lr̃e. Exordia ergo sermonũ dei et p̃ma p̃ncipia ꝛ elementa sunt articuli fidei ꝛ precepta decalogi. Qui ergo diu studuisset ī theologia ꝛ illa nesciret: tempus curreret contra ipsum. Jdeo dicit. Indigetis vt doceamini que sunt elementa exordii sermonuꝫ dei id est p̃ma p̃ncipia. 2. Ti. 3. Semp discentes ꝛ nũq; ad scientiam veritatis puenientes. Esa. 65. ℙuer centum annoꝝ morietꝝ. peccatoꝛ centum annoꝝ maledictus erit. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Et facti estis ꝛc. ponit ad hoc similitudinẽ. Sciendum est ergo q̃ doctrina sacra est sicut cibus anime Ecc̃. 15. Cibauit illũ pane vite ꝛ intellectus. Et. 24. Qui edunt me adhuc esurient. et qui bibunt me adhuc sitient. Sacra ergo doctrina est cibus ꝛ potus quia animã potat ꝛ satiat. Alie eñ scientie tantũ illuminãt intellectuꝫ: hec autẽ illuminat. ps̃. ℙreceptũ domini lucidum illuminãs oculos Et etiaꝫ nutrit et roborat animã. In cibo autẽ corꝑali est differentia. Alio eñ cibo vtunt̃ pueri. ꝛ alio perfecti. ℙueri eñ vtunt̃ lacte quasi magis tenui ꝛ cõnaturali ꝛ defacili conuertibili. sed adulti vtunt̃ cibo solidiori. Sic in sacra scriptura illi qui de nouo incipiũt debẽt audire leuia que sunt q̃si lac: sed eruditi debent audire fortiora. Et ideo dicit. Facti estis quibus lacte ꝛc. scz sicut pueris. 1. ℙe. 2. Sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite ꝛc. 1. Cozin. 3. Tanq̃ parualis in xp̃o lac vobis potum dedi non escaꝫ. ¶ Deinde cum dicit: Omnis eñ qui lactis ꝛc. exponit similitudinẽ. Et p̃mo exponit illũ quod dixit de lacte. Secundo illud quod dixit de solido cibo. ibi. ℙerfectorum autẽ ꝛc. Circa primũ duo facit. ℙrimo enim ponit expositionem. Secunddo expositionis rationem ibi. ℙaruulus eñ est ꝛc. Dicit ergo. Jta dico q̃ indigetis lacte sicut pueri. Omnis eñ qui lactis est particeps expers est sermonis iusticie: id est omnis q̃ indiget nutriri lacte expers est id ẽ nõ potest habere partem in sermonibꝰ iusticie pfecte intelligendis. Matth̃. 5. Nisi abũdauerit iusticia vestra plusq̃ scribaꝝ. puer. 15. In abundanti iusticia virtus maxima est. Huiusmodi autẽ non sunt ptices pueri. Esa. 28. Quez docebit scientiam: aut quẽ intelligere faciet audituꝫ? ablactatos a lacte auulsos ab vberibus. Sed contra qz apl̃us superius multa valde difficilia tradidit eis scz de mysterio trinitatis ꝛ de sacramento incarnationis ꝛ multa alia ardua. Ergo vel nõ erãt puuli: vel talia tradẽda sunt puulis. Rñdeo dicendũ est ꝑm aug. q̃ nõ ẽ itelligẽdũ q̃ in doctrina fidei alia sũt tradẽda maioꝛibꝰ ꝛ pfectis. ꝛ alia imperfectis. Non eñ est inter eos ista differentia. Eadẽ eñ vtrisq; sunt tradenda. sed paruulis ꝓponenda sunt sed non exponenda nec ptractanda. qz intellectus eoruꝫ magis deficeret q̃ eleuaret. Lac ꝑm glo. est sicut verbũ caro factum est. Contra nõ minoꝛis difficultatis est hoc intelligere q̃ quõ verbũ erat apũ deũ. Unde augustinꝰ dicit q̃ istud inuenit in libꝛis platonis. non tamen illud. Ipse aũt augustinus non poterat suspicari quid sacramẽti haberet verbum caro factum est. Respondeo dicendũ est q̃ cognoscere verbum caro factum est: p̃ simplicẽ fidẽ est satis facile. qz potest cadere in imaginatione ꝛ aliq̃liter in sensu. sed verbum apud deum oĩno excedit omnez sensum. ꝛ non nisi p̃ rationẽ potest ꝛ cum multa ꝛ maxima difficultate comprehendi. ¶ Consequenter assignat rationem cum dicit ℙaruulus eñ est: non quidez etate sed sensu. Tripliciter autẽ aliq̃s dicit parualus. Est eñ aliquis paruulus p̃ humilitatem. Matth̃. 11. Reuelasti ea paruulis. Etate. Hal̃. 4. Quãto tempore heres paruulus est ꝛc. Sẽsu. 1. Cozin. 14. Nolite pueri effici sensibus. sed malicia paruuli estote: sensibus autẽ pfecti sitis. Et isto modo accipit hic paruulus. ¶ Deinde cum dicit. ℙerfectoꝝ autẽ ꝛc. exponit illud qõ dixerat de cibo solido. Hoc eñ patet in corꝑalibꝰ q̃ qñ hõ puenit ad etatem pfectam: vtitur fortiori ꝛ nobiliori ꝛ solidiori cibo. Sic spũalis qñ puenit ad pfectionem spũalem debet ei proponi doctrina solidioꝛ. Jsta autẽ perfectio duplex est. Una est perfectio ꝑm intellectum qñ aliq̃s habꝫ iudicium intellectus ad recte discernendum et iudicandum de his que sibi ꝓponuñ. Alia est perfectio ꝑm affectuꝫ quã facit charitas que est cum aliquis totaliter deo inheret. Unde Matth̃. 5. post precepta charitatis dicitur Estote ergo perfecti ꝛc. Est autẽ perfectio charitatis vt dicit augustinus vbi nulla est cupiditas. Quanto eñ quis magis ascendit in deũ: tãto plus contemnit tẽporalia. ps̃. Quid eñ mihi est in celo ꝛc. Hoc eñ habꝫ sacre scripture doctrina q̃ in ipsa non tñ traduñ speculanda sicut in geometria: sed etiaꝫ approbãda p̃ affectũ. Unde Matth̃. 5. Qui autẽ fecerit et docuerit ꝛc. In aliis ergo scientijs sufficit q̃ homo sit pfectus ꝑm intellectuꝫ. In istis vero requirit q̃ sit pfectus ꝑm intellectũ ꝛ affectum. Loquendũ est igit alta mysteria pfectis. 1. Cozin. 2. Sapientiã loq̃mur inter pfectos. Unusquisq; eñ ꝑm q̃ est dispositus sic iudicat: sicut iratus aliter iudicat durante passione. ꝛ aliter ipsa cessante. Et similit incontinens aliter iudicat aliquid esse bonum tempore passionis. aliter post. Et iõ dicit p̃bus q̃ vnusquisq; talis est talis sibi finis videt. ꝛ qz ea q̃ī sacra scriptura traduñ ptinent ad affectũ non tñ ad intellectũ. ideo oportet esse perfectũ in vtroq;. Et ideo apl̃us volẽs ostendere q̃ sint pfecti quib⁹ sit tradẽdus iste solidus cibus. dicit q̃ sunt isti q̃ ꝓ sua cõsuetudine hñt sensus exercitatos. Eñ in ista pfectione quattuoꝛ sunt attendenda: scz ipsa pfectio in se in quo consistat. ꝛ q̃tum ad hoc dicit. Qui habent sensus exercitatos. Et cõuenienter loquit̃. Jn hoc eñ exprimit vtrãq; perfectionẽ. qz vt dicit p̃bus intellectus ꝓut iudicat de appetendis ꝛ agendis dicit sensus: qz est relatus ad aliquid ꝑticulare. Uñ non accipit hic

sensus p sensu exteriori. Qui ergo sentit que dei sunt p fectus est. Phil'. 3. Quicūq perfecti sumus hoc sentiamus. 1. Corin. 2. Nos autē sensum xpi habemus. Qui vero non sentiunt nisi carnalia deo placere non possunt vt patet Ro. 8. ¶ Secūdo attendēda est dispositio eius in quo est quia debet esse exercitat⁹. 1. Ti. 4. Exerce teipsum ad pietatem. Qui eñ nō est exercitatus non pōt bñ re rectū iudiciū qō ad hoc requirit. Ecc. 34. Vir ī multis expertus cogitabit multa. Irē q̄ non est expertus pauca recognoscit. ¶ Tertio causa huius exercitationis: et hec est consuetudo nō scz ocium sed frequētia actus. Et ideo dicit. Pro consuetudine scz recte agendi. puer. 22 Adolescens iuxta viam suam etiaz cum senuerit non recedet ab ea. Si ergo vis esse perfectus non des te ocio: sed assuesce te bonis a iuuentute. ¶ Quarto finis huius exercitij: quia scz ad discretionē boni t mali. Tunc eñ perfectus est quando discernit inter bonum t malū Esa. 7. Sciat eligere bonū t reprobare malū. Hec autē sunt tria scz discretio inter bonum t maluz. inter bonū t melius. inter malum et peius. In his eñ requiritur rectitudo iudicij.

Capitulum sextum.

Quapropter intermittētes inchoationis christi sermonem ad perfectionem feramur: non rursum iacientes fundamentum penitētie ab operibus mortuis t fidei ad deū. baptismatū doctrine: impositionis quoq manuum: ac resurrectionis mortuorū t iudicij eterni. Et hoc faciemus: siquidem pmiserit deus. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati: gustauerunt etiam donum celeste. t participes facti sunt spiritussancti Gustauerunt nihilominus bonum dei verbum virtutesq seculi venturi t plapsi sunt rursus renouari ad penitentiā: rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei: t ostentui habentes

Supra aplus fecit mentionem de pontificatu xpi fm ordinem melchisedech: t ostendit tarditatē eorum quib⁹ scribebat: hic redit ad suum ppositum. Et circa hoc tria facit. q̄ pmo apperit intentionē suam. Secūdo ostendit eius difficultatem ibi. Et hoc quidem faciemus ꝛc. Tertio declarat suam intentionē ibi. Confidimus autez ꝛc. Circa primū duo facit. q̄ pmo manifestat suum ppositū Secūdo exponit quod dicit ibi. Nō rursus iacientes ꝛc Propositum suū est q̄ pretermissis his que pertinēt ad inchoatiōz doctrine christiane vult psequi alia altiora. Unde dicit. Jam dictuz est q̄ pfectis opus est solido cibo. qua ppter intermittentes inchoationē doctrine xpi p quā xps inchoat esse in nobis quod est p doctrinam fidei Eph. 3. Habitare xpm p fidem in cordibus nostris. Feramur ad perfectionē id est ad ea que spectant ad perfectionez doctrine xpi. 1. Corin. 13. Quando factus sum vir euacuaui que erant puuli. Hoc autē fm glo. ad duo referri potest scz vel ad ītellectū vt scz exquo hō puect⁹ est debet intermittere puerilia t vacare perfectis. 1. cor. 2. Sapientiā loq̄mur inter perfectos. Vel ad affectum Et est sensus q̄ nō semp est standū in sensu inciptentiū. sed oportet tendere ad statum perfectorū Heñ. 17. Ambula coram me t esto perfectus. Hic est duplex obiectio. t pmo de hoc q̄ dicit intermittentes inchoationē. quia nunq̄ debet intermitti inchoatio. pñs. Et dixi: nunc cepi Job. 27. Justificationem quā cepi tenere non deseram. Respondeo dicendū est q̄ cōtingit dupliciter intermittere inchoationē. Vel ꝗtum ad estimationē t sic semper debet hō esse sicut incipiēs t tendens ad maiora Phil'. 3. Non q̄ iam ceperim aut q̄ iam perfect⁹ sim. Vel ꝗtū ap perfectionem. t sic semp debet niti homo transire ad statum perfectum Phil'. 3. Que retro sunt obliuiscens ad ea que priora sunt me extendens. In via eñ dei non progredi est regredi. ¶ Alia obiectio ē de hoc q̄ dicit. Feramur ad perfectionē. Perfectio eñ consistit in cōsilijs. Matth. 19. Si vis perfectus esse vade t vende oīa ꝛc. Non oēs aūt tenenť ad consilia. Respōdeo dicendū est q̄ duplex est perfectio. Una scz exterior que consistit in actibus exterioribus qui sunt signa interioz: sicut virginitas. voluntaria paupertas. Et ad hanc non omnes tenenť. Alia est interior que consistit in dilectione dei et proximi. Col'. 3. Charitatem habentes qō est vinculū pfectionis. Et ad pfectioz huiusmōi nō oēs tenēť. scz oēs tenenť ad eam tendere. q̄ si q̄s nollet plus diligere deuz non faceret qō exigit charitas. Dicit aūt feramur. t hoc fm impulsionē a spūancto. Ro. 8. Qui spū dei agūtur hi filij dei sunt. Vel sicut qui portati a deo q̄ portat insr mitatem nr̄am Esa. 46. Audite me domus iacob t omne residuū domus israel q̄ portamini a meo vtero. Vel sicut portati ad inuicem. Gal'. 6. Alter alterius onera portate. ¶ Deinde cum dicit. Non rursus iacientes ꝛc. exponit quod dixit t intendit ostendere que sunt illa que faciūt ad inchoationē doctrine xpi. Et vtitur similitudine. Per fidez eñ aīa edificať in spūali edificio. Sicut ḡ in corporali edificio pmo ponit fundamentū: ita hic prima rudimenta doctrine christi sunt quasi fundamentuz. Sed contra q̄ infra. 11. ponit fides esse fundamentuz. fides autē vna est. Eph'. 4. Unus dñs: vna fides: vnum baptisma. hic aūt ponit sex fundamēta. ḡ videť q̄ male. Respōdeo dicendū est q̄ fides fundamentū est virtutū. Jta aūt que ponit hic sunt fundamentum doctrine christi. Dicit non rursus quasi ita firmiter ponamus q̄ non oporteat iterato ponere. Vel q̄ iam dudū posuistis t nō oportet iterare. Multū autē signanter ordinat ista aplus. Sicut eñ in via generationis t cuiuscūq mot⁹ pus est recessus a termino a quo. t post accessus ad terminū ad quem. ita dicit hic q̄ penitentia est recessus a peccatō. t sic est quasi quoddā fundamētū in ista vita. Nemo eñ fm aug. sue voluntatis arbiter pōt nouā vitā inchoare: nisi peniteat eum preterite. Un dñs in pncipio pdicationis dicit. Penitentiam agite. Matth. 4. Et ideo dicit. Penitentie ab operibus mortuis. Opera eñ mortua dicunť vel q̄ fm se sunt mortua vel sunt mortificata. Res dicit vtua qñ habet officiū ppie virtutis a quo cū deficit dicit mortua. Opera nr̄a sunt ordinata ad beatitudinem q̄ est finis hoīs. Et ī qñ nō ducunt ad beatitudinē nec ordinari possunt dicunť mortua. t hec sunt opera facta in peccato mortali. infra. 11. Sanguis xpi q̄ p spūm sanctū obtulit seipsuz imaculatū deo emundabit cōscias nr̄as ab opibus mortuis. Opera vero facta in charitate p petrū mortificať. q̄ nō hñt virtutē vt mereāť vitā eternam. Ezech. 18. Oēs iusticie eius q̄s fecerat non recordabunť. Penitētia vero facit q̄ ista reuiuiscunt. q̄ reputanť ei ad vitā eternā. In accessu vero ad terminū primo est fides. Et ī dicit. Fundamentū fidei ad deū. Prio prium aūt fidei est q̄ credat hō t assentiat nō visis a se scz testimonio alteri⁹. Hoc autē testimoniū vel est hoīs tm t istud nō facit virtutē fidei. q̄ homo t fallere t falli po

Explanatio sancti Thome

test. Vel istud testimoniū est ex iudicio diuino. & istud verissimū & firmissimū est: qz est ab ipsa veritate que nec fallere nec falli potest. Et ideo dicit. Ad deum vt scz assentiat his que deus dicit. Jo. 14. Creditis in deū & in me credite. Secundo in isto processu sunt sacramenta fidei. Hec autē sunt duo sacramenta intrantium. de his enim tantum agit hic aplus. Et ista sunt baptismus p̄muz. & secundū est cōfirmatio. Quantū ad primū dicit. Baptismatum. Sed contra Eph. 4. Una fides: vnū baptisma Non ergo plura sunt baptismata. Respondeo dicendum est triplex est baptismus: scz fluminis: flaminis: & sanguinis. sed duo vltima. qz non habent vim nisi referant ad primum. qz illud oportet habere in ꝓposito si nō assit facultas in habentib⁹ vsum liberi arbitrij. Et ideo nō sunt tria sacramenta: sed vnum sacramentū p quod regeneramur ad salutez Jo. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spūsancto &c. Inter ista vero baptismus sanguinis plus habet de effectu baptismi si tamē primū fuerit in ꝓposito vel contrarium non teneat in mente sicut patet de innocentibus qui non erant in opposita dispositione. Baptismus em̄ virtutē habet ex merito passionis xp̄i. Ro. 6. Quicūq baptizati sumus in xp̄o iesu in morte ipsius baptizati sumus &c. Sicut ergo qui baptizat conformat morti xp̄i sacramētaliter: ita martyr realiter. Et tō istud baptismā habet totum effectum baptismi q̄tum ad hoc q̄ purgat omnē culpam & penam peccati non tamē impōmit caracterem aliquē. Et ideo si recipiens martyriū sine baptismo aque resurgeret esset baptizandus. Penitētia vero nō tm̄ habet de effectu baptismi: qz nō tollit oēz penā licet tollat culpā. Sicut tm̄ martyr ꝓformat se morti christi p exteriorem passionē. ita penitens p interiorez Gal. 5. Qui xp̄i sunt carnē suam crucifixerūt cum vitijs & concupiscentijs. Ideo potest esse tanta q̄ tolleret oēz culpam & penā. sicut patet in latrone & magdalena. Unde penitentia dicit baptismus inquantū supplet baptismi vicem. Et quia non licet illud iterari. ideo instituta est penitentia. Ista ergo dicuntur baptismata. quia habent effectum baptismi. Sed tamen sunt vnū baptisma: quia non agunt nisi illud habeat in ꝓposito. ¶ Secundum sacramentum intrantium est in ipsa mannum impositione. Hec autē est duplex. Una est miracla faciens sicut quādo christus p manus impositionē curabat infirmos. Luc. 4. Singulis man⁹ imponens curabat eos. Alia est sacramentalis. et hec est duplex. Una in sacramento ordinis. 1. Ti. 5. Man⁹ nemini cito imposueris. Alia est in sacramento confirmationis ad renouationem Tit. 3. Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritussancti &c. In confirmatione enim datur spiritussanctus ad robur. Sicut enim in esse nature prius generatur homo & postea augetur & robozatur: ita in esse gratie. Tertio sequit̄ terminus motus: ad quem motus terminatur. & ille est duplex. Duo enim expectamus. Primum est resurrectio corpoz: & ista est fidei fundamentum: qz sine hac inanis est fides nostra. 1. Cozin. 15. Jtez expectamus remunerationez que fiet per iudicem. Ecc. 12. Cuncta que fiunt adducet deus in iudicium. Et ideo dicit. Judicij eterni. non q̄ illud iudiciū duret per mille ānos sicut voluit lactantius: sed tantū erit in momēto sed dicitur eternū quia sentētia que ibi dabitur in eternū durabit. Matth. 25. Jbunt hi in supplicium eternum: iusti autē in vitam eternam. ¶ Et sciendum est q̄ omnia ista que dicit se velle hic tractare sunt quasi quedam rudimenta fidei. Unde predicat ea nouitijs Act. 17. et in multis alijs locis. ¶ Deinde cum dicit. Et hoc quidem faciemus &c. ostendit difficultatem propositi sui exequēdi. Difficile enim est & in se & respectu auditorum. Unde tria facit. Primo innuit q̄ in hoc potissime indigeat diuino auxilio. Secundo subdit quozundam imbecillitatem ibi. Jmpossibile est enim &c. Tertio adducit quandam similitudinē ibi. Terram enim̄ que sepe &c. Dicit ꝯ Feramur ad perfectum: & hoc faciemus si permiserit deus Minus autem dicit & plus significat. non est tantum necessarium q̄ dominus permittat: sed oportet q̄ ipsa faciat. Sap. 7. In manu dei nos & sermones nostri. Et iō debet omnia ponere sub cōfidentia diuini auxilij. ¶ Deinde cuz dicit. Jmpossibile est em̄ &c. ostendit imbecillitatem eozum. Erant em̄ imbecilles ad audiendum. Sicut enim in corpozalibus nullus status est ita periculosus sicut recidiuantiū. ita in spūalibus qui post gratiam cadit in peccatum difficilius surgit ad bonum. Et circa hoc facit tria. Primo proponit bona que perceperant. Secundo difficultatem causatam in eis ex recidiuo ibi. Et prolapsi sunt &c. Tertio assignat rationem ibi. Rursus crucifigentes &c. Bona autem quedam sunt presentia: quedam vero futura. Ipsi vero in presenti habuerūt spiritualem regenerationem & quantū ad hoc dicit. Illuminati. Eph. 5. Eratis aliquando tenebre nunc autez lux in domino. Ista autē illuminatio fit per fidem. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Habent etiam bonoꝝ dei participationez. & ꝯtum ad hoc dicit. Et gustauerūt donum celeste. Donum istud est gratia & dicitur celestis quia a celis deus eam dat. ps̄. Dedit dona hominibus Et Jac. 1. Omne datum optimum: & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminū &c. Est etiam in eis participatio diuine bonitatis. 2. Pe. 1. Per quem scilicet christum maxima nobis et preciosa promissa donauit. Ideo dicit. Participes facti spiritussancti: Omnia enim dona dantur ex amoze. & ideo istam participationem attribuit spiritui sancto. Est autem participare partem capere. Solus autem christus spiritum sanctum habuit ad plenitudinem. Jo. 3. Non enim ad mēsuram dat deus spiritum. Alii enim sancti de eius plenitudine receperunt & participes facti sunt: nō quidem substantie: sed distributionū eius. Supra. 2. Et varijs spiritussancti distributionib⁹. 1. Cozinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt idem aūt spiritus &c. Item in presenti habuerūt doctrine eruditionē. Et quantū ad hoc dicit. Gustauerunt nihilominus bonuz dei verbum. Verbū istud dicitur bonum quia est verbum vite eterne Jo. 6. Domine ad quem ibimus. verba vite eterne habes. ps̄. Quaz dulcia faucibus meis eloquia tua. Dicit autem gustauerunt: quia non solum intellectuz sed etiam reficit affectū in quo est quedam sapozatio. ps̄. Gustate & videte quoniā suauis est dominus. ¶ Bona aūt futura habuerūt in spe. Ro. 8. Spe salui facti sumus. Et ideo dicit. Virtutes seculi venturi. Bonum aūt quedā habent non solū in spe: sed etiam in quadaz inchoatione & illa sunt dotes anime scilicet visio: tentio: & fruitio. & illa habentur in quadam inchoatione inquantum fides spes et charitas que istis respondent habentur in presenti. Alia autem sunt bona scilicet dotes corpozis: scilicet subtilitas: agilitas: impassibilitas: claritas: que solum habentur in spe ¶ Consequenter cum dicit. Et prolapsi sunt &c. ostendit difficultatem ad resurgendum causatā ex casu. Ubi notandum est q̄ non dicit lapsi simpliciter. sed prolapsi id est totaliter lapsi. quia si lapsi tantum essent non ita difficile foret resurgere. Prouer. 24. Septies in die cadit iustus & resurgit. Q̄ si diceret apostolus illos qui prola

psi sunt impossibile esse resurgere. tunc posset dici q̄ in hoc notat maximam difficultatem resurgendi: scilicet ꝛ propter peccatum. et propter superbiam sicut patet in demonib⁹. Sed quia dicit illos qui semel prolapsi sunt nō posse renouari ꝛc. nec est aliquod peccatū in hoc mūdo a quo posset homo penitere. ideo alr est intelligendū ¶ Unde sciendū est q̄ ex hoc loco sumpsit nouatus quidam qui fuit presbyter ecclesie romane occasionē errandi. Uoluit em̄ q̄ nullus post baptismū poterit ad penitentiā resurgere Sed ista positio falsa est sicut dicit athanasius in epistola ad serapionē quia ipe paulus recepit incestuosum corinthū. Sicut patet. 2ᵉ. corinth. 2°. ꝛ similiter Hal. 4. quia dicit. Filioli mei quos iterū partu rio ꝛc. Est ergo intelligendū sicut dicit aug⁹. q̄ nō dicit q̄ impossibile est penitere: sed q̄ impossibile est rursus renouari. id est baptizari. Tyt. 3°. Per lauacrū regenerationis ꝛ renouatōis ꝛc. Nunq̄ enim posset homo sic penitere q̄ posset iterū baptizari. Et hoc dicit apostolus: q̄ scōm legem iudei multotiēs baptizabant. sicut patet. Marci. 7°. Et ideo ad istū errorē remouendū dicit hoc apostolus. ¶ Deinde cū dicit. Rursus crucifigētes ꝛc. assignat rationē quare baptismus non iterat. quia baptismus est quedā cōfiguratio mortis xpi sicut patet Ro. 6 Quicūq̄ in xpo baptizati sumus in morte ipius baptizati sumus ꝛc. Hec autē non iterat: quia xps resurgens ex mortuis iam nō moritr Rom̄. 6. Qui ergo iterato baptizant rursum xpm crucifigūt. Uel aliter: q̄ denotet repugnantia gratie xpi. vt scz velint frequēter peccare ꝛ post iterū baptizari. vt scz non referat ad iterationē baptismi sed ad lapsum eor qui peccant. Qui scz quantū in ipsis est rursus crucifigūt xpm. quia xps pro peccatis nostris mortuus est semel. 1ᵉ. petri. 3°. Cum ergo peccas baptizatus quantū in te est das occasionē vt iterū xpus crucifigat ꝛ fit cōtumelia xpo. in cuius sanguine te lotū maculas. Apoc. 1. Dilexit nos ꝛ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Lectio secunda.

Terra enim sepe venientem super se bibens imbrem et germinans herbam oportunam illis a quibus colitur accipit benedictionem a deo. proferens autem spinas ac tribulos reproba est ꝛ maledicto proxima. cuius consumatio in combustionem.

Supra ostendit apostolus difficultatē ad suū propositū exequendū puenientē ex eor culpa: hic adducit ad hoc quandā similitudinē. Et primo quantū ad bonā terram Secūdo quantū ad malā ibi. Proferens autē ꝛc. Sciēdum est autē q̄ scōm vnā expositionē supra voluit apostolus illos qui semel baptizati sunt nō posse iterū baptizari vel renouari ad penitentiā. Alia autē est expositio que ibi dimissa fuit q̄ impossibile est eos qui in hac vita semel illuminati sunt rursum in alia vita renouari ad penitentiam. Eccles. 9°. Quicquid potest manus tua facere instanter operare: quia nec opus: ne cratio: nec sapientia: nec scientia est apud inferos ꝛc. Johā. 9°. Uenit nox quando nemo potest operari. Rursus ergo exponatur. id est post hanc vitam. Et huius ratio est. Duo enim causant penitentiam. Unum est quod dat efficaciam. scilicet meritum passionis christi. 1ᵉ. Johañ. 2°. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Aliud autem est exemplum penitendi quod habemus in xpo per consideratione. scilicet cōsiderando austeritatem. paupertatem ꝛ tandem passionem. 1ᵉ. Petri. 2°. Xpus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ꝛc. Sic ergo intelligitur q̄ dicit. Rursus crucifigentes. id est crucis christi fructum percipientes. ꝛ hoc quātum ad id quod dat efficaciam penitentie. Et ostentui habentes quantum ad exemplum penitendi. Et sic accipitur ostentum in bonū. Ista vero similitudo que ponitur hic de terra. potest referri vel ad id quod supra dictum est. Feramur ad perfectionem. ꝛ tunc erit sensus q̄ si feramur habebimus benedictionem sicut terra bona. Uel potest continuari ad dictum immediate scōm expositionem vtranq̄ siue de baptismo siue de alia vita. Illa tamen de baptismo magis est litteralis. Et sic est sensus. Sicut terra culta si iterato profert spinas non colitur: sed comburitur: sic homo peccans post baptismum vlterius non abluitur. Et tangitur circa bonam terram primo beneficium impensum. Secundo fructum quem profert. ibi. Et generans herbam ꝛc. Tertio premium. ibi. Accipit benedictionem ꝛc. Terra ista est cor humanum Luce. 8°. Quod autem ceciderit in terram bonam hi sunt qui in corde bono ꝛ optimo ꝛc. Q̄ dicitur terra quia sicut terra indiget pluuia: ita homo indiget gratia dei. ps. Uisitasti terram ꝛ inebriasti eam. Esaie. 55°. Quomodo descendit ymber ꝛ nix de celo ꝛ illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram ꝛ infundit eam ꝛ germinare eam facit ꝛc. Sed beneficium quod percipit est doctrina fidei quasi ymber superueniēs quam dominus pluit in cordibus auditorum mediantibus predicatoribus et doctoribus. Esaie. 5°. Mandabo nubibus ne pluant super eam ymbrem. Job. 36°. Effundit ymbres ad instar gurgitum qui de nubibus fluunt ꝛc. Hunc ymbrem bibit quando quod audit intelligit: et ad illud afficitur. Esaie. 55°. Omnes sitientes venite ad aquas ꝛc. Ista doctrina est desuper veniens: quia est super se ꝛ quantum ad principium huiꝰ doctrine. Quedam em̄ doctrina est de terra qua scilicet homo inberet terrenis. Alia est de celis que scilicet docet celestia. Jaco. 3°. Non est ista sapientia de sursum descendens: sed terrena animalis ꝛ diabolica. Et post sequitur ibidem. Que autem de sursum est sapientia: primū quidem pudica est ꝛc. Uel super se. id est super facultatem humane rationis. Eccl. 3°. Plurima super sensum hominū monstrata tibi sunt. Dicit autem non semper nec raro sed sepe: quia vt dicit Augustin⁹. ꝛ habetur hic in glosa. Si semper vilescit. si raro nō sufficit ꝛ negligitur. Job. 16. Audiui frequenter talia. ¶ Fructus est. quia generat herbam optimam cultoribus. Ista sunt bona opera que facit homo per doctrinam susceptam. Genes. 1°. Germinet terra herbam virentem ꝛc. Ista terra colitur primo a deo. Johañ. 15. Pater meus agricola est ꝛc. Colitur etiam a plato. 1ᵉ. corinthior. 3°. Ego plantaui apollo rigauit ꝛc. Colitur etiam ab homine ipo. Prouerb. 24. Diligenter exerce agrum tuum. Est ergo oportuna deo ad gloriam. 1ᵉ. corinth. 10. Omnia in gloriā dei facite. Alijs ad meritum ꝛ ad gloriam. 1ᵉ. Thessal. 2°. Uos estis gloria nostra et gaudium. Ipsi vero operanti ad vitam eternam. Rom̄. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem vero vitam eternam. ¶ Deinde cum dicit. Accipit benedictionem a deo. ostendit premium. scilicet benedictionem diuinam. Ista autem benedictio nihil aliud est q̄ factio bonitatis in nobis. Que quidē in presenti vita fit imperfecta: sed in futuro erit perfecta. 1ᵉ. petri. 3. In

hoc vocati estis vt benedictionē hereditate possideatis. ¶Deinde cū dicit. Proferens autē ꝛc. agit de mala terra de qua primo supponit beneficiū quod dictū est. Secundo ponit malū fructum dicens: Proferens autē ꝛc: Tertio ostendit penā. ibi. Reproba est ꝛc. Fructus ergo sunt spine. id est minora peccata. ꝛ tribuli. id est maiora que pungūt conscientiā propriā. ꝛ quandoq; etiam alienā: illa scz que sunt cōtra proximos Heñ. 3. Spinas ꝛ tribulos germinabit tibi. In pena vero ponit tria. scz diuinā reprobationē. iudiciariā cōdemnationē ibi. Maledicto proxima. Et finalē punitionē ibi. Cuius cōsumatio ꝛc. Quantū ad primū dicit. Reproba est. Sicut eñ predestinatio est principiū remuneratōis: ita reprobatio signū est condemnatiōis. ℣ ergo aliquis frequēter rigetur preceptis salutaribus signū est reprobatiōis si persistat in peccatis. Jere. 6°. Argentū reprobū vocate eos: quia dominꝰ proiecit eos ꝛc. Condemnatio est quia proxima maledicto. Math. 25°. Ite maledicti in ignē eternum ꝛc. Punitio est cuius cōsumatio in combustione. Esaie. 9°. Vestimentū mixtū sanguine erit in combustionem ꝛ cibus ignis.

Lectio tertia.

Confidimus autez de vobis dilectissimi meliora ꝛ vicinioza saluti: tamꝛ si ita loquimur. Non eñ iniustus est deus vt obliuiscatur operis vestri ꝛ dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius: qui ministrastis sanctis et ministratis. Cupimus autem vnūquenq; vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei vsq; in finem vt non segnes efficiamini. verum imitatores eorū qui fide ꝛ patientia hereditabūt promissiones.

Quia apostolus multa que dura videbanē de statu istorū dixerat: modo ne ex illis desperarēt ostendit qua intētione hoc dixerit. scz vt ipos a periculis retraheret. Unde circa hoc duo facit. Primo eñ ostendit fiduciā quaz de ipis habebat. Secūdo subdit rationē confidentie ibi Non eñ iniustus deus ꝛc. Dicit ergo. Ita dixi q; terra que ꝓfert spinas ꝛ tribulos ꝛc. Et ne credatis q; ego tales vos reputem cōfidimus de vobis dilectissimi et hoc ꝓpter fidem ꝛ charitatē meliora ꝛ vicinioza saluti. Ubi cōmendat statum ipsorū ex duobus. scz ex eo quod iam erant: quia exquo dicit melioza supponit q; erant in bono statu. ꝛ ex eo qō expectabant in futurū. Unde dicit. Vicinioza saluti. Ro. 13. Nunc autē propior est nostra salus q̄ cum credidimus. Quāto enīz quis ꝓficit in bonis tanto magis appropinquat saluti. ¶Sequit. Tamꝛ si ita loq̄mur. id est quia ꝛ si sic loq̄mur. hoc est vt reddamꝰ vos cautos ꝛ hoc procedit ex charitate. ps. Corripiet me iustus in misericordia ꝛ increpabit me. ¶Deinde cū dicit. Non est eñ iniustus deus ꝛc. ostendit rationem cōfidentie que duplex est. Una ex bonis ipoz preteritis. Alia ex ꝓmissiōe dei ibi. Abrae nāq; ꝛc. Quia vero apostolꝰ duo dixerat. Unū scz q; de ipis cōfidebat. Aliud q; aspere ipsis loquebat. ideo duo facit. Primo eñ assignat rationē primi. Secūdo rationē secūdi. ibi. Cupimus autē ꝛc. Ratio autē quare ipse de his cōfidat hec est. q; recordat multoz bonoz que ipsi fecerūt. Unde dicit. Confidimus autē ꝛc. Et quare? quia nō est iniustus deus vt obliuiscat ꝛc. Cōtra Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iusticia sua ꝛc. Et paulo post ibidē sequitur. Omnes iusticie eius nō recordabunt. Et ibi subdit. Quia via dñi equa est. Respondeo. Dicendū est q; homo q̄ cadit post gratiā dupliciter potest se habere. Uno modo q; in malo perseueret et tūc deus oēs iusticias eiꝰ obliuiscit. Alio modo q; peniteat ꝛ tūc bonoz precedentiū recordat q; reputant sibi ad meritū. Unde dicit glo. q; mortificata reuiuiscūt. Sed tūc videt dubiū quia constat q; iusticia respicit meritū si ergo iusticia dñi exigit q; deus nō obliuiscat si peniteat sicut dicit glo. Ergo cadit sub merito q; resurgat a peccato. ꝛ sic meret primā gr̄az quod est impossibile. Respōdeo. Dicendū est q; duplex est meritū. Unū qō innitit iusticie ꝛ istud est meritū condigni. Aliud quod soli misericordie innitit quod dicit meritū congrui. Et de isto dicit q; iustū est. id est cōgruū q; homo qui multa bona fecit mereat. Ista eñ misericordia est adiuncta quod dāmodo iusticie plus q̄ in illo qui nunq̄ aliquid fecit. Et isto modo nō obliuiscit deus operis nostri ꝛ dilectiōis. Soli eñ charitati debet vita eterna. Joh. 14. Si quis diligit me sermonē meū seruabit. Quicquid eñ non est ex charitate nō est meritoriū. 1ª. cozinth. 13. Charitatē non habeā nihil mihi prodest. Et ideo hic nō dicit tantū operis vestri sed addit dilectiōis. quia etiā sicut dicit gregozius non est amoz dei ociosus. Operat eñ magna si est: si operari rēnuit amoz nō est. 1ª Joh. 3°. Non diligamus verbo neq; lingua sed opere ꝛ veritate. Ideo subdit. Quā ostendistis in nomīe ipius. Col. 3°. Omne quodcūq; facitis in verbo aut in opere: oia in nomine dñi nostri iesu xp̄i ꝛc. ¶Quid autē ostenderint ꝛ in quo ostēdit quia ministrastis sanctis. scz subueniendo necessitatibus sanctoꝝ. Math. 20. Quicūq; voluerit inter vos fieri maioꝛ sit vester minister. Ro. 12. Necessitatibus sanctoꝝ cōmunicantes. Et quia in oñibus est necessaria ꝓtinuatio. ideo subdit. Et ministratis ꝛ ideo si peccastis ex diuina misericordia adiūcta iustitie dabit veniā. ¶Consequēter cū dicit. Cupimus aūt ꝛc. assignat rationē quare ita dure locutus fuerat. scz ex desiderio salutis ipozum. Unde circa hoc tria facit. Quia primo ostendit suū desideriū. Secūdo subdit imminens periculū ibi. Ut nō segnes efficiamini ꝛc. Tertio declarat per exemplū ibi. Uerū imitatores ꝛc. Dicit ergo nō diximus ista quasi desperātes de vobis: sed magis quia cupimus vnūquenq;. id est de vnoquoq; vestrū. Phil. 1°. Testis est mihi deus quomō cupiā vos omnes in visceribus iesu xp̄i. Sed quid cupimus? Ostendere eandē sollicitudinē. id est vt sitis solliciti oñdere per exhibitionē operis hanc sollicitudinē ad bona quā semper habuistis. Unde patet q; ad opera pietatis requirit sollicitudo. Luce. 10. Martha martha sollicita es ꝛc. Item ad propriā salutē. 2ª. tymoth. 2. Sollicite cura teipm probabilē exhibere deo. Et quare? Ad expletionē spei. scz vt implendo quod cepistis cōsequamini quod speratis. Rom. 5. Spes nō confundit. Et hoc totū vsq; in finem Qui enim perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. ¶Deinde cū dicit. Ut non segnes efficiamini ꝛc. ostendit periculū quod est pigricia. ꝛ est segnities timoꝛ future bone operatōis propter timoꝛē. scz vel ne deficiat vel ne peniteat. Prouer. 22. Piger dicit leo est in via. Un de pigri semper allegāt impedimēta. ¶Deinde cū dicit Uerū imitatores ꝛc. ponit exemplū. Quasi dicat. Non sitis pigri sed magis imitamini accipiēdo exemplū in pphetis. Jac. 5. Accipite exemplū patiētie ꝛc. Et sequit Prophetas. Et in alijs sanctis. scz apīis. 1ª. cozint. 11. Imitatores mei estote sic ꝛ ego xp̄i. Sitis ergo imitatores eoꝝ q̄ fide sine q̄ ipossibile est placere deo. Infra. 11. Et patiētia ꝓtra aduersa: hereditabūt ꝓmissiōes. Per fidē eñ formatā ꝛ patientiā acquirit hereditas ꝓmissa.

Infra. 11°. Sancti per fidem vicerũt regna ꝛc.

Lectio quarta.

Abrae nanq; promittens deus: quoniam neminẽ habuit per quem iuraret maiorem: iurauit per semetipsum dicens: nisi benedicẽs benedicam te multiplicans multiplicabo te. ⁊ sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorẽ sui iurant: ⁊ omnis cõtroversie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationes heredibus immobilitatẽ consilij sui interposuit iusiurandũ vt per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum fortissimũ solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositã spem: quam sicut anchorã habemus anime tutam ac firmam ⁊ incedentem vsq; ad interiora velaminis: vbi precursor pro nobis introiuit iesus fm ordinem melchisedech: pontifex factus in eternum.

Supra apostolus ostendit causas quare de istis cõfidebat: ⁊ hoc ꝓpter bona que fecerũt: hic ostendit idem ex ꝓmissiõe facta patrib⁹. Unde circa hoc facit duo. Primo eñ premittit promissionẽ. Secũdo assignat rationẽ dictor ibi. Homies eñ per maiores sui ꝛc. Circa primũ tria facit. Primo eñ ostendit cui facta sit ꝓmissio. Secũdo ostendit promissionis modũ esse conuenientẽ. ibi. Quonĩã neminẽ habuit ꝛc. Tertio promissiõis effectũ ibi. Et sic longanimiter ꝛc. Promissio facta est abrae. Gal. 3. Abrae dicte sunt ꝓmissiones ꝛc. Et huius est ratio. quia per fidẽ inheremus deo. ⁊ ideo per fidem cõsequimur ꝓmissiones. Primũ enim exemplũ fidei fuit in abraam. ⁊ hoc quia primus recessit a cõsortio infideliũ. Heñ. 12°. Egredere de terra tua ꝛc. Secũdo quia prim⁹ aliquid credidit qđ erat supra naturã. Ro. 4. Qui cõtra spez in spe credidit ꝛc. Unde Heñ. 15. Credidit abraam deo ⁊ reputatũ est ei ad iusticiã. Primus enim accepit signaculũ fidei. scz circũcisionẽ. Ro. 4°. ¶ Modus ꝓmissionis est quantũ ad duo. Primo quantũ ad iuramentũ interpositũ. Secũdo quantũ ad verba ꝓmissiõis ibi. Nisi benedicens benedicã tibi. Dicit ergo deus volens ostendere ꝓmissionẽ suam firmã ⁊ stabilẽ. quia nõ habuit maiorẽ se per quẽ iuraret. ps. Excelsus super omnes gentes dñs ꝛc. Jurauit per semetipm. Heneh. 22°. Per memetipm iurau dicit dñs ꝛc. In quo habes exẽplum qđ iuramentũ de se non est illicitũ. quia scriptura nihil deo attribuit quod de se sit peccatũ. Intendit enim scriptura nos ad deum ordinare ⁊ ducere. Ephes. 5°. Estote imitatores dei sicut filij charissimi ꝛc. Vanẽ interdicit frequẽtia iuramenti. Eccl. 23°. Juratiõi non assuescat os tuũ ꝛc. Item iuramentũ inuanũ. Exod. 20. Non assumes nomen dei tui inuanũ ꝛc. ¶ Consequẽter cũ dicit. Nisi benedicẽs ꝛc. ostendit modũ promissiõis. Quasi dicat. Non credaĩ mihi nisi benedicã tibi: vt sit modus iurãdi quasi per execrationẽ. Dicit autẽ benedicens quod pertinet ad bonor collationez. Benedictio enim dñi diuites facit. sicut dicit Prouer. 10. Et multiplicabo te. qđ etiam pertinet ad plis numerositatẽ. Et vtrũq; fuit abrae ꝓmissũ sicut patet Heñ. 14. ⁊ 25. Ingeminat autẽ benedicẽs vt designet bona tpalia ⁊ spualia ⁊ continuitatẽ benedictiõis. Vel benedicens benedicã in multitudine plis sancte que Heñ. 22°. designaĩ per stellas celi. vbi dicit. Suspice celum ⁊ numera stellas si potes ꝛc. Et multiplicãs multiplicabo in numerositate plis male ⁊ peruerse que ibidẽ. scz. 22°. capi. designaĩ per arenã maris. Ingeminaĩ etiaz multitudo qđ est vel propter numerositatem prolis bone vel male. Vel propter cõtinuitatem multitudinis. Vel benedicã in bonis gratie ⁊ multiplicabo in bonis glorie. ps. Quã magna multitudo dulcedinis tue dñe ꝛc. ¶ Effectus ꝓmissiõis fuit quia longanimiter ferens ꝛc. Longanimitas est nõ solũ in faciendo magnuz aliqđ: sed etiã in expectando in longũ. Abraã autẽ promissionẽ habuit nec vnq; passus pedis terre possedit. vt dicit Act. 7. Et vsq; in senectutem prolẽ non suscepit ⁊ tamen a spe nõ decidit. Jaco. 5. Accipite exemplũ fratres mei mali exitus ⁊ longanimitatis ⁊ laboris ⁊ patientie ꝓphetas ꝛc. Esa. 51°. Attendite ad abraã patrem vestrũ ꝛc. ¶ Deinde cũ dicit. Homines eñ per maiores ꝛc. ponit rationẽ predictor ⁊ circa hoc facit tria. Primo eñ ponit humanã consuetudinẽ. Secũdo assignat rationẽ consuetudinis ibi. In quo abaundãtius ꝛc. Tertio subdit fructũ rõnis ibi. Ut per duas res ĩmobiles ꝛc. Consuetudo eñ humana duplex ponit. Una quantũ ad id per quod iuraĩ. Alia quantuz ad effectũ iuramenti ibi. Et omnis cõtroversie ꝛc. Illud autẽ per quod iuraĩ est maius. ⁊ hoc rationabiliter. Nihil eñ aliud est iurare nisi dubiũ cõfirmare. Sicut ergo in scientijs nihil ꝓfirmaĩ nisi per id qđ est magis notuz. Ita quia nihil certius est apud homies q; deus ideo per ipm tanq; per maius ⁊ certius iuraĩ. Sed contra. Quã voq; eñ iuraĩ per filiũ qui minor est vt cũ dicit per xpm. Aliquãdo vero per creaturã sicut ioseph iurauit per salutẽ pharaonis. Heñ. 42°. Respondeo. Dicendũ est q; duplex est modus iurãdi per deũ. Uno modo per simplicem attestationẽ. vt cum absolute dicit per deuz ita est. Quasi dicat. Testis est mihi deus q; ita est sicut dico. Rom. 1°. Testis est mihi deus cui seruio in spiritu meo ꝛc. Aliquãdo vero per execrationẽ quod fit quando aliquid obligaĩ ad vindictã dei si nõ sit ita. puta caput vel anima vel aliquid huiusmõi sicut iurauit apostolus. 2°. cozinth. 1°. Testem deũ inuoco in animã meã Quasi dicat. Obligo animã meaz pro testimonio q; quo ipm nomen dei assumo. Et istud est grauissimũ. Per creaturaz aũt iuraĩ non inquantũ est talis: sed inquantũ in ipa relucet aliqđ indicium diuine potestatis. Quia eñ oĩs potestas a deo est Ro. 13. inquantũ aliqs exercet potestatẽ super aliquã multitudinẽ si iuraĩ per ipm iuraĩ per deuz cuius potestas in ipo relucet. Et sic iurauit ioseph per salutẽ pharaonis. Hoc est ergo q; dicit q; homies per maiores sui iurãt. ¶ Deinde cũ dicit. Et omnis cõtroversie ꝛc. ponit effectũ iuramenti qui in hoc cõsistit q; per iuramentũ finiĩ omnis ꝓtroversia. Sicut eñ in scientijs quã do resoluiĩ vsq; ad prima principia indemõstrabilia quie scik: ita diuina lege introductũ est q; cuz peruenik ad primã veritatẽ est status. quod fit quãdo ipa in testimoniũ inuocaĩ. Exod. 22°. Applicabik ad deos ⁊ iurabit ⁊ sic sopik oĩs questio ⁊ ꝓtroversia. ¶ Deinde cuz dicit. In q; abundantius ꝛc. ponit rationẽ quare deus voluit iurare. scz ad ostendendã firmitatẽ ꝓmissionis sue. Unde dicit. In quo. i. eoipo deus interposuit iuramentũ volens abundanti⁹ ꝛc. Abundans eñ fuit qđ ꝓmisit: sed abundanti⁹ fuit qđ iurauit. Volens inq; oñdere heredib⁹ pollicitationẽ. i. rei pollicite. Ro. 9. Qui filij sũt ꝓmissiõs

nis estimant in semine. Ostendere inq̃ immobilitatẽ. ¶Sciendũ est q̃ in his que a deo procedũt duo sunt cõsideranda. scz ipse processus rerũ ⁊ consiliũ dei a quo talis processus causat. Consiliũ dei est omnino immobile. Ysaie. 46. Consiliũ meũ stabit ⁊ oẽs volũtas mea fiet Sed dispositio est bene mutabilis. Nam dñs aliquãdo pronũciat aliquid scõm q̃ exigit ordo ⁊ pcessus rerũ sicut patet Esa. 38. Dispone domui tue: quia morieris tu ⁊ nõ viues. Habebat enim cursus infirmitatis q̃ ex illa morerẽ. Et similiter Jone. 3. Adhuc quadraginta dies ⁊ ninive subuertẽ. quia ipa meruerat submersionẽ sui ipius. Jere. 18°. Repente loquar aduersus gentẽ ⁊ aduersus regnũ. vt eradicẽ. ⁊ destruã. ⁊ disperdã illud. Si penitentiã egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersus eã agam ⁊ ego penitentiã super malo qõ cogitaui vt facerẽ ei ⁊c. Et tũc prophetia est comminatiõis. Quãdoq̃ vero pnunciat aliquid scõm q̃ respicit consiliũ dei eternũ. ⁊ super hoc deus nunq̃ penitet nec illud retrahit. 1. Regũ. 15. Triũphator israel nõ parcet et penitudine nõ flectẽ. Tamen sciendũ est q̃ quãdocũq̃ dñs pmittit aliquid sub iuramẽto est pphetia predestinatiõis que est ostensiua diuini cõsilij. Et ista promissio penitus immutabilis est. ¶Deinde cũ dicit. Ut per duas res ⁊c. ostẽdit fructũ pmissionis. ⁊ primo ostendit quis sit ille fructus. Secũdo quis cõsequat hunc fructũ ibi. Quã sicut anchorã ⁊c. Fructus autẽ est vt spes nostra sit certa. Unde dicit. Ut habeamus fortissimũ. id est firmissimũ solatiũ spei per duas res immobiles quibus impossibile est deũ mentiri. scz per deũ qui pmittit qui nõ mentiẽ. Numeri. 23. Non est deus vt filius hominis vt mentiat ⁊c. Et per iuramentũ in quo est maior cõfirmatio veritatis. Sciendũ est autẽ q̃ sicut delectatio sensibilis est experientia sensibilis ⁊ memoria de preterito. ita spes de futuro. 1. mach. 2. Oẽs qui sperant in ipo nõ infirmant Esa. 40. Qui sperant in domiõ mutabũt fortitudinẽ: assument pennas vt aquile currẽt ⁊ non laborabũt ⁊c. Habeamus inq̃ nos qui pfugimus a malis scz mũdi ab impugnatiõe hostis ad tenendã propositaz nobis spem. ps. Dñe refugiũ factus es nobis. Prouer. 18 Turris fortissima nomen dñi. Ad ipam currit iustus et exaltabit. ¶Deinde cũ dicit. Quã sicẽ anchorã ⁊c. ostẽdit q̃ fideles promissionẽ istam consequant. ⁊ vtit quadam similitudie. Comparat eñ spem ipi anchore que sicut in mari nauẽ immobilitat. ita spes animã firmat in deo in hoc mũdo qui est quasi quoddam mare. ps. Hoc mare magnũ ⁊ spaciosuz manibus. Ista tamẽ anchora debet esse secura vt scz nõ deficiat. Unde fit de ferro. 2ª. tymoth. 1. Scio cui credidi ⁊ certus sum ⁊c. Item debet esse firma vt scz nõ cito a naui remoueat. ita homo debet alligari isti spei sicut anchora naui alligat. Est autẽ differentia inter anchorã ⁊ spem quia anchora in ymo figit sed spes in sũmo. scz in deo. Nihil enim in presenti vita est firmũ vbi aia posset firmari ⁊ quiescere. Unde Heñ 8. dicit q̃ columba nõ inuenit vbi requiesceret pes eius Et ideo dicit q̃ debet incedere vsq̃ ad interioza velaminis. Apostol° eñ per sancta que erãt in tabernaculo intelligit statũ presentẽ ecclesie: sed per sancta sanctoz que per velũ distinguebant a sanctis intelligit statuz future glorie. In illo ergo vult q̃ figat anchoza spei nostre qui est modo velatus ab oculis nostris. Esaie. 64. Oculus non vidit deus absq̃ te que preparasti expectãtibus te. ps. Quã magna multitudo dulcedinis tue dñe quã abscondisti timẽtibus te. Hãc ibi fixit precursor noster qui ibi ingressus est. Unde Joh. 14. Vado parare vobis locum. Mich. 2. Ascendit pandẽs iter ante eos. Et ideo dicit q̃ ipe tanq̃ precursor p nobis ingressus est in interioza velaminis: ⁊ ibi fixit spem nostrã sicut dicit in collecta in vigilia ⁊ in die ascensiõis. Tamen quia intra velum nõ licebat intrare nisi summo sacerdoti. Leuit. 16. ideo dicit q̃ iesus qui pro nobis ingressus est: factus est pontifex in eternũ fm ordinẽ melchisedech. Ecce q̃ eleganter redit apostolus ad propositũ suũ. Ipse eñ cepe rat loqui de sacerdotio: ⁊ tamen fuerat multũ digressus sed nũc ad istud redit sicut patet.

Capitulum septimũ.

Hic enim melchisedech rex salem sacerdos dei summi qui obuiauit abrae regresso a cede regũ: ⁊ benedixit ei: cui ⁊ decimas omniuz diuisit abraaz: primũ quidem qui interpretatur rex iusticie. deinde autem ⁊ rex salem quod est rex pacis sine patre. sine matre. sine genealogia. neq̃ initium dierum. neq̃ finem vite habens. assimilatus autẽ filio dei manet sacerdos imperpetuũ.

Supza aplus. 5. cap°. probauit xp̃m esse sacerdotẽ. In 6. autẽ capi. interposuit quedã ad preparandos animos auditoz: hic redit ad suũ propositũ. Intendit eñ probare excellentiã sacerdotij xp̃i ad sacerdotiũ leuiticũ Et circa hoc facit duo. Prio. n. ostendit excellentiã sacerdotij xp̃i ad sacerdotiũ veteris testamẽti. Secũdo ostendit q̃ fideles debent sacerdoti xp̃o reuerẽter subdi. Et hoc in medio decimi capituli ibi. Habẽtes itaq̃ fratres fiduciã ⁊c. Circa primũ duo facit. Primo eñ ostendit prerogatiuã sacerdotij xp̃i super leuiticos ex parte persone ipsi° sacerdotis. Secũdo ex parte ministerij. 8. cap. ibi. Capitulũ autẽ super ea ⁊c. Circa primũ duo facit. Quia prio ostendit existentiã sacerdotij xp̃i ex promissione diuina. Secũdo ostendit necessitatẽ sacerdotij eius ibi. Talis eñ decebat ⁊c. Promissionẽ vero ostendit per illud. ps Jurauit dñs ⁊ non penitebit eũ ⁊c. Unde tria ostendit ad propositũ suũ probandũ. Primo illud quod dicit fm ordinẽ melchisedech. Secũdo illud quod dicit iurauit. ibi. Et quantũ ẽ nõ sine iureiurãdo ⁊c. Tertio illud qõ dicit. Tu es sacerdos ibi. Et alij quidẽ plures ⁊c. Circa primũ duo facit. Quia primo ostendit similitudinez ad melchisedech. Secũdo ex hac similitudie pfert sacerdotiũ xp̃i leuitico ibi. Intuemĩ autẽ ⁊c. Circa primũ duo facit. quia primo describit conditiões melchisedech. Secundo ostẽdit quomõ conueniũt xp̃o ibi. Primũ quidẽ ⁊c. Describit autẽ melchisedech. primo ex noie cũ dicit Hic autẽ melchisedech. Sic eñ nominat eũ scriptura. Heñ. 14. Ubi habẽ historia quã apostolus hic supponit. Et scõm glo. hebrei dicũt ipm fuisse Sem primogenitũ noe. ⁊ tũc quãdo abrãã habuit victoriã erat annoz ccclxxx. als. cccix. ⁊ occurrit abrae nepoti suo. Secũdo describit eũ a dignitate. Erat eñ rex ⁊ sacerdos. Quantũ ad primũ dicit. Rex salẽ ⁊c. Et scõm aliquos salem dicit hierusalẽ. Sed cõtra est hieronymus in quadã epistola q̃ vt ipe dicit nõ poterat esse q̃ et occurreret a hierusalẽ quod probat ex situ. Alij autem dicũt q̃ salem dicit ille locus de quo dicit Joh. 3°. q̃ iuxta illũ iohãnes baptizabat ⁊ menia illius loci erant adhuc tempore hieronymi. Quantũ ad secundũ dicit. Sacerdos dei summi. Antiquitus enim ille qui inter filios erat antiquioz erat sacerdos. Sed verũ est q̃ tempore abrae multuz inualuerat cultus ydolozũ. Et ideo ne credat q̃ esset sacerdos ydoloz addit dei summi scz per essentiã nõ per participationẽ vel nuncupationẽ. Deus eñ est creator oma-

niũ eoꝝ qui dicunt diȝ: siue per participationẽ: siue per errorẽ. ps. Rex magnus super oẽs deos. Esaie. 61°. Vos sacerdotes dñi vocabimini ⁊c. Tertio describit eũ ab officio. Sacerdos eñ medius est inter deũ ⁊ populũ. Debet ergo aliquid populo cõferre. scȝ spiritualia ⁊ aliquid ab ipo accipere scȝ temporalia. 1ª. coꝝ. 9°. Si nos vobis spiritualia seminauim⁹ non magnũ est si carnalia vestra metamus. Primo ergo debet exhibere ꝓhortationẽ per bona monita. Unde dicit Heñ. 14°. ꝙ quattuor reges vicerũt quinqꝫ reges ⁊ captiuũ duxerunt loth ne potẽ abrae. Isti quattuor reges sunt quattuor vitia principalia opposita quattuor cardinalib⁹ virtutibus que captiuũ detinent affectũ nepotẽ ratiõis victis quinqꝫ sensibus corꝑis Qui eñ superat ⁊ liberat affectũ debet ꝓhortari a sacerdote. Esa. 21°. Occurrẽtes sitiẽti ferte aquã. Et Esa. 35. Confortate manus dissolutas ⁊c. Scõ per sacramentoꝝ administrationẽ benedicẽdo. Unde benedixit ei. ps. Benediximus vobis in nomĩe dñi. Hoc autem fit impendẽdo sacramenta per que confortat homo in gratia. Numeri. 6. Inuocabũt nomen meũ super filios israel ⁊ ego benedicã eis. Nam deus benedicit auctoritate sed sacerdos ministerio. Et decimas scȝ ad sustentationẽ diuisit. scȝ abrãã. id est recte distribuit. Sed contra. quia vt patet Numeri. 18. Ex lege est datio decimarũ. Non ergo sunt ante legẽ. Respõdeo. Dicendũ est ꝙ cerimonialia veteris testamẽti sunt quedã determinationes preceptoꝝ iuris naturalis ⁊ preceptoꝝ moraliũ. Et ideo quantũ ad hoc ꝙ habebant de iure naturali seruabant ante legẽ tantũ ꝓ voto obseruantiũ ⁊ sine aliquo ꝑcepto. Qꝫ eñ aliquid offerat deo in recognitionẽ creationis ⁊ dominij hoc est naturale: sed ꝙ offerat vitulos vel edos hoc est cerimoniale. Similiter de iure naturali est ꝙ ministri seruiẽtes deo sustentent a populo. sicut patet Heñ. 47. ꝙ hoc seruabat etiã apud gentiles. Unde sacerdotes: quia pascebant de hozreis publicis non sunt cõpulsi vendere possessiones suas. ⁊ ideo fuerũt ante legem. Sed determinatio hui⁹ partis est per legem. Leuitī. 27. Omnes decime dñi sunt. ⁊ in huius signũ iacob ante legẽ in loco in quo postea fuit edificatũ templum vouit se daturũ decimas. ⁊ hoc specialiter. quia ad hoc dei cultus ꝓprie exhibeẽ vt significet ꝙ homo ꝙ quid habet a deo accepit ⁊ totã perfectionẽ suam ab ipo expectat. Numerus eñ denarius est perfectus: quia cõsurgit ex partib⁹ suis aliquotis: quia vnũ duo tria quattuor faciũt decem. Usqꝫ etiaȝ ad ipm ascendit numerus ⁊ oẽs alij nõ sunt nisi quedã repetitio ⁊ additio super denariũ. Omnes ergo sunt imperfecti vsqꝫ dum peruenit ad ipm. Et similiter a deo est oĩs perfectio. Ut ergo significaret ꝙ a deo est complementũ oĩs perfectionis. ideo dedit decimas. ¶ Deinde cũ dicit. Primũ qui dem ⁊c. ostẽdit similitudinẽ xpi ⁊ melchisedech. ⁊ circa hoc facit duo. Primo eñ inducit similitudinẽ quantuȝ ad conditionẽ persone. Secũdo quantũ ad sacerdotiũ. ibi. Assimilatus autẽ filio dei ⁊c. Prima in duas. quia primo ponit similitudinẽ quantũ ad ea que in scriptura cõmemorant. Secũdo quantũ ad ea que in ipa tacentur ibi. Sine patre ⁊c. In scriptura autẽ duo dicunt de ipso Primũ quidẽ nomen. scȝ melchisedech qõ interpretat rex iustĩcie ⁊ significat xpm qui fuit rex. Jere. 23. Et regnabit rex ⁊ sapiẽs erit ⁊ faciet iudiciũ ⁊ iusticiã in terra Nec solũ dicit iustus sed etiã rex iustĩcie: quia factus est nobis sapiẽtia ⁊ iusticia. 1ª. coꝝ. 1°. Aliud quod dicit de ipso est ꝓditio. Unde dicit rex salem. id est pacis hoc autem cõuenit xpo. Ipse eñ est pax nostra. Ephe. 2. Et in hoc docet apls vti interpretatiõe nominũ in predicationibus. ps. Oriet in diebus eius iusticia ⁊ abũdantia pacis. Et bene cõiungit iusticiam ⁊ pacem: quia nullus facit pacem qui non seruat iusticiam. Esaie. 32. Erit opus iusticie pax. In mundo isto gubernamur in iustĩcia: sed in futuro in pace. Esaie. 32°. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. ¶ Deinde cuȝ dicit. Sine patre ⁊c. ponit similitudinẽ quantũ ad ea que tacent de ipsoꝝ in scriptura nõ fit mentio de patre vel matre eius nec de genealogia ipius. Unde ex hoc aliqui antiqui assumpserũt materiã erroris vt quia solus deus est sine principio et sine fine dicerẽt istũ melchisedech fuisse filiũ dei. Istud autẽ damnatũ est sicut hereticũ. ¶ Unde sciendũ est ꝙ in veteri testamẽto quãdocũqꝫ fit mentio de aliqua solenni persona narrant pater ⁊ mater ⁊ temp⁹ natiuitatis ⁊ mortis. sicut de ysaac ⁊ multis alijs: hic autẽ subito introducit melchisedech. nulla penitus facta mentione de generatiõe sua ⁊ pertinẽtibus ad ipaȝ. Et hoc vtiqꝫ ratiõabiliter. Inquantũ enim dicit sine patre significat natiuitas xpi de virgine que fuit sine patre. Mat. 1. Quod eñ in ea natũ est de spiritu sancto est. Illud aũt quod est ꝓpriũ dei nõ debet attribui creature. Solius vero dei patris est esse patrẽ xpi. Ergo in natiuitate illi⁹ qui ipm prefigurabat nõ debuit fieri mẽtio de patre carnali. Item quantũ ad naturã eternã dicit. Sine matre. ⁊ hoc ne intelligas istã generationẽ esse materialẽ sicut mater dat materiã genitoꝝ sed est spiritualis sicut splendoꝝ a sole. Supra. 1. Qui cũ sit splendoꝝ glorie ⁊c. Item quãdo fit generatio a patre ⁊ matre non totũ est a patre: sed materia administrat a matre. Ad excludendũ ergo imperfectionẽ a xpo ⁊ ad designandũ ꝙ totuȝ quod habet est a patre nõ fit aliqua mentio de matre. Unde versus, Est sine matre deus. est sine patre caro. ps. Ex vtero ante luciferũ genui te. scȝ ego solus. ¶ Sine genealogia. Ex duplici rõe non ponit genealogia eius in scriptura. Una ad designandũ ꝙ generatio xpi est ineffabilis Esa. 53. Generationẽ eius quis enarrabit: Alia ad designandũ ꝙ xpus qui introducit vt sacerdos nõ pertinet ad genus leviticũ nec ad genealogiã veteris legis. Et hec est intentio apostoli. Unde subdit. Neqꝫ initiũ diei habẽs neqꝫ finem vite. Hoc autẽ dicit nõ quia xpus non sit natus in tempe neqꝫ mortuus sed ꝓpter eternã eius generationẽ in qua natus est sine initio cuiuscũqꝫ temporis. Unde. Jo. 1. In principio erat verbũ. id est tempe quocũqꝫ dato ante erat verbũ vt exponit basilius. Est eñ ante oẽs dies quia per ipm factus est mũdus cum quo inceperũt dies. Item nec finẽ vite: verũ est quantũ ad eternitatẽ. Quantũ etiã ad humanitatẽ non habet finẽ vite quia xpus resurgens ex mortuis iam nõ moritur. Rom. 6. ⁊ infra. 13. Xps ihesus heri ⁊ hodie ipe ⁊ in secula. ¶ Deinde cum dicit. Assimilatus autẽ filio dei ⁊c. ostendit similitudinẽ quantũ ad sacerdotiũ. ¶ Sciendũ est tamen ꝙ solet dici ꝙ posteriores similant priozibus ⁊ nõ econuerso. Et ideo ne credat ꝙ sacerdotiũ xpi sit posterius sacerdotio melchisedech. hoc remouet apostolus: qꝫ ⁊ si xps inquantũ homo natus sit post eũ ⁊ ex tempoze. tamen inquantũ deus ⁊ filius dei: est ab eterno. Et ideo melchisedech scõm oĩa ista assimilatus est illi qui est filius dei ⁊ hoc inquantũ manet sacerdos imperpetuũ. quod potest dupliciter exponi. Uno modo. quia nõ fit mentio de fine sacerdotij eius: nec successore ipius. Osee. 32°. In manibus prophetarũ assimilatus sum. Item est sacerdos imperpetuũ: quia figuratũ eius scȝ sacerdotiũ xpi imperpetuũ est. Unde ⁊ in scriptura pluries repetit ritu perpetuo. Exod. 27. Cultus perpetuus erit. Leuitici. 24°. Cultu rituqꝫ perpetuo quia illud qõ figurabat per istud perpetuũ erat. Per hoc eñ apostolus cõtinuat sequentia ad precedentia.

Explanatio sancti Thome

Lectio secunda.

Intuemini autem quantus ... hic: cui & decimas dedit de precipuis abraam patriarche. Et quidem de filijs leui sacerdotiũ accipientes mandatum habent decimas sumere a populo scõm legem. id est a fratribus suis quanꝯ & ipsi exierint de lumbis abrae. Cuius autem generatio nõ annumeratur in eis: decimas sumpsit ab abraã: & hunc qui habebat repromissiones benedixit. Sine vlla autem contradictione quod minus est a meliore benedicitur. Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt. ibi autem cõtestatur quia viuit. Et vt ita dictum sit: per abraam & leui qui decimas accepit: decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat: quando obuiauit ei melchisedech.

Supra ostendit apostolus quomodo melchisedech assimilatus est filio dei: hic ostendit preeminentiã sacerdotij melchisedech ad sacerdotiũ leviticũ. Et circa hoc facit duo. Primo enim excitat attentionẽ. Secũdo ostendit propositũ. ibi. Et quidẽ de filijs leui &c. Excitat autem ipos quia grandia & maxima dicturus erat. Prouer. 8. Audite me: quia de rebꝰ magnis locutura sum. Et ideo dicit. Intuemini. id est diligenter cõsiderate quãtus. id est ꝙ magne dignitatis sit ille cui abraã patriarcha decimas soluit. & hoc de precipuis. Malach. 1°. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculũ et votũ faciens immolat dño debile. Dicit autẽ abraam patriarcha. id est princeps patrũ: nõ quia non habuerit patrem sed qz sibi facta est ꝓmissio de paternitate gentiũ. Heñ. 17. Eris pater multarũ gentiũ &c. Eccl. 44°. Abraam magnꝰ pater multitudinis gentiũ &c. Roñ. 4°. Patrẽ multarũ gentiũ posui te ante deũ cui credidisti &c. ¶ Deinde cũ dicit. Et quidem de filijs &c. ostendit preeminẽtiã sacerdotij melchisedech ad leviticũ. Et circa hoc facit duo. Primo ostendit propositũ. Secũdo ex hoc cõcludit intentũ. scz ꝙ sacerdotiũ xpi prefert sacerdotio leuitico ibi. Si ergo cõsumatio &c. Iterũ prima in duas quia primo ostendit ꝓpositũ. Secũdo remouet quandã responsionẽ ibi. Et vt ita dictũ sit &c. Prima iterũ in duas. Primo ostendit preeminentiã quantũ ad id in quo ipe visus est sacerdotio suo. Secũdo quantũ ad conditionẽ sacerdotij ibi. Et hi quidẽ decimas &c. Ad sacerdotẽ vero duo pertinẽt vt dictũ est supra. scz accipe & benedicere. Duo ergo facit. Quia primo ostendit excellentiam quantũ ad acceptionẽ decimarũ. Secũdo quantũ ad benedictionẽ ibi. Et hũc qui habebat &c. Circa primuz adhuc duo facit. quia primo ostendit quibus cõpetit accipere decimas. Secũdo quomõ hoc excellentius faciebat melchisedech ibi. Cuius autẽ generatio &c. Dicit ergo. Et quidẽ accipientes sacerdotiũ de filijs leui &c. In hoc ostẽdit quibus cõpetit accipere decimas quia sacerdotibꝰ. Sciendũ est autẽ ꝙ illi de tribu leui erãt deputati diuino cultui. Inter ipos autẽ soli illi de stirpe aaron erant sacerdotes. Exo8. 28°. Applica aaron &c. Et isti quia per aaron erãt de tribu leui sumebãt decimas. Sz contra. Ergo scõm hoc soli sacerdotes accipiebant decimas. qõ est contra illud Numeri. 18°. Filijs leui dedi omnes decimas israelis. Respondeo. Dicendũ est ꝙ leuite nõ accipiebãt eas nisi quia ministrabãt sacerdotibꝰ Et ita nõ ꝓpter se sed ꝓpter sacerdotes dabanꝫ eis. Itẽ leuite accipiebãt decimas decimatas. sicut Nume. 18. & ita soli sacerdotes accipiebãt & non soluebãt. Secũdo ostendit quo iure accipiebãt quia ex mandato legis. Vn de dicit. Mandatũ habent decimas sumere. ¶ Contra. Si hoc est mandatũ legis cũ seruare mandata legis modo sit peccatũ. videꝫ illicitũ modo dare vel accipere decimas. Respondeo. Dicendũ est ꝙ in lege fuerunt quedã pure cerimonialia sicut circũcisio imolare agnũ & hmõi. Et ista quia erãt figuratiua tantũ: non licet modo seruare. Erant enim figura futuri. Unde qui modo seruaret significaret xpm adhuc futurũ. Quedam vero erãt pure moralia & ista modo seruãda sunt. Et de talibus fuit datio decimarũ sicut supra dictũ est. Tamen decimatio et in lege data est & in nouo testamento Math. 10. Dignꝰ est operarius cibo suo. Luce. 10. Dignus est operarius mercede sua. Sed determinatio talis portiõis est ab ecclesia sicut & in veteri testamento fuit ex lege. Alia vero fuerũt partim cerimonialia & partim moralia sicut iudicialia. & ista quantũ ad id ꝙ cerimonialia sunt non licet ea seruare: sed quantũ ad morale debẽt. tamẽ non est necesse in ꝓpria forma seruari. ¶ Alia obiectio: quia si esset mandatũ & adhuc est. Ergo peccat qui nõ accipit. et peccãt vbi nõ accipiunt. Respondeo. Dicendũ est ꝙ ali qui dicũt ꝙ nulli licet abrenũciare iuri accipiendarũ decimarũ: sed bene licet dimittere vsum accipiẽdi ꝓpter scandalũ. & hoc exemplo apostoli qui sumptus nõ accipiebat ab aliquibus. Et sic dicũt mandatũ esse ꝙ iuri non renũcient. Melius tamẽ dici potest ꝙ nõ est intelligendũ ꝙ eis ꝓceptũ sit sumere sed ꝓ se habẽt introductũ hoc mandatũ ꝙ accipere possint & alij teneanꝫ reddere. ¶ Tertio ostendit a quibus accipiebant: quia a populo scz a fratribus suis scõm legez. quanꝯ ipi leuite exierint de lumbis abrae. Quia enim aliquis possz dicere ꝙ sicut melchisedech accepit decimas ab abraã: ita leuite a filiis eius. Ergo non preferꝫ illud sacerdotiũ isti. ideo hoc excludit & dicit ꝙ ipimet leuite erant de semine abrae & sic erãt inferiores eo cui decias soluerũt scz abraã. ¶ Deinde cũ dicit. Cuius autẽ generatio &c. ostendit quomõ excellentius ꝙueniebat melchisedech accipere decimas quia nec ipe erat de genere abraã. vnde generatio eius nõ annumeraꝫ cum eis scz leuitis. Item ex mãdato legis licebat eis sumere decimas. & sic eoz sacerdotiũ erat subiectũ obseruãtijs legis: sed ille nõ ex mandato cuiuscũq; legis: sed per se sumpsit decimas. Ideo sacerdotiũ eius erat figura sacerdotij xpi. qõ non est subditũ legi. Item ipi accipiebãt a populo infimo. scz a fratribus. ille aũt a sũmo. scz ab abraã. ¶ Deinde cũ dicit. Et hũc qui habebat &c. ostẽdit excellentiã eiꝰ ex parte benedictõis. & est sua ratio talis Heñ. 14. dicit ꝙ melchisedech benedixit abrae Et maior est qui benedicit illo cui benedicit. ergo &c. Et ideo dicit ꝙ melchisedech ipe benedixit abraam qui habebat repromissionẽ. Contra. infra. 11. Non acceperũt repromissionẽ &c. Respondeo. Dicendũ est ꝙ nõ accepit abraã repromissionẽ. id est rem ꝓmissam qz non fuit eam cõsecutus. habuit tamen ipaz in fide & spe & ad ipm specialiter facta est repromissio. ¶ Deinde cũ dicit. Sine vlla autẽ contradictiõe &c. ponit minorẽ sue rationis. Sed hic sunt tres obiectiões. Prima est de hoc ꝙ dicit ꝙ minor a maiore benedicit. Et ex isto loco paupes lugudunẽses dicũt ꝙ quicũq; iustus maior est peccatore. & sic iustus laycus nõ benedicit a malo sacerdote: sed ecõuerso. Unde volũt ꝙ omnis iustus est sacerdos. & nullus peccator est sacerdos. Respõdeo. Dicendũ est ꝙ iste error nimis perniciosus est: qz si bonitas ministri

requirat ad collationē sacramēti in quo est ipa salus. seq̄ quit q̄ nullus sit certus sue salutis: nec sciret se recte baptizatū: quia non potest scire si sacerdos sit iustus. Nullus etiā poterit esse minister: quia nemo scit vtrū odio vl amore dignus sit Eccl. 9. Et ideo dicendū est q̄ aliquis potest aliquid facere dupliciter. Aut auctoritate ꝓpria. aut auctoritate alterius. Quādo aūt auctoritate ꝓpria tunc requirit q̄ sit iustus. Sacerdos autē tantū est minister. Unde nō agit nisi in virtute xp̄i. 1. cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros xp̄i ⁊ dispēsatores mysteriorū dei. Et ideo nō nocet siue bonus siue malus fuerit. quia xp̄us est qui in ipo benedicit. ⁊ sine vlla contradictiōe qui benedicit maior est. Secūda obiectio est. quia cum xp̄s sit maior omni sacerdote quomō potest corpus xp̄i a sacerdote cōsecrari? Respondeo. Dicendū est q̄ sacerdos benedicit materiā non autē corpus xp̄i. Item nō agit auctoritate ꝓpria: sed auctoritate xp̄i qui inquantū deus maior est corpore suo. Item tertia obiectio est quia non videt verū q̄ maior benedicat semper minorē: quia papa consecrat ab episcopo. ⁊ archiepūs a suffraganeo qui tamē sunt minores. Respondeo. Dicendū est q̄ nec episcopus cōsecrat papā, nec suffraganei archiepiscopū sed hūc hominem vt sit papa vel archiepūs. Item facit hoc vt minister dei qui maior est q̄ papa. ¶ Deinde cuz dicit. Et hoc quidē ꝛc. ostendit preeminentiā sacerdotij ex parte sacerdotis ex cōditione ipius: ⁊ facit talē rationē. Illud est excellentius qō nō corrumpit: sed in sacramento leuitico homines morientes. id est per mortē succedentes accipiunt decimas. sed ibi. id est in sacerdotio melchisedech ꝓtestat scriptura quia viuit. id est nō facit mentionē de morte eius. nō quia nō mortuus sit: sed q̄ significat sacerdotiū quod manet in eternū. xp̄us em̄ resurgens ex mortuis iam nō moritur. Rom. 6. ⁊ Apoc. 1°. Fui mortuus ⁊ ecce sum viuus ꝛc. ¶ Consequēter cū dicit. Et vt ita dictum sit ꝛc. respondet cuidam obiectiōi. Posset enim dici verū est q̄ melchisedech maior est q̄ abraā qui ei dedit decimas: sed leui est maior q̄ melchisedech. Et ideo dicit apostol⁹ q̄ hoc non valet. quia vt ita dictū sit per abraā. id est mediante abraā ⁊ leui decimatus est ab eo supple qui decimas accepit. id est a melchisedech. Et sic adhuc est ipe maior q̄ leui. ¶ Sed cōtra si alicui⁹ episcopi pater dat decimas non tamen propter hoc oportet q̄ episcop⁹ sit minor illo qui decimas recipit. Ergo nec similiter in ꝓposito. Respondeo. Dicendū est q̄ nō est simile: quia tota dignitas illius generis etiam sacerdotū erat ex abraā. non autē sic est de ipso q̄ tota dignitas eius ex xp̄o est non ex patre suo. ¶ Deinde cū dicit. Adhuc em̄ in lumbis ꝛc. manifestat quod dixerat ⁊ dicit q̄ leui adhuc erat in lumbis abraā quando dedit decimas melchisedech q̄ occurrit sibi. ⁊ sic abraam decimato: decimatus est etiā leui. ¶ Sed contra. q̄ sic etiā erat xp̄us in lumbis eius sicut ⁊ leui. Matth. 1°. Filij dauid: filij abraam. Et ideo si ꝓpter hoc maior est melchisedech q̄ leui: quia leui fuit decimatus non videtur ratio quare xp̄us non fuerit decimatus. et sic adhuc melchisedech maior xp̄o erit. Et eadē difficultas est de peccato originali: quia vt dicit Rom. 5°. In quo oēs peccauerūt. id est in adam. Et ideo videt q̄ xp̄us qui eodem modo fuit in ipo sicut nos ipm peccatū originale cō traxerit. Respondeo dicendū est q̄ totū hoc intelligitur in his qui in abraā siue in adam fuerunt sēm rationē seminalē ⁊ corpulentā substantiā quomodo xp̄us non fuit ibi: sed tantū sēm corpulentā substantiā: xp̄us enim fuit cōceptus quo ad corpus de materia purissima ⁊ sanctissima beate virginis. vt habet declarari. tertio sententiarum. tertia distinctiōe.

Lectio tertia.

Si ergo consumatio per sacerdotiū leuiticum erat. populus enim sub ipso legem accepit: quid adhuc necessarium fuit scōm ordinem melchisedech alium surgere sacerdotem ⁊ non scōm ordinem aaron dici? Translato enim sacerdotio necesse est ⁊ vt legis translatio fiat. In quo enim hec dicuntur de alia tribu est: de qua nullus altario presto fuit. Manifestum est enim q̄ ex iuda ortus sit dōs noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus moyses locut⁹ est. Et amplius adhuc manifestum est si scōm similitudinem melchisedech exurgat alius sacerdos qui non scōm legem mādati carnalis fact⁹ est: sed scōm virtutē vite insolubilis. Contestatur enim: quoniaz tu es sacerdos in eternū scōm ordinem melchisedech. Reprobatio quidem fit precedentis mandati: propter infirmitatē eius ⁊ inutilitatem. Nihil enim ad perfectū adduxit lex Introductio vero melioris spei per quam proximamus ad deum.

Supra probauit ap̄lus preeminentiā sacerdotij melchisedech ad leuiticū: hic ex eodem cōcludit excellentiā sacerdotij xp̄i respectu sacerdotij leuitici. Sicut etiā supra dictū est a principio huius septimi capituli apostol⁹ per tria in auctoritate psalmiste ꝓbat propositū suū. Et primo per illud scōm ordinē melchisedech. Probauit ergo preeminentiā melchisedech ad leui. Et ideo scōm ordinez sacerdotij melchisedech probat preeminentiā xp̄i ad sacerdotiū leuiticū Unde facit hic magnā vim de isto verbo scōm ordinē. Et facit duas rationes quarū vna cōcludit q̄ sacerdotiū xp̄i preferēt sacerdotio leuitico. Secūda q̄ etiā euacuat illud ⁊ illam ponit ibi. Et amplius adhuc manifestū est ꝛc. In prima ratiōe que est cōditionalis ponit duo antecedētia ⁊ per ꝓsequens duo ꝓsequētia ibi. Quid adhuc ꝛc. ⁊ ratio sua talis est. Si sacerdotiū leuiticū fuisset perfectū per cuius ministeriū erat administratio legis nō fuit necessariū q̄ surgeret alius sacerdos scōm aliū ordinē per quē etiam alia lex ministraretur sicut per leuiticū lex vetus. Sed surgit alius sacerdos scōm aliū ordinē. scz scōm ordinē melchisedech. Ergo illud imperfectū erat. Sicut ergo surgit sacerdotium ita necesse est surgere aliā legem. ¶ In ista ratiōe manifestū est q̄ sunt duo antecedētia. Unū pertinet ad sacerdotiū. aliud ad legem. Dicit ergo quantū ad primū antecedēs q̄ si esset cōsumatio per sacerdotiū leuiticū. Quātum vero ad secundū dicit: q̄ si per sacerdotiū lex administrarēt. quod ꝓbat quia sub ipo. id est per eius administrationē populus legē accepit nō q̄ sacerdotiū precederet legē: sed magis econuerso. Unde istud secundū antecedēs ponit ibi cū dicit. Sub ipso em̄ ꝛc. Malachie. 2. Labia sacerdotis custodiūt scientiā ⁊ legem de ore eius requirēt. Facit autē mentionē specialiter de sacerdotio: vt trāsferat se ad legē que per officiū sacerdotale administrabat. Non em̄ vt dicit glo. potest esse sacerdos sine testamēto ⁊ lege ⁊ preceptis. Sacerdotiū vero nō cōsumabat. i. perficiebat. Tota em̄ perfectio sua erat per legem quā administrabat. Sed vt iam dicēt nullū ad perfectū

tionem. Sed in tabernaculo versus occidentē spacio decem cubitoꝝ longitudinis. ⁊ decem latitudinis appēdebaꝫ ꝙ velū sup q̄ttuor columnas ⁊ istud diuidebat partem vnam decem cubitorum ab alia. xx. cubitorū. Pars autē. xx. cubitorum dicitur sancta. ⁊ tabernaculum p̄mū sed illa decem dicunt̄ sanctasanctorum. ⁊ tabernaculum secundum. Ista distinctio dupliciter potest exponi. Uno modo quia ea que fuerunt in veteri testamento fuerunt figura noui testamenti. Nouū etiaz est figura celestis patrie. Sic ergo ꝙ primum tabernaculū vetus testamentū ⁊ per secundum nouū. Alio modo ꝙ p̄mum tabernaculum p̄sens ecclesia. ꝙ secundū celestis gloria. Inquantum ergo significat vetus testamentuz est figura figure. sed inquantū significat p̄sentē ecclesiam que adhuc significat futurā gloriā est figura veritatis q̄tuz ad vtrūq; Circa hoc ergo duo facit. qz p̄mo describit illud qō erat in p̄mo. Secundo illud quod erat in secundo. ibi. Post velamentum autē ⁊c. In p̄mo autē tria erant scz candelabrum aureum ad meridiem quod ita erat factum. Ex vno em̄ longo hastili procedebant sex calami q̄si sex brachia scz tres a dextris ⁊ tres a sinistris. Et sic in s̄ūmitate erant septem rami ⁊ in quolibet erat vna lucerna que ardebat. Item in quolibet calamo erant quattuor scz calamus qui erat ex tribus partibus quasi tribus petijs scz cyphi: sperule: ⁊ lilia: quia ibi due partes iungebantur In fine cuiuslibet partis erat quasi quidā cyphus in quo duo cyphi iungunt̄ in nucis modu ⁊ due sperule volubiles ⁊ duo quasi folia lilij hinc ⁊ inde. Itē in parte aquilonari erat mensa aurea in modū altaris sup quam ponebant̄ in sabbato. xij. panes calidi ⁊ sup quemlibet thus lucidum in patena aurea. Et stabant illi panes qui dicebant̄ ꝓpositionis vsq; ad diē sabbati vbi oportebat illos amoueri ⁊ reponebant̄ alij loco illorum. Item in medio erat altare aureum ad adolendum thymiama boni odoris ⁊ hoc ad ir̄am ne domus feteret ꝓpter multitudinez immolaticij sanguinis. Per candelabrū autē qō illumiat ⁊ per mensam designaꝫ ad ir̄am ꝙ qui altari seruit de altari viuat. Dicit ergo tabernaculuz prius id est anterior pars tabernaculi facta est in quo erat candelabruz quod vnum erat quātum ad substantiam sed plura quantū ad ramos ⁊ hoc ad meridiem. ⁊ mensa ad aquilonem. ⁊ ꝓpositio panum id est panes propositionis per ypallagen sicut pflauit fistula buccas. ⁊ illa ps dicit̄ sancta. De hoc habeꝫ diffuse Exo. 25. 26. et. 27. ¶ Deinde cum dicit. Post velamentum ⁊c. Describit ea que erant in secūdo tabernaculo scz archa testamenti de lignis setbin imputribilibus circumtecta ex omni parte id est tam intus q̄ extra auro In archa aūt erāt tria: scz vna aurea hns mā na. ⁊ hoc in memoriā iliius beneficij eis prestiti. Exo. 16 Et virga aaron que florzuit Numeri. 17. In memoriam sacerdotij aaron ne alius extraneus p̄sumeret accedere Et tabule testamēti. Exo. 25. In memoriā legis. Itē super archā erant duo cherubin qui tangebant se duab⁹ alis. et tangebant alijs duabus latera tabernaculi. Inter duas aūt alas quibus tangebant se erat tabula aurea eius longitudinis ⁊ latitudinis cuius et archa scz duoz cubitorum in longitudine cubiti. ⁊ semis in latitudine. ⁊ erat supereminens que dicebaꝫ ꝓpiciatorium. Unde erat quasi sedes dequa deus exaudiret ad repropiciandum populo. ps̄. Qui sedes super cherubin ⁊c. Archa vero erat quasi scabelluz pedum. Illi duo cherubin versis vultibus ad seipsos respiciebant. Hic autē addit apostolus quartum scz thuribulū aureū de quo dicunt aliq; ꝙ erat altare inter sancta vt dictuz est. In sancta qō erat exterius introibant sacerdotes omni die ad expletionez mysteriorum. sed in sanctasanctoꝝ sacerdos s̄ūm⁹ semel in anno cum sanguine. et tunc implebat thuribulū illud thymiamate ita ꝙ ex fumo ascenderet nebula que operiret sanctasanctoꝝ ne possent videri ab his qui extra erāt Ista q̄ sunt illa que erant post velamentū qō erat p̄m qō dicit̄ sanctasctoꝝ ꝓ dignitate. sicut dicit virgo virginuz anthonomasice. aureuz hns thuribulū et archa in q̄ erat vna ⁊c. sup quam scz archā non ꝙ haberet sup eam pedes scz alas tm̄. cherubin glorie id est gloriose facta obūbrantia scz ꝓpiciatoriū alis suis. de quibus omnib⁹ nō est modo dicendū id est prosequendū ꝓ singula. Sed cōtra q. 3. Reg. 8. dicit̄ ꝙ in archa nē est aliud nisi due tabule. Respondeo. dicendū est ꝙ verū est ex p̄ncipali intentione. qz ad hoc fuit archa p̄ncipaliter facta sicut patet Exo. 25. ¶ Quid autē ista significent Sciendum est ꝙ omnes cerimonie legis ordinabant̄ ad vnum s̄m statuz illum. ad aliud vero fuit ꝙ erant figuratiua aut scz representabant christum. Quo ad primū oia instituta fuerūt ad representandū magnificentiā dei. Illa autē non representabant̄ nisi in effectibus. Isti autē effectus habent q̄si duplex seculum. Unum supius scz substantiaꝝ incorporearum. ⁊ istud representat̄ per sanctasanctoꝝ. Aliud est istius mundi inferioris sensibilis. ⁊ istud representat̄ ꝙ sancta. In mundo autē superiori sunt tria. scz deus: rationes rerum: ⁊ angeli. Deus autē oīno est incomp̄hensibilis. et ideo erat sedes sine sedente. quia non potest cōprehendi a creatura nisi ex effectibus. Illa autem sedes erat ꝓpiciatorij vt dictum est. ¶ Angeli autē significātur ꝙ cherubin ꝓpter sapientiā. Unde ⁊ p̄hi angelos dicunt substantias intellectuales. Erant autē duo ad designandū ꝙ non erant ibi positi ad colendum. qz dictum erat eis. Deut. 4. Audi israel dns deus tuus vnus est. ¶ Q̄ respiciūt iis ꝓpiciatorij. designat ꝙ nunq̄ recedūt a contemplatione dei Matth. 18. Angeli eorum in celis semp vident faciem patris ⁊c. ¶ Rationes rerum signātur ꝙ archā. Illa vero q̄ sunt in hoc mundo vel ptinent ad sapientiā que ꝙ tabulas significaꝫ. Uel ad potentiaz q̄ ꝙ virgam. Uel ad bonitatē q̄ ꝙ mānа qō erat dulce. qz quicq̄d est dulcedinis in creatura totū est ex bonitate dei Quia vero rationes rerū q̄ sunt intelligibiliē in deo sunt sensibiliter in creaturis corporalib⁹. Ideo sicut in tabulis erat lumen intellectuale. ita in sanctis erat lumē corporale. Ibi manna: hic panes. Ibi virgā hic altare qō ꝙ tinet ad officiū sacerdotis. ¶ Sed in q̄tum ꝙ ista figura baꝫ christus oīa ista inuenit̄ in ipso. Et p̄mo q̄tū ad sancta. Ipse em̄ est candelabrū luminis Jo. 8. Ego sum lux mundi. In isto sunt sex ordines. tres a sinistris scz ꝙfecti veteris testamēti. et tres a dextris scz noui testamēti. Isti designant̄ Ezech. 14. per noe ꝓbati. per daniel cōtēplatiui. ꝙ iob actiui. Isti calami lumē accipiūt ⁊ infundunt quia sicut dicit̄ 1. Pe. 4. Unusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrātes. Cyphi sunt ꝓpinantes potum sapientie. Sperule ꝓpter promptitudinez obedientie. Lilia ꝓpter finem vite eterne. Septē lucerne sunt septem dona spūssancti. ¶ Item christus ē mēsa refectionis. Duodecim panes sunt doctrina duodecim apostolorū ⁊ successorum suorum. Qui ponuntur in sabbato spei vsq; ad sabbatum spei. et si interim vnus remouetur per mortem: alter substituitur. Sed in magno sabbato remouebunt̄ omnes. ¶ In interiori erat ꝓpiciatorium ⁊ christus est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris. 1. Jo. 2. Duo angeli sunt duo testamenta concorditer xp̄m respicientia. Dei oīes angeli christo seruientes concorditer ⁊ vnanimiter Matth. 4. Accesserunt angeli ⁊ ministrabant ei. Dan̄. 7. Milia miliū ministrabant ei. 8. 1. Oēs sunt admīstratorij spūs. Ipsi desiderant in xp̄m

pspicere. i. ꝓpe. i. Item obumbrant ꝓpiciatoꝛium id ē xp̄i ecclesiam custodiunt. Vel qz ipsoꝝ ministerio fiebant visiones ⁊ apparitiones in quibus obumbratorie figurabat̄ christus Archa aurata de lignis sethin est caro christi pura ⁊ pretiosissima. que et dicit̄ vna aurea ꝓpt̄ sapientiā plena dulcedine diuinitatis. Tabule sunt ei⁹ sapientia. Virga est sacerdotium eius eternum. Vel virga est potestas christi. Mana dulcedo gratie que datur p sacerdotium xp̄i. vel per obedientiam mandatoꝝ sicut homo obedit potestati. Sed quia nullus habet sic gratiam quin peccet excepto christo ⁊ matre eius. Ideo necesse est habere ꝓpiciatoꝛiū. Sciendū est aūt q glo. sup̄ lo cum istū multū diffuse ista exponit.

Lectio secunda.

His vero ita compositis in priori quidez tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. in secundo autez semel in anno sol⁹ pontifex non sine sanguine quē offerret pro sua et populi ignorātia: hoc significante spiritusancto: nondum propalatam esse sanctorum viam adhuc priore tabernaculo habente statum. Que parabola est temporis instantis iuxta quam munera ⁊ hostie offeruntur: que non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem: solūmodo in cibis ⁊ potibus ⁊ in variis baptismatib⁹ ⁊ iusticijs carnis vsq; ad temp⁹ correctionis impositis.

Supra descripsit apostolus ea que pertinent ad vet⁹ testamentum q̄tum ad dispositionē tabernaculi: hic p̄sequit̄ de officio ministrorum. Et p̄mo de his que spectāt ad sancta. Secō aūt de his que spectāt ad sanctasanctoꝝ ⁊c ibi. In secūdo autē ⁊c. Ad intellectū autē ist̄e huius sciendum est q sicut supra dictum est in parte anteriori ipsius tabernaculi circa medium erat altare thymiamatis vl̄ incēsi qō idē est ⁊ cādelabꝝ. Ex parte v̄o meridionali ⁊ ex opposito mensa ꝓpositiōis. Sacerdos ergo quolibet die mane ⁊ vespere intrabat sancta ꝓpter duo. scz ad parandū lucernas ⁊ ad adolendū thymiama vt lumen ⁊ bon⁹ odor iugiter esset in sanctis. Dicit ergo. His scz que pertinent ad speciez tabernaculi ita dispositis id est ordinatis quottidie mane scz ⁊ sero intrabant sacerdotes consūmantes officia sacrificiorum. non tamē q in sancta sacrificarent. qz sacrificabāt sup̄ altare holocaustoꝝ qō erat ante fores tabernaculi sub diuo. sed adolet̄one thymiamat̄ ⁊ deuotionē offerētiū vocat sacrificiū ¶ Deinde cum dicit. In secundo autē ⁊c. ponit officiū ministrorum q̄tum ad sanctasanctoꝝ. Circa quod sciendum est q sicut dicit̄ Leuit. 16. Sūmus sacerdos in die expiationis q̄ fiebat decima die septimi mēsis scz septēbris qui septimus est a marcio nostro qui apud hebreos concurrit p parte cum aprili in quo inciplūt anni. Exo. 12. Mensis iste p̄ncipium vobis mensiū p̄mus erit in mēsibus anni. ipsi em̄ incipiūt mensem in lunatione q̄ semp incipit in martio nisi impediat emboliſmus. offerebat p se ⁊ tota domo sua vitulum ⁊ hircū p peccato populi. ⁊ istis immolatis accipiebat de sanguīe ipsoꝝ ⁊ implebat thuribulum prunis altaris holocaustoꝝ qō erat in atrio ante fores tabernaculi ⁊ cum oīb⁹ his intrabat in sanctasanctoꝝ ⁊ cum sanguine expiabat tabernaculū aspergendo sanguinē contra velum ⁊ post egrediebat̄. Et cuz eodez sanguīe liniebat coznua altaris thymiamat̄. Hoc autē semel in anno faciebat. Unde dicit. In secundo aūt scz tabernaculo qō dicit̄ sanctasanctoꝝ semel in anno intrabat solus pontifex. Glosa dicit q pluries poterat sine sanguine ſz non cum sanguine nisi semel. De hoc tamē non habeb̄ nisi tantū quādo mouenda sunt castra. qz tūc intrabant aaron ⁊ filij eius ⁊ inuoluebant ⁊ dispensabāt onera leuitatum sicut patet Numeri. 4. Semel tñ in anno intrabat sūmus sacerdos solus cū sanguine qñ offerebat p sua et populi ignorantia id est p peccatis nostris puer. 14. Errant qui operantur malum. Oīs em̄ malus ignorat vt habeb̄. 3. ethicoꝝ. De hoc habeb̄ Leuit. 16. vbi traditꝝ ritus iste. ¶ Mystice vero q primū tabernaculum designat̄ p̄sens ecclesia in qua fideles debent seipsos sacrificare. Ro. 12. Exhibeatis corpora vr̄a hostiam viuentē sanctaz deo placentem. ps. Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus. Item debent sacrificare sua in elemosynis. infra. 13. Talibus em̄ hostijs ꝓmeret deus. Sed in sanctasanctoꝝz id est in patriam celestem intrat solus pontifex scz xp̄s in anima ⁊ corpore. ¶ Tamē ꝓm l̄ram intētio apostoli est q p sancta intelligāt vetus lex. per sanctasanctoꝝ status noui testamenti ⁊ celuz. qz per nouam legez intrat in celum. Et ideo subdit. Hoc significante spū ⁊c. Ubi exponit quid significat q hoc. Et primo q̄tum ad vetus testamentū. Secundo q̄tum ad nouum ibi. Christus autē assistens ⁊c. Item in p̄ma parte p̄mo ponit officiū ministroꝝ q̄tū ad p̄mū. Secūdo subdit positionis rationem ibi. Juxta quam munera ⁊c. ¶ Sciendum aūt q in p̄mo intrabant sacerdotes quottidie: ſz in secuudo quod erat vltra velum non nisi pontifex sol⁹ semel in anno. Unde q̄tum ad ministros illos erant ibi duo. Unū q in p̄mo quottidie intrabāt. Aliud q scōm erat eis velatum. Unde interpositio veli significat q celestia erant eis velata. Item q non intrabant significat q vetus testamentum nō est via intrādi celum ante aduentum xp̄i. Dicit ergo. dico q hoc sic perfectū est hoc significante spūsancto. 2. ꝓpe. 1. Non humana voluntate allata est aliquando ꝓphetia: sed spūsancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Et hoc est cōtra hereticos qui dicunt vetus testamentum non esse a spūsancto: sed a deo malo. ¶ Quid significante? Nondū ꝓpalatā esse sanctorum viam adhuc p̄riore tabernaculo id est veteri testamēto significato per primū tabernaculū habente statum. Durante em̄ veteri testamento via sanctoꝝ scz xp̄s qui dicit. Jo. 14. Ego sum via. Nondum venerat. ipse em̄ est hostium p qō patet introit⁹ in sanctasanctoꝝ. Jo. 10. Ego sum hostium. Sed non erat ꝓpalatus quia adhuc latebat sub figuris l̄re obumbrat⁹ Infra. 10. Umbrā habens lex futuroꝝ. ⁊c. ¶ Que pabola est instantis id ē p̄sentis temporis. Vel instantis id est ducēs nos ad ea que contingunt in p̄senti tempore. ¶ Deinde cū dicit Juxta quam ⁊c. ponit rationem quare durante statu veteris legis non patebat introitus in sanctasanctoꝝ. In illa em̄ sancta nullus intrat nisi perfectus. Esa. 35. Via sancta vocabit̄ non transibit per eam pollutus. Et ideo vbi non erat mūdatio ⁊ perfectio nec erat introitus in illa. Sed vetus testamentū nō poterat perfectū facere seruientem: quia nondum erat oblatū sacrificium satisfaciens p peccato totius humani generis. Et ideo dicit. Juxta quam scz vel parabolam vel figuram offerūtur munera ⁊ hostie. Quod refertur ad illud quod dicit sanctificiorum officia consūmantes: quia oblationes ⁊ munera que sunt de hoīb⁹. hostie aūt que tñ sūt de aīalib⁹ non offerebant in sanctasanctoꝝ. sed in sanctis vel ad

fores tabernaculi. Ista autē non poterant mundare. qz non possunt facere perfectum seruientem seruituti latrie que pertinet ad cultum diuinum. Perfectuz dico iuxta conscientiā. Est enim dupler mundatio. Una a macula: z reatu peccati. Et hec est quantū ad conscientiam. Hoc non potest lex. infra. 10. Impossibile ē sanguine thaurorum z hircorum auferri peccata Esa. 1. Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Mich. 6. Nūquid placari potest deus in milibus arietum aut in milibus hircorum pinguium. Alia mundatio erat ꝑtum ad culturam vt scz liceret eis ministrare in illis sacrificiis. Et sic mundabat. Sed nunquid in veteri lege nō fuerunt multi perfecti? Et videt ꝙ sic. Dictum est ēm abrae Gen. 17. Ambula coram me z esto perfectus. Moyses etiā z multi alij valde sancti z perfecti fuerunt. Respondeo. dicendū est ꝙ licet tūc multi perfecti z sancti fuerint: hoc tamē fuit ex operibus legis. supra. 7. Nihil ad perfectū adduxit lex. Sed hoc fuit per fidem christi Gen. 15. Credidit abraaz deo et reputatum est illi ad iusticiam. Hoc ergo non erat virtute cerimoniaꝝ legalium. Unde frequenter ibi dicit Orabit ꝓ eo sacerdos z dimittet illi Leuit. 5. et in multis alijs locis. Q̄ ergo mandaret hoc erat ex fide. Sed in nouo testamento dicit. Matth. vltimo. Qui crediderit z baptizatus fuerit saluus erit. Sine sacramentis ēm noue legis non est salus. Jo. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua z spūsancto ꝛc. Sz q̄re nō mūdabāt ꝓscias qz cōsistebant in cibis z potib⁹. pctīm vero ē in conscia. Illud aūt qō est pure corporale nō mundat animā: qz non agit in animā. In sacrificijs aūt illis erant cibi et potus z cetera que pertinent ad corpus. z ideo non poterant mundare conscientiā. Dicit ergo in cibis z potibus id est in discretione ciborum z potuū interdictoruz in veteri lege qz abstinere ab his non mundat conscientiam vel vt hoc referatur ad vsuz sacrificioꝝ. quia comedebant a sacerdotibus illa que offerebant ꝓ peccatis et ab alijs q̄ ꝓ alijs Ista ēm non mundabant conscientiā Jere. 11. Nunquid carnes sancte auferēt a te malicias tuas. ¶ Et varijs baptismatibus id est lotionibus. quia sicut dicit Matth. 7. Judei seruabat baptismata calicū z vrceorum z a foro redeuntes non comedūt nisi baptizent. Contra quos dicit dñs Mat. 23. Ue vobis scribe z pharisei ypocrite qui mundatis qō deforis est calicis z parapsidis. intus autē estis pleni rapina z immundicia. Verūtamen aplus non loquit hic de superstitionib⁹ phariseoruū. z ideo oportet currere ad alias lectiones preceptas in lege sicut est de aqua in qua lauabant sacerdotes z de aqua purificationis in mundatione leprosi vel polluti. Unde frequenter dicit. Lauabant vestimenta sua ꝛc. Et hec dicuntur hic baptismata. ¶ Et iusticijs carnis. hoc addit vniuersaliter de oībus. Uocat ista cerimonialia iusticias carnis id est carnales: qz pertinebāt tm ad corporalem mūdiciam. nec erat in eis aliqua virtus spiritualis. Et ne aliqs dicat quare ergo instituta sunt si non poterant ꝓficere. qz iam videret ꝙ deus ea inutiliter instituerit. Hoc remouet cum dicit. Usq; ad tempus correctionis impositis. Quasi dicat. Hoc verum est ꝙ fuissent inutiliter institute si semper deberent durare. Sed sicut puero ꝑmo oportet dare pedagogum. quando autē iam peruenit ad etatem ꝓfectam tunc dat ei modus se habendi ꝑm iudicū rectoꝝ reipublice. Ita ī veteri lege ea q̄ spectabāt ad imꝑfectionem instituta fuerunt. sed quando venit tempus perfectum tunc debuerūt institui illa que ducunt ad perfectionem. Et ideo dicit. Usq; ad tempus correctionis id est in quo corrigerent: non quidē sicut mala, sed sicut imperfecta. Lex ēm bona est Ro. 7. ps. Suppenit mansuetudo z corripiemur.

Lectio tertia

Christ⁹ aūt assistēs pontifex futuroꝝ bonorū pamplius z ꝓfectius tabernaculū nōmanufactū id est nō huiꝰ creationis: neq; ꝑ sanguinē hircoꝝ aut vitulorꝝ sed ꝑ ꝓpriū sanguinē introiuit semel in sancta: eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum aut thaurorum et cinis vitule aspersus: inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quantomagꝭ sanguis christi qui per spiritum sanctuz semetipsum obtulit immaculatum deo: emūdabit conscientiam nostram ab operib⁹ mortuis ad seruiendū deo viuenti.

Supra posuit apostolus significationem eoruz que pertinent ad vetus testamentū z primū tabernaculum: hic ponit conditiones eorum que ꝓtinent ad secundū tabernaculū qō repzesentabat nouū testamentū. Et circa hoc fagit duo. Primo ēm ponit illam significationē. Secūdo ꝓbat quoddā quod supposuerat ibi. Si ēm sanguis hircorum ꝛc. Sciendum est aūt ꝙ si cōsiderenē supradicta quinq; dicta sunt de secundo tabernaculo: scz qs intrabat quia solus pontifex. Secūdo dignitas z conditio loci quo intrabat: quia dicebat sancta sanctoruz. Tertio quomō intrabat quia cum sanguine. Quarto quādo intrabat: quia semel in anno. Quinto quare intrabat. q̄a ꝓ expiatione peccatorū. Hic autē aplus illa quinq; explicat. Et primo quis sit ille qui intrat quia xps. Pontifex ēm est ꝓnceps sacerdotū. Talis aūt est xps. 1. Pe. 5. Cum apparuerit ꝓnceps pastorum ꝛc. supra. 4. Habentes ergo pontificem magnū qui penetrauit celos iesum ꝛc. Sed quilibet pontifex dispensator est alicuiꝰ testamenti. In quolibet autē testamento duo consideranda sunt scz finis repromissus in illo testamēto. Bona aūt repromissa in veteri testamento erant bona temporalia. Esa. 1. Si volueritis z audieritis me bona terre comedetis. Ille ꝙ pontifex erat bonoꝝ temporaliū. Sz xps ē pontifex bonoꝝ celestiuz Matth. 5. Gaudete z exultate qm̄ merces vr̄a copiosa est in celis. Est ꝙ pōtifex sūmorū bonoꝝ. qz ꝑ pōtificatū eiꝰ introducimur in bona futura. ps. Replebimur in bonis domꝰ tue. Itē in veteri dispēsabant figuralia sed christus dispensat spūalia q̄ ꝑ illa figurabantur Luc. 11. Pater vester de celis dabit spiritū bonum petentibus se. Sic ergo per bona futura possunt intelligi vel bona celestia z hoc respectu noui testamenti. Uel bona spūalia respectu veteris. respectu cuiꝰ figura erant. Iste pontifex non est negligens: sed assistens. Pontifex ēm mediator est inter deuz z populum. Christus vero mediator est. 1. Ti. 2. Mediator dei z hominū hō xps iesus. Deut. 5. Ego medius z sequester fui inter dom̄ z vos. Et iō ipse assistit pri ad interpellandū ꝓ nobis. Supra. 7. Ro. 8. Christ⁹ iesus qui est ad dexteraz pris q̄ etiā interpellat ꝓ nobis. Item assistens nobis ad auxiliandū. ps. A dextris est mihi ne cōmouear. Act. 7. Ecce video celos apertos z iesum stantez a dextris dei. Sic ergo patet q̄s intrabat. ¶ Secūdo ostendit dignitatem interioris tabernaculi qz dicit. Perampli⁹ ꝛc. quia istud est perfectius vtpote qz est īmobile Esa. 33. Oculi tui videbūt hierusalē ciuitatē opulentā tabernaculū qō nequaq; vltra trāsferri poterit. Hoc aūt est tabernaculū celestis glie. ps. Dñe q̄s habitabit in tabernaculo tuo. Dicit autē tabernaculum: quia est locus peregrinoruz.

Non enim debetur nobis ex conditione nature. sed tm̃ per gratiam Esa.32. Sedebit populus me⁹ in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulenta Est ergo amplius ꝓpter multitudinem bonoꝝ immẽsam quod designat in auctoritate predicta. Sedebit ꝛc. Baruch.3. O israel q̃ magna est domus dei. Illud aũt qõ dicit peramplius dupliciter legit, Uno modo q̃ sit vna dictio quasi valde amplius, ꝛ sic construit lr̃a. xp̃us assistens pontifex futuroꝝ bonoꝝ introiuit in sanctasanctorum dico que sunt tabernaculum peramplius. Alio modo q̃ ly per sit prepositio qõ magis exprimit in greco ꝛ tunc construit sic. Christus introiuit in sancta ꝑ tabernaculum amplius id est magis amplum ꝛ perfectũ. Itẽ perfectius quia ibi cessabit oñis imperfectio. 1. Cozin. 13. Cum venerit qõ perfectum est euacuabit qõ ex parte ẽ. Item est alterius conditionis: q̃ vetus factum fuit manu hominis. hoc aũt non: sed manu dei. Exo. 15. Sanctuarium tuum dñe qõ fundauerũt manus tue. domin⁹, ꝛc. 2. Cozin. 5. Scimus em̃ q̃a si terrena domus nostra huius habitationis dissoluatur q̃ edificationem habemus ex deo domũ non manufactam sed eternaz in celis. infra. 11. Expectabat em̃ fundamenta habentẽ ciuitatez: cuius artifex est ꝛ conditor deus. Et ideo dicit. Non manufactum id est non huius creationis: quia non est manufactũ sicut vetus. nec est huius creationis id est in bonis sensibilibus creatis. sed est in bonis spũalib⁹. Uel ꝑ tabernaculum potest xp̃i corpus intelligi. in quo contra diabolum pugnauit. ps̃. Jn sole posuit tabernaculũ suũ. Qõ est ampli⁹: q̃ in ipso habitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter. Col. 1. Item perfectius est: quia vidimus gloziam eius gloziam quasi vnigeniti a patre plenũ gratie ꝛ veritatis. Jo. 1. Item non manufactum quia nõ ex virili semine. Dañ. 2. Abscisus est lapis de monte sine manibus. ¶ Tertio ostẽdit quomõ intrabat. quia nõ sine sanguine. sed ille cum sanguine vitulozum ꝛ bircorum. sicut dicit Leuit. 16. sed xp̃us non sic scz sanguine alieno: sed ꝑ ꝓpzium sanguinem quẽ ꝑ salute nostra immolauit in cruce. Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti qui ꝑ vobis ꝛ ꝑ multis effundet in remissionem peccatoꝝ. Dicit aũt pluraliter vitulozũ ꝛ bircorum. non q̃ simul essent plures. sed quia ꝑ diuersos annos pluries intrabat. Christus aũt hoc significat ꝑ bircum ꝓpter similitudinez carnis peccati. Ro. 8. Item ꝑ vitulũ ꝓpt fortitudinẽ: Et q̃ vtitur duob⁹ testamentis tã q̃ duobus cornibus Abacbuc. 3. Cornua in manibus eius ¶ Quarto quando intrabat: q̃ semel in anno. xp̃s aũt ꝑ totum tempus qõ est quasi vnus annus intrauit semel in sancta ꝛ semel effudit sanguinem suũ. 1. Pe. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Ro. 6. Q̃ em̃ mortuus est peccato mortuus est semel. Item semel intrauit exquo intrauit celestia semp est ibi. Et ideo dicit q̃ intrauit semel in sancta. ¶ Quinto ostẽdit quare intrauit: quia ad offerendum ꝑ populi ignozantia non pro sua. q̃ non habebat. Sanguis em̃ christi magis q̃ ille valet ad hoc. quia ꝑ ipsum inuenta est eterna redemptio Quasi dicat. Per istum sanguinem redempti sumus ꝛ hoc imppetuum. quia virtus eius est infinita. infra. 10. Una oblatiõe cõsumauit ĩ sempiternũ sanctificatos. ps̃. Redemptionem misit dñs populo suo. Hoc aũt quod dicit inuenta ad duo potest referri. scz ꝛ ad desiderũ dei quod habebat de salute nostra Job. 33. Inueni in quo ei ꝓpicier. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. Item ad desiderium patrum quo desiderabant redimi. Null⁹ aũt inuenit modũ ita congruũ sicut xp̃s. Et ideo signanter dicit inuenta. ¶ Deinde cum dicit. Si em̃ sanguis ꝛc. ꝓbat vnum quod supposuit scz istud vltimũ. Eterna redẽptione inuenta. Quasi dicat. Ita dixi q̃ ꝑ ꝓpzium sanguinem fecit eternam redemptionẽ in quo apparet eius maxima efficatia. Q̃ aũt ita sit ꝓbo per locum a minori: quia si sanguis bzutozum animaliũ faciebat quod minus est. sanguis xp̃i poterit facere qõ maius est. Unde circa hoc facit duo. Primo enim ponit antecedẽs. Secundo consequens ibi. Quantomagis sanguis xp̃i ꝛc. Circa primũ sciendũ est q̃ in veteri lege erat duplex mũdatio. Una que fiebat in die expiationis de qua habetur Leuit. 16. Et de ista iam dictum est. Et ista vi[illegible] recte ordinari ad emundationẽ a peccato. Alia erat contra irregularitatem legis de qua dicit Numeri. 19. q̃ ꝓcepit dñs q̃ Eleazar acciperet vaccã rufam a moyse sine macula etatis integre que non traxisset iugum: ꝛ eductã extra castra immolaret in cõspectu populi. ꝛ tingeret digitum in sanguine eius ꝛ aspergeret septies cõtra tabernaculũ. ꝛ q̃ combureret totaz scz carnem pellem ꝛ etiam fimuz eius cum ysopo ligno cedrino ꝛ cocco bis tincto. quo facto vir mundus colligebat cineres ꝛ in loco mũdo effundebat extra castra. Et de ipsis ponebant in aqua q̃ immũdus qui scz tetigisset cadauer mortui aspergebat die tertio ꝛ septimo cum ysopo ꝛ ꝛ ita mũdabat. nec aliter poterat mundari. Ista est sententia apli. Itaq̃ ꝑtuz ad primum dicit. Q̃ si sanguis bircorum ꝛ thaurozum. Quantũ vero ad secundum dicit. Et cinis vitule aspersus sanctificat inquinatos. non gratiam conferendo ĩz ad emũdationem carnis id est ab irregularitate qua carnaliter impediebant q̃si mundi a cultu diuinoz: nõ tm̃ auferebant peccata. Sed tm̃ vt dicit augustinus aliquando virtute illius aspersionis mundabant a lepza corporali. Et ideo dicit. Ad emundationẽ carnis. ¶ Deinde cum dicit. Quãtomagis ꝛc. ponit consequens. Quasi dicat. Si sanguis ꝛ cinis hoc possunt: quid poterit sanguis christi Certe multoplus. Et ponit apostol⁹ tria que ostendunt efficaciam sanguinis christi. Primo quis est ille cuius est sanguis iste: quia scz est christus. Ex quo patet q̃ ei⁹ sanguis mundat. Matth. 1. Ipse em̃ saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Secũdo causam quare xp̃s sanguinem suũ fudit quia hoc fuit spũssanctus cuius motu ꝛ instinctu scz charitate dei ꝛ proximi hoc fecit. Esa. 59. Cum venerit quasi fluuius violentus quem spũs domini cogit. Spũs aũt mundat Esa. 4. Si abluerit dñs sordes filiaruz syon ꝛ sanguinẽ hieru[illegible]lẽ lauerit de medio eius in spiritu iudicij ꝛ spũ ardoris. Et iõ dicit. Per spũmsanctum obtulit semetipsum. Eph. 5. Christus dilexit nos et tradidit semetipsum ꝓ nobis oblationem et hostiam deo in odozem suauitatis. Tertio conditionem eius q̃ est immaculatus Exo. 12. Erit agnus absq̃ macula masculus anniculus. Ecc. 34. Ab ĩmundo q̃s mũdabit: Sed nunquid sacerdos ĩmundus potest mundare: Respondeo dicendũ est q̃ non si ageret in ꝓpzia virtute. sed agit virtute sanguinis xp̃i. qui est sicut causa ꝓxima. Et ideo non egisset nisi fuisset ĩmaculatus. ¶ Sciendum tamẽ q̃ sanguis illoꝝ animaliũ mũdabat tantũ ab exteriori macula scz a contactu mortui. sed sanguis christi mũdat interius conscientiã qõ fit ꝑ fidem Act. 15. Fide purificans corda eorum. Jnquantũ scz facit credere q̃ omnes q̃ christo adherent ꝑ sanguinẽ eius mundant. Ergo iste emundat conscientiam. Item ille mundabat a tactu mortui: sed iste ab operibus mortuis scz peccatis q̃ tollunt deum ab anima cuius vita est per vnionẽ charitatis. Item ille mundabat vt possent accedere ad figurale ministerũ. sed sanguis xp̃i ad spũale obsequiũ dei. ps̃. Ambulãs in via ĩmaculata hic mihi ministrabat. Et ideo dicit. Ad seruiendum deo. Item deus est vita Jo. 14. Ego sum vita. Et deut. 32. Viuo ego ĩeternum,

Conueniens ergo est vt seruiens ei sit viuens. Ideo dicit viuenti. Et scōm rectorē vel iudicem populi sic et ministri eius vt dicitur Eccl̄iast.10. Qui ergo vult deo digne seruire debet esse viuens sicut t ipse. Totam istā figuram diligenter exponit glosa et est augustini de questionibus numeri.

Lectio quarta.

Ideo noui testamenti mediator ē vt morte intercedente in redemptionē earū preuaricationū que erant sub priori testamento repromissionē accipiant qui vocati sūt eterne hereditatis. Ubi enim testamentu est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentū em̄ in mortuis confirmatū est. alioquin nondū valet: dū viuit qui testat⁹ est. Unde nec primū quidem sine sanguine dedicatū est. Lecto enim omni mandato legis a moyse vniuerso populo: accipiens sanguinē vitulor̄ t hyrcorum cū aqua et lana coccinea t hysopo: ipm quoq; librū et omnē populū aspersit dicēs Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Etiā tabernaculū et omnia vasa ministerij sanguie similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine scōm legem mundantur. et sine sanguis effusione nō fit remissio

Supra exposuit apostolus illa que agebātur in veteri testamento t aperuit illoz̄ misticā expositionē: hic ex hijs arguit ad propositum. scilicet q̄ nouū testamentū prefertur veteri. quia potest quod non poterat vetus. Et circa hoc facit duo ꝓ. Ꝛio em̄ proposit conclusionē intentā. Secundo probat quoddā qđ supposuerat ibi. Ubi em̄ testamentum est ꝛc. Iterum prima in duas. ꝓmo em̄ concludit ex dictis q̄ christus est mediator. Secundo hoc ostendit non potuisse vetus testamentuz ibi. Que erant sub priori ꝛc. Dicit ergo Et ideo quia scz xp̄s intrault in sancta eterna redemptione inuenta. id est perducēs ad eterna. quod vetus non poterat facere. Unde oportet q̄ istud testamentū sit aliud ab illo sicut nouū a veteri. Jeremie.31. Feriaz domui israel et domui iuda ꝛc. ꝓpoc. 21. Ecce noua facio omnia. Ideo huius noui testamenti mediator est christus inter deū et hominē. 1.thi.2. Mediator dei et hominū homo christus iesus. In omni autem testamento est aliquid quod promittitur. et aliq̄d p quod testamentū confirmatur. In nouo autē testamento promittuntur celestia et spiritualia. Itē ista promissio p morte xp̄i confirmata est. Et ideo xp̄s mediator est noui testamenti vt repromissionē eterne beatitudinis ac hereditatis eterne accipiant qui vocati sunt. Et dicit vocati quia hoc munus nō est ex operibus sed ex vocatione dei Ro. 8. Quos autē predestinauit hos t vocauit. 1. thes. 2. Contestati sumus vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in suum regnū et gloziā. Unde dicit Eterne hereditatis. id est eterne glozie que est hereditas nostra. 1. ꝓe. 1. Regenerauit nos in spē viuā per resurrectionem iesu xp̄i ex mortuis in hereditatē incorruptibilē t incōtaminatā t imarcessibilē cōseruatā in celis. ps. Ecce hereditas dñi. Itē Domin⁹ pars hereditatis mee. Istā autem hereditatē habemus per morte xp̄i. Unde dicit: Ut morte intercedēte. 1. ꝓe. 3. In hoc vocati estis vt benedictionē hereditate possideatis. Huius autē mortis effectus est redemptio a preuaricatiōe peccati. 1. ꝓe. 1. Nō corruptibilibus auro et argento redempti estis de vestra vana conuersatione: sed precioso sanguine agni īmaculati. Sed nunquid in veteri testamēto poterat fieri ista redemptio a peccatis? Et respondet q̄ non. quia ille ꝓuaricationes erant sub priori testamēto. Quasi dicat. quia virtute sacramentoz̄ prioris testamenti remoueri nō poterant Ro. 3. Causati sumus iudeos t grecos oēs sub peccato esse. Sed contra. quia dauid et multi alij sancti habuerunt remissionē peccatoz̄. Respondeo dicendum est q̄ quantū ad istuz effectū qui est introitus celi. nō. qz per morte xp̄i aperta est ianua vite. Nullus em̄ ante morte xp̄i intrault. Zach. 9. Tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo nō est aqua. Et quantū ad maculā sic ipsi consecuti sunt. sed non virtute sacramentoz̄ veteris legis: sed in fide xp̄i. Sic ergo nouum testamentū est excellentius q̄ vetus. quia confirmatum est morte xp̄i: per quā remittunt̄ peccata: et qz exhibet promissionē. Deinde cū dicit. Ubi em̄ testamentū ꝛc. Probat illud quod supposuit. scz q̄ nouum testamētum sit confirmatū per morte xp̄i. Et primo probat hoc p auctoritatē legis humane. Secundo per auctoritatē legis diuine ibi Unde nunc primū ꝛc. Dicit ergo Dictum est q̄ nouū testamentū confirmatur per morte xp̄i interce dentem. quia ad hoc q̄ testamentum valeat oportet q̄ mors testatoris interueniat. Et ideo nouū testamentum non haberet robur: nisi interuenisset mors xp̄i Unde ille dixit Job. 11. Expedit vobis vt vnus moziatur homo ꝓ populo. Mors autē propter duo necessaria est. ꝓmo vt testamentū habeat firmitatē. quia cū sit expressiuū vltime voluntatis potest semp mutari ante morte. Unde dicit q̄ testamentū confirmatū est cū mortuis. id ē per mortem. Et isto modo confirmatū est nouū testamentū ꝓ morte xp̄i Mat. 26. Hic est sanguis meus noui testamēti. scilicet confirmatoz̄ et dedicator. Secundo necessaria est mors testatoris ad hoc vt testamentum valeat t habeat efficatiam. Unde dicit. Alioquin nondū valz. qz nullus potest perere aliquid nec etiā heres hereditatē ex vi testamenti nisi post morte testatoris. Ideo xp̄s voluit morte suā pro nobis interponere. Deinde cū dicit. Unde nec primū ꝛc. Hoc idē probat per auctoritatē legis diuine. scilicet per illud quod habet in veteri testamēto. Et circa hoc duo facit. ꝓmo em̄ ostendit conuenientiam inter vtrūq; testamēntū. Secundo ostendit differentiam ibi Necesse est ergo ꝛc. Circa primū duo facit. qz primo ꝓponit. Secundo manifestat ibi. Lecto em̄ ꝛc. Dicit ergo Ita dictū est q̄ ad hoc q̄ testamentū valeat necesse ē q̄ mors testatoris interueniat. Nec hoc debet videri mirum. qz nec primū testamentū confirmatū est sine sanguine. Ille autē sanguis figurabat sanguinē xp̄i. Omnia em̄ in figura eontingebāt illis. 1. coz. 10. Deinde cū dicit Lecto em̄ ec. Probat propositū. scilicet q̄ illud testamētū nō est confirmatū sine sanguine. Et ꝓbat hoc ꝑtū ad tria in quibus fuit vsus sanguinis. ꝓmo ꝑtū ad legis editionē. Secundo ꝑtum ad tabernaculi consecrationē ibi Etiā tabernaculū ꝛc. Tertio ꝑtū ad vasoz̄ expiationem ibi Et omnia pene in sanguine ꝛc. Circa ꝓmū sciēdū est q̄ apls tāgit h hystoziā ū habet Exod. 24. Ubi dicit q̄ postq̄ moyses legerat coz̄ ppło mādata dñi ipſiq; respodētib⁹ omnia q̄ locut⁹ est dñs faciem⁹ t erim⁹ obedientes. Accepit moyses sanguinē quē ꝓceperat fuare d duodecim vitulis t aspersit librū legis t pplm q̄si in cōfirmatione testamenti. Et ideo dicit Lecto em̄ ꝛc. qz necessariū fuit vt legeretur. Illa em̄ fuit legis promulgatio. Oportebat em̄ legē promulgari. Accipiēs ꝛc.

Hic est duplex obiectio litteralis. Una qz Exo. 24. nulla fit mentio de hyrco: sed de duodecim vitulis. Secundo quia ibi etiã non fit mentio de aqua & cocco & ysopo. Responsio ad ista duo est duplex. Una scilicet qz aplus nutrit9 erat in lege. Unõ sciebat qz ille vsus erat in emũdationibus fm legẽ qz aspersio fiebat de sanguine hyrcorum & vitulorꝫ et aqua admixta cũ ysopo & lana coccinea tanꝫ aspersorio. & ideo licet nõ agat de hijs i exoꝺ. tamẽ aplus hoc accepit ex consuetudine ritus legalis Ut potest dici qz ista fuit prima cõsecratio. Et ideo quasi virtute continebanꝫ in ipsa alie sanctificatiões future: inter quas potissime fuit illa que fiebat in die expiatiõis de qꝫ Leuit. 16. et alia de vitula rufa Numeri. 19. In prima autẽ erat sanguis vituli et hyrci. In secunda vero aqua & lana coccinea & ysopus. Quia ergo illa prima continebat istas duas ideo apostolus totũ retulit ad istam. Dicit ergo Accipiens sanguinẽ &c. Asperſit dicẽs. Hic est sanguis testamenti qꝫ mandauit ad nos deus. scz confirmatoꝛ testamenti Eccl. 24. Legẽ mandauit nobis moyses in preceptis iustificaruꝫ. Iste eñ sanguis fuit figura sanguinis xpi per quẽ nouũ testamentũ confirmatuꝫ est. Et ideo christus verbis istis vsus est Mat. 26. Hic est sanguis noui testamẽti confirmatiuus scz. Figurabatur autẽ per sanguinẽ hyrci propter similitudinẽ carnis peccati. et vituli propter fortitudinẽ. Miscetur aũt cũ aqua quia baptismus a sanguine xpi efficaciã habet. Aspergitur autẽ cũ ysopo qui mundat pectus: per quod significatur fides Act. 15. Fide purificans corda eoꝛ. Et lana coccinea que est rubei coloris per quã significatur charitas Can. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. qz per fidem & dilectionẽ passionis xpi mundatur populus Aspergitur et liber legis. quia passio xpi adimpleuit legem Joh. 19. Consummatũ est Mat. 5. Non veni soluere legem sed adimplere. ¶ Deinde cũ dicit. Etiã tabernaculũ &c. Ponit consecrationẽ tabernaculi. quia tabernaculũ & omnia vasa ministerioꝛ similiꝫ aspersit sanguine. Sed contra quia nondũ factũ erat tabernaculum. sed 25. cap. mandatur de consecratione tabernaculi. Respõ deo dicendũ est qz licet non sit idẽ sanguis quo aspersus est populus & tabernaculum: tamẽ etiã tabernaculũ mũdatũ est sanguine. Unde potest sic construi vsus est sanguine etiã quando sanctificauit tabernaculũ. Sed cõtra quia numeri et leuitici. 8. dicitur qz vnxit tabernaculum oleo. Respondeo dicendũ est qz non loquitur de illa sanctificatione qua primo consecratũ est tabernaculũ & vasa eius. sed de illa que fiebat in die expiationis. Uel melꝰ dicendũ est qz etiã in prima vsus est sanguine. qz ibi dicit qz vnxit illud oleo et postea qz aspersit. Oleũ autẽ nõ est aspersiuũ. vnde intelligitur qz primo vnxit illõ et postea aspersit sanguine. Et ista duo sunt necessaria ad sanctificationẽ. scilicet virtus sanguinis xpi & oleũ misericordie quibus sanctificatur tabernaculũ. id est ecclia. & vasa id est ministri. ¶ Deinde cũ dicit. Et omnia pene &c. Exeq̃tur de ceteris mundationibus legalibus. Erat autẽ duplex mundatio. Una a corporali macula siẽ leprosi. Alia a spirituali scz peccato. prima poterat ptinere ad res manifestas sicut patet de lepra domoꝛ. Et mũdatio ab ista immundicia fiebat cum sanguine animalis immolati vt aqua expiationis que erat confecta cũ sanguĩe vitule rufe. Et ideo dicit Pene omnia. & nõ omnia simpliciter. vel penẽ omnia. ita qz ly pene sit determinatiũ de ly mundantur. id est pene mundantur. quia non perfecte mundabantur sanguine. quia vt dicitur numeri. 31. Quicqd potest ignẽ sustinere purgatur per ignẽ. que vero nõ poterant purgantur aqua expiationis. Sed ad mundationem a macula peccati necessaria est sanguinis effusio. qz requirebatur ad sacrificiũ. Et ideo dicit qz sine sanguinis effusione non fit peccatoꝛũ remissio. Per quod figurabatur qz remissio peccati erat fienda per sanguinẽ xpi. Unde in veteri lege non virtute sacramenti sed virtute fidei xpi fiebat remissio peccatoꝛ. Unde frequenter ibi dicitur. Rogabit pro eo sacerdos & remittetur.

Lectio quinta.

Necesse est ergo exemplaria quidem celestium hijs mundari: ipsa autem celestia melioribus hostijs qꝫ istis. Nõ eñ in mãufacta sancta iesus introijt exemplaria veroꝛ: sed in ipsum celum. vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Neqꝫ vt sepe offerat semetipsum: quemadmodũ põtifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eũ frequenter pati ab origine mundi. Nunc autẽ semel in consummatione seculoꝛ ad destitutionẽ peccati per hostiam suã apparuit. Et quemadmodũ statutũ est hominibus semel mori. post hoc autẽ iudiciũ. sic & christus semel oblatus est ad multoꝛum exhaurienda peccata. secũdo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutẽ.

Supra ostendit apostolus quid sit cõmune nouo & veteri testamento inqꝫtuꝫ vetus & nouũ conueniunt: hic ostẽdit differẽtiã vtriusqꝫ. et circa hoc duo facit. Primo eñ ostendit qz in nouo est melioꝛ mundatio. Secundo qz perfectioꝛ ibi Neqꝫ vt sepe &c. Iterũ prima i duas. Primo eñ ostendit qz quantũ ad illud qõ mundak. & quantũ ad id quo mundatio efficitur sit melioꝛ mundatio in nouo. Secundo manifestat quod dixit ibi. Non eñ in manufactis &c. Dicit ergo Necesse est ergo exemplaria celestiuꝫ scilicet ipsum tabernaculũ quod quo ad nos est exẽplar: licet simpliciter sit exemplatũ et figura illius. et ideo minoris dignitatis: quia figuratũ nobilius est qz figura sicẽ corpus qz vmbra hijs scz sacrificijs mundari. Ipsa autez celestia. scilicet nouũ testamentuꝫ melioribus hostijs qz istis. melioribus quidez quia illa mundabanꝫ sanguine animalium. sed in nouo testamento fit mundatio sanguine christi. Semp autẽ melioꝛa melioribus mundanꝫ. Illa autẽ erant figura celestiũ. Si ergo illa mundabantur sanguine oportet illa celestia mundari meliori sanguine Sed contra in celo nulla est mundicia. Respondeo dicẽdum est qz celestia intelliguntur fm glo. ea que pertinẽt ad statum presentis ecclesie que dicuntur celestia. Item homines fideles gerunt ymaginẽ celestiũ inquantũ mẽte conuersantur in celis. Uel aliter & melius qz per celestia intelligatur celestis patria. Et loquitur hic apostol9 eo modo quo in veteri testamento dicebatur emundari tabernaculum: non qz haberet in se aliquã ĩmunditiã: scz quia mundabantur quedã varietates quibus impediebantur accedere ad sanctuariũ. Et dicuntur mundari celestia inquantũ per sacramentũ noue legis purganꝫ peccata: que impediunt ab ingressu celestiũ. Item dicit Hostijs in plurali. Contra. quia tantũ est vna hostia xpi. infra. 10. Una eñ oblatione consummauit ineternũ sanctificatos. Respondeo licet sit vna in se tamẽ pluribꝰ hostijs veteris legis figurabatur. Ex hoc loco habẽt qz hostie veteris legis erant bone. Melius eñ non dicitur nisi re

temporalia. Sed alij multa ꝓpter fidem passi sunt quorum quidã distenti sunt in eculeis sicut dicit̃. 1. Mach. 2. ⁊ 2. Mach. 6. de pueris suspensis ad ceruices matrũ Et. 7. de septẽ fratribus. In istis sanctis primo figurabat̃ nouũ testamentũ. Unde dicit. Non suscipiẽtes redemptionẽ. id est liberationẽ. Qui enim subijcit̃ pene est quodãmodo seruus pene. Et ideo liberari a pena dicitur redemptio. ꝑs. Die qua redemit eos de manu tribulantis. Sed quare nõ fuerunt liberati ostendit. quia hoc nõ fuit ꝓpter hoc quin deus haberet prouidentiã de ipis sed vt inuenirẽt vitam eternã que melior est ꝙ liberatio in quacũq; pena presenti vel quecũq; resurrectio vite presentis. ⁊ ideo dicit. Ut meliorẽ inuenirent resurrectionẽ. Job. 19. In nouissimo die de terra surrecturus sum. Esaie. 26. Viuẽt mortui tui interfecti mei resurgẽt Vel dicit meliorẽ. quia ex hocipo ꝙ maiora pro xpo passi sunt maius premiũ recipient. Sicut eñ dicitur. 1ᵉ. corinth. 15. Stella differt a stella in claritate sic erit resurrectio mortuoꝝ. Qui eñ fuerũt maiores in merito: maiores erũt in premio. Et ideo apostoli preferunt̃ martyribus: martyres vero oñibus alijs. Maiores eñ merito maiores sunt premio. Precipua vero sũt merita martyrũ. Job. 15. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet ⁊c. Nec tamen quilibet martyr maior est quolibet confessore: sed aliquis martyr potest esse maior aliquo cõfessore ⁊ ecõuerso. aliquis cõfessor aliquo martyre: licet nõ vniuersaliter. Potest enim comparari vnus alteri: vel quantũ ad genus operis: vel quantum ad gradus charitatis. Nullus autẽ actus quantũ est de se: est ita meritorius sicut quo quis moritur propter xpm: quia dat illud quod habet carius. scilicet vitam propriã. Math. 5°. Beati qui persecutionẽ patiunt̃ propter iusticiã. Si vero consideret radix oñis meriti que est charitas. 1ᵉ. corinth. 13 sic opus procedens ex maiori charitate est magis meritorium. Et sic potest vnus simplex cõfessor esse maioris meriti apud deũ. Apostolus autẽ loquit̃ in genere operis dicens. Ut scz meliorẽ. id est maiorez ⁊ clariorẽ inuenirent resurrectionẽ. Unde ly meliorẽ importat comparationẽ status presentis vite ad futurã resurrectionẽ. Vel comparationẽ claritatis resurrectiõis vnius resurgẽtis ad claritatẽ alterius. ¶ Deinde cum dicit. Alij vero ludibria ⁊c. ponit mala illis illata in vita quantũ ad irrisionem factã verbis dicens ꝙ alij experti sunt ludibria: sicut patet de samson. Judic. 16°. de thobia ⁊ iob ⁊ esaia. Esaie. 50. Faciem meã nõ auerti ab increpãtibus ⁊ conspuentib⁹ in me. Jeremias etiã dicit. Jere. 20. Factus est mihi sermo dñi in obprobriũ ⁊ derisum. ¶ Quantũ vero ad facta dicit. ꝙ experti sunt verbera. sicut patet de michea de quo. 3. Regũ. vlti°. ⁊. 2. Paral. 18. dicit̃ ꝙ percussit eum sedechias in maxillã. In quibus oñibus presignabant̃ passiones noui testamenti. 1ᵉ. corinth. 4. Spectaculũ facti sumus mũdo ⁊ angelis ⁊ hominibus. ¶ Deinde cum dicit. Insuper ⁊ vincula ⁊c. ponit mala sanctis illata quantũ ad inclusionẽ. Unde dicit Insuper ⁊ vincula sicut ieremias de quo Jere. 20. dicit ꝙ posit⁹ in neruo. Nec solũ vincula sed etiã carceres sicut ieremias. Jere. 37. ⁊. 38. Et micheas. 3. Regũ. vlti. ¶ Consequẽter ostendit mala illata quantũ ad mortẽ cum dicit. Lapidati sunt ⁊c. Quod quidẽ genus mortis tunc erat cõmune apud oñes iudeos. Math. 23. Hierusalẽ hierusalẽ que occidis ꝓphetas et lapidas eos qui ad te missi sunt. Sic lapidatus est naboth. 3. Regũ. 21. Et ieremias. scz de quo legit̃ ꝙ iudei lapidauerũt eum in egypto lapidib⁹ quos abscõderat sub muro, latericio domus ipius pharaonis. Et licet epyphanius dicat ꝙ fuit tractus tamen cõmuniter ponit̃ ꝙ fuit lapidat⁹. Zacharias etiã filius ioiade fuit lapidatus. vt legitur. 2. Paral. 24°. ¶ Secundũ genus mortis inconsuetũ ⁊ crudele ponit cũ dicit. Secti sunt. Hoc dicit ꝓpter esaiã quem manasses fecit secari serra lignea. Et loquit̃ pluraliter: licet nõ fuerit nisi vnus scõm cõsuetudinẽ scripture ꝓpter causam supradictã. ¶ Tertiũ genus cũ dicit. Temptati sunt vt scz consentirẽt. Quod dicit ꝓpter mathathiam ⁊ filios eius. 1. Macha. 2. Et propter eleazarũ. 2. Mach. 6. Et ꝓpter histoziã de septem fratribus. 7. cap. Et tandẽ occiderunt eos. Treñ. 4. Melius fuit occisis gladio ꝙ interfectis fame. Specialiter tamẽ vtias fuit occisus a dauid. 2. Regũ. 11. Et iosias. 4. Regũ. 23. ¶ Deinde cũ dicit. Circuierũt in melotis ⁊c. ponit mala volũtarie assumpta. Et ad ista tria reducunt̃. scz ad exteriorẽ cultum ad persone statũ ibi. Egentes ⁊c. ⁊ ad habitatiõis locũ. ibi. In solitudinibus ⁊c. Quantũ ergo ad cultũ dicit. Circuierũt in melotis ⁊ in pellib⁹ caprinis. Melota est vestis facta de pilis camelorũ: vt quidã dicũt. Vel melius ꝙ taxus habet pellẽ hirsutã de qua fit vestis que dicit̃ melota. Pellis caprina cũ hoc ꝙ est hirsuta est etiã vilis. Et hec dicunt̃ de helya. 4. Regũ. 1. ꝙ erat vir pilosus ⁊ zona pellicea accinctus renibus. Et de talib⁹ vestibus dicit augus. in libro de sermone dñi ꝙ potest esse in tali veste intẽtio mala si quis vtat̃ ad vanã gloriã. bona autẽ si ad ꝓmptũ mũdi ⁊ macerationẽ carnis. Precipue autẽ qui profitent̃ statũ penitentie debent ostendere signa ꝓfessionis. Et ideo licet eis vti talibus vestib⁹ non tamẽ ad ostentationẽ ⁊ sic vtebant̃ ꝓphete ¶ Quãtum autẽ ad statũ persone dicit. Egentes ꝙ carebãt diuitijs. in quo prefigurabãt statum perfectiõis noui testamenti. de quo dicit̃ Math. 19. Si vis perfectus esse vade ⁊ vende oñia que possides. Et hoc fuit specialiter de helya qui pastus fuit a coruis ⁊ a muliere vidua. 3. regũ 17. ꝑs. Pauper ego sum in laboribus. Idem. Egenus ⁊ pauper ego sum. ¶ Itẽ angustiati sũt sicut patet de helya qui fugit a facie iezabel. 3. Regũ. 19°. Et de dauid qui fugit a facie absalon. 2. Regum. 15. ¶ Item afflicti labore corpali sicut de helya qui dormiuit lassus subter vnã iunipez. ¶ Et subdit. Quibus dignus nõ erat mũdus. Sicut dicit dyonisius in epistola ad iohannẽ euangelistã. Mali aliquãdo per ea que faciũt ostendũt indignitia sue damnatiõis. Unde dicit ꝙ per hoc ꝙ mali separauerũt a se beatũ iohannẽ ostendebat deus ꝙ erãt indigni societate eius. Et ideo dicit aplus ꝙ mũdus nõ erat dignus eis. Quasi dicat. Ex mũdani non erãt digni societate istoꝝ. Joh. 15. Ego elegi vos de mũdo ꝓpterea odit vos mũdus. ¶ Deinde cuz dicit. In solitudinibus ⁊c. ostendit hoc quantũ ad locũ: quia propriã mansionẽ non habebãt: sed errabãt in solitudinib⁹ ⁊ in montibus ⁊ in spelũcis ⁊ in cauernis terre. que sũt loca apta ad cõtemplationẽ ⁊ penitentiã. Dicitur autẽ spelunca que fit arte: sed cauerna que est a natura vel ab aliquo accidẽte sicut ex corrosione aquarũ. Ista patent de dauid. 1. regũ 22. ⁊. 23. Et de helya. 3. regũ. 19. ¶ Deinde cũ dicit. Et hi omnes ⁊c. ostendit ꝙ eis dilate sunt ꝓmissiones. Et ne putẽt ꝙ hoc fuerit ꝓpter defectũ meriti. ideo secũdo designat rationẽ illius dilatiõis ibi. Deo pro nobis ⁊c. Dicit ergo ꝙ hi oñes testimonio fidei inuenti sunt probati. id est per fidẽ habent testimoniũ ꝙ sunt probati. id est approbati a deo. 2ᵉ. cor. 10°. Non eñ qui seipm cõmendat ille ꝓbatus est: sed quẽ deus cõmendat Sap. 3. Tanq; aur in fornace ꝓbauit eos. Et tamen nõ acceperũt ꝓmissiones. scz glorie vel ꝓmissaz vitã vsq; ad xpm. ꝑs. Distuliſti xpm. Tales eñ acceperũt non autẽ spũales. Supra eos. Defuncti sunt nõ acceptis ꝓmissionib⁹ ¶ Deinde cũ dicit. Deo pro nobis ⁊c. ostendit rationẽ

dilatiõis ex quo aliqui sumpserũt causam vel occasionẽ errozis qui dicũt q nullus in paradisuz intrabit vsq ad vltimã consumationẽ que erit per finalẽ resurrectionẽ. Sed hoc est cõtra apostolũ. 2ᵉ. cozinth. 5. Scimus q si terrestris domus nostra huius habitatiõis dissoluaᷓ q edificationẽ habemus ex deo domũ non manufactã: sed eternã in celis ꝛc. Ista ergo cõsumatio de qua loquitur apostolus potest referri ad premiũ essentiale. scz beatitudinez que habetur per xpm. Michee. 2°. Ascendit pandẽs iter ante eos. Quam nõ habuerũt sancti veteris testamẽti. Vel potest referri ad stolã cozporis que nõ dabitur vniuersaliter vsq post resurrectionẽ vniuersalẽ: licet forte aliqui iam habeant ipam ex speciali priuilegio. Non ergo sine nobis consumanᷓ: sed perficiunᷓ duplici stola vt sicut dicit glo. in cõmuni gaudio omniũ maius fiat gaudiũ singulozᷣ. Unde in hoc nobis deus puidit. Et ideo dicit. Deo pro vobis aliquid melius puidente ps. Ecce q̃ bonum ꝛ q̃ iocundũ habitare fratres in vnũ Magis eñ gaudet homo cũ pluribus gaudentibꝰ. Glosa. Si isti tenuerũt fidem qui tamdiu expectauerũt regẽ multomagis teneamꝰ nos qui statim recipimus. Luce. 23. Hodie eris mecũ in paradiso.

Capitulũ duodecimũ.

Deoq ꝛ nos tantã habentes impositã nubem testiũ: deponẽtes omne pondus ꝛ circumstãs nos peccatũ per patientiã curramus ad propositũ nobis certamen: aspiciẽtes in auctozẽ fidei ꝛ cõsummatozẽ iesum qui pro posito sibi gaudio sustinuit crucẽ confusione cõtempta atq in dextera sedis dei sedet Recogitate eñ eum qui talẽ sustinuit a peccatoribus aduersus semetipm contradictionẽ vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondũ eñ vsq ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatũ repugnantes.

Supza aplus multipliciter cõmendauit fidẽ per quã mẽbza xpo capiti ꝓiunguntᷓ: hic ponit mozalẽ monitionẽ exhortans vt fidẽ quã tenent cozde: operibus demõstrent sicut etiã monet Jaco. ca. 2°. canonice sue. Et primo docet qõ se debeant habere circa mala. Secũdo qõ debeant se habere circa bona. ca. 13. ibi. Charitas fraternitatis ꝛc. Est aũt duplex malũ. scz pene ꝛ culpe. Primo ergo docet qõ se debent habere circa mala penalia tolerãda. Secũdo circa mala culpe vitanda. ibi. Propter qõ remissas ꝛc. Ad tolerandũ autẽ malũ pene. Primo inducit exemplo antiquoꝝ Secũdo exemplo xpi ibi. Aspicientes in actozẽ ꝛc. Tertio auctozitate scripture ibi. Et obliti estis ꝛc. Quantũ ergo ad primũ dicit Ideoq nos habentes tantã nubem testium interpositaᷣ ꝛc. Quasi dicat. Ita dictũ est q sancti testimonio fidei phati: nec tamen habuerũt promissiones. ꝛ tamen cũ hoc nõ defecerũt in expectando. Ergo nos qui habemus tantã nubẽ testiũ interpositã ꝛc. Sancti dicunᷓ testes dei: qz verbo ꝛ facto glozificabaᷓ deus per eos. Math. 5. Sic luceat lux vestra cozã homibus vt videant opera vestra bona ꝛ glozificẽt patrẽ vestrũ qui in celis est. Esaie. 44°. Vos testes mei dicit dñs. Dicunᷓ autẽ sancti nubes. Primo propter cõuersatiõis sublimitatẽ. Esa. 60°. Qui sunt isti qui vt nubes volãt ꝛc. Secũdo propter doctrine fecunditatẽ. Job. 26. Qui ligat aquas in nubibus suis vt non erũpant pariter deozsum. Et. 36. Effundit ymbres ad instar gurgitũ qui de nubibꝰ fluũt. Tertio propter spiritualis ꝓsolatiõis vtilitatẽ. Sicut eñ nubes prestãt refrigeriũ sic exempla scõꝝ. Esa. 18. Et sicut nubes rozis in die messis. Hanc ergo nubẽ testiũ habemus interpositã: qz ex vita sanctoꝝ quodãmodo inducitur nobis necessitas ad imitandũ. Jaco. 5°. Exemplũ accipite fratres exitus mali ꝛ longanimitatis laboris ꝛ patiẽtie pphetas. Augusti. Sicut spũssanctus loquiᷓ in scriptura: ita in gestis sanctoꝝ que nobis sunt forma ꝛ preceptũ vite Hoc est ergo exemplũ sanctoꝝ quod inducit. Sed qz ad cõfirmandũ se ad aliqõ exemplar interdũ ex impedimẽto superueniente impediᷓ homo. ideo remouet illud qõ potissime potest impedire. Illud autẽ est pondus peccati. Tribulatio autẽ est quasi quidã agon. 1ᵉ. cozᷣ. 9. Omis qui in agone cõtendit ab oĩbus se abstinet. ¶ Sicut aũt in cursu ꝛ certamine oportet omnia aggrauãtia deponere: ita ꝛ in agone tribulatiõis. 2ᵉ. tymoth. 4. Bonũ certamen certaui cursum cõsumaui. Qui ergo in tribulatiõe vult bene ad deũ currere oportz impedimẽta deponere. Ista ipe impedimẽta vocauit aplus pondus ꝛ circũstans peccatũ. Per pondus aũt potest intelligi peccatũ perpetratũ quod dicit pondus qz animã deprimit ad infima ꝛ inclinat ad aliud. ps. Sicut onus graue grauate sunt sup me. Hzego. Peccatũ qõ per penitentiã non diluit mozᷣ suo pondere ad aliud trahit. Per circũstans peccatũ potest intelligi occasio peccãdi que quidẽ est in omni eo qõ circũstat. scz in mũdo carne. primo. demone. Deponentes ergo oñe peccatũ perpetratũ quod dicit põdus ꝛ circũstans nos peccatũ. scz occasionẽ peccãdi. 1ᵉ. petri. 2°. Deponẽtes omnẽ malitiã ꝛ omnẽ dolũ. Vel pondus potest intelligi tediũ tribulatiõis. Sic eñ frequenter tribulatio dicit onus per pphetas sicut onus damasci. id est tribulatio. Quasi dicat. Nõ sit vobis graue pati p xpo Circũstans peccatuz dicit temptatio nobis ĩmissa ex circuitu hostis. 1ᵉ. petri. 5°. Aduersarius vester dyabolus ꝛc. Vel per pondus affectio terrena. per circũstans peccatũ affectio carnalis que scz causaᷓ in nobis a carne circũstante. Quasi dicat. Deponatis affectionẽ tam tpaliũ q̃ carnaliũ si vultis libere currere Unde subdit monitionẽ dicens: Curramus per patientiã ad certamen nobis ppositũ non solũ illatũ qõ tamen sustineamus patiẽter. Sed nos ipi volũtarie curramus. ps. Etiam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri. Hoc autẽ certamen nobis ppositũ est cum iusticia. Eccl. 4. Usq ad mortẽ certa p iusticia. ¶ Deinde cũ dicit. Aspicientes ꝛc. ponit exemplũ xpi. Et circa hoc duo facit. Primo eñ ostẽdit quare passio xpi habenda est in exemplũ ꝛ quid in ipa considerandũ est. Secũdo ostendit fructũ istius cõsideratiõis ibi. Recogitate eũ ꝛc. Sicut eñ dicit Ephe. 2°. Gratia saluati estis p fidẽ. Xpus autẽ est auctoz fidei. Si ergo vis saluari debes intueri exemplar illud. Unde dicit. Aspiciẽtes in iesum passum. Hoc significatũ fuit per serpentẽ eneũ eleuatũ p signo in quẽ aspiciẽtes curabanᷓ. Nũm. 21. ꝛ Jo. 3 Sicut moyses exaltauit serpentẽ in deserto ita exaltari oportet filiũ hois vt oĩs qui credit in ipm non pereat sed habeat vitã eternã. ¶ Si ergo vis saluari respice in faciem xpi tui. Ipse eñ est auctoz fidei dupliciter. Primo eã docendo verbo. Supra. 1. Locutus est nobis in filio. Johañ. 1. Unigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. Secũdo eam in cozde imprimẽdo. Phil. 1°. Vobis donatũ est pro xpo non solũ vt in ipm credatis ꝛc. Item ipe est consummatio fidei dupliciter. Uno modo ipam miraculis cõfirmando. Jo. 10. Si mihi nõ vultis credere operibus credite. Item fidẽ premiãdo. Cuz eñ fides sit imperfecta cognitio eius premiũ ꝓsistit in ipius cognitiõis perfectiõe. Joh. 14. Ego diligã eũ ꝛ manifestabo

ei meipm. Hoc aũt significatũ fuit Zach. 4. vbi dicitur. Manus zorobabel fundauerunt domum istam scz eccle siam cuius fundamentũ est fides: ⁊ manus eius pficient eam scz manus christi: qui de genere zorobabel descẽdit fundat ecclesiã in fide ⁊ fidem gloria consumat. Eidem⁹ enim nunc in speculo ⁊ in enigmate: tunc autem facie ad faciem. pme Cor. 13. Aug⁹ pmo de trinitate ca. 10. Cõ templatio est merces fidei cui mercedi per fidem corda mundantur: sicut scriptũ est. Fide mundans corda eorũ ¶ In passione eñ christi tria consideranda sunt. Primo quid contempsit. Secundo quid sustinuit. Tertio quid promeruit. Quantum ad primum dicit. Qui proposito sibi gaudio ⁊c. Istud autem gaudium fuit illud gaudi um terrenum quo a turba quam pauerat querebat, vt fa cerent eum regem: qõ ipe contempsit fugiendo in mõtẽ Jo. 6. Unde Eccl. 2. Risum reputaui errorez ⁊ dixi qd frustra deciperis. Vel ꝓposito sibi gaudio eterne vite ꝓ premio: sustinuit crucez. Hoc ẽ secundum scz quid sustinuit quia crucẽ. Phy. 2. Humiliauit semetipm factus obediens vsqz ad mortem: mortẽ autem crucis. In quo ostenditur: ⁊ cruciatus acerbitas qz ibi affixus fuit manibus ⁊ pedibus. ⁊ mortꝭ vilitas ⁊ ignominia: qz hoc erat ignominiosum genus mortis. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Quantu mautem ad tertiũ scz quid promeruerit quia sessionez ad dexteram patris. Unde dicit. Atqz ad dexteraz sedis dei sedet. Exaltatio eñ humanitatis christi fuit premiuz passionis eius. Sedet autem ad dexteram maiestatis in excelsis. ¶ Deinde cũ dicit. Recogitate eum ⁊c. ostendit quis sit fructus huiꝰ consideratiõis. Et primo monet ad diligentem exem pli consideratiõem. Secundo ostendit vtilitatem ibi. Et non fatigemini ⁊c. Tertio subdit rationem ibi. Nõ enim vsqz ⁊c. Dicit ergo. Ita dictũ est. Aspicientes. ⁊c. Nec hoc solum: sed etiam recogitate: id est iterum cogitate. Prouerb. 3. In omnibus vijs tuis cogita illuz. Et huius ratio est quia in quacunqz tribulatione inuenitur remedium in cruce. Ibi enim est obedientia ad deum. Phil. 2. Humiliauit semetipm factus obediens ⁊c. Itẽ pietatis affectus ad parentes. Unde ibi gessit curam de matre sua. Item charitas ad proximũ: vnde ibi pro trãsgressoribus orauit. Luc. 23. Pater dimitte illis nõ eñ sciunt quid faciunt. Ephe. 5. Ambulate in dilectione sicut christus dilexit ⁊ tradidit semetipsuz pro vobis. Itẽ fuit ibi patientia in aduersis. ps. Obmutui ⁊ humiliatꝰ sum ⁊ silui a bonis ⁊ dolor meus renouatus est. Esa. 53. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur ⁊ quasi agnus coram tondente se obmutescet ⁊ non aperuit os suum. Item in omnib⁹ finalis perseuerantia. Unde vsqz ad mortem perseuerauit. Luc. 23. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Unde in cruce inuenitur exemplum omis virtutis. Augustin⁹. Crux nõ solum fuit patibulum patientis sed etiam cathedra docentꝭ. Recogitate ergo eũ qui sustinuit. ¶ Sed quid cogitandũ: Tria scz gen⁹ passionis: vnde sustinuit contradictionem id est afflictionẽ in verbis. Unde dicebant. Vah qui destruis templũ dei ps. Eripies me de cõtradictionibus populi. Roma. 10. Expandi manus meas ad populum non credentem sed contradicentem mihi. Luce. 2. Et in signum cui cõtradicetur. Et cõtradictionẽ talẽ id est tam grauem ⁊ ignominiosam. Treñ. pmo. O vos omnes qui transitis per viam attendite ⁊ videte si est dolor sicut dolor meꝰ. Secundo a quibus passus est quia a peccatoribus pro quibus patiebatur. pme Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis. Tertio persona patientis. Ante passionem enim ab origine mundi passus est in membris suis: sed tunc in propria persona. Unde dicit. Aduersus semetipm. Esa. 46. Ego feci et ego feram. ps. Que non rapui tunc exsoluebam. prime Pet. 2. Peccata nostra ipe pertulit in corpore suo sup lignum. ¶ Utilitatem ostendit cum dicit. Et non fatigemini. Consideratio enim passionis christi facit nos non deficere. Gregorius. Si passio christi ad me moriam reuocetur nihil adeo durum est qõ nõ equanimiter toleret Unde nõ deficiatis tanꝯ fatigati animo a veritate fidei Esa. 40. Current ⁊ non laborabunt ambulabunt ⁊ non deficient. 2. Thes. 3. Nolite deficere benefacientes. ¶ Rationẽ autem huius ponit dicens. Nondum enim vsqz ad sanguinem. Quasi dicat. Non debetis deficere in tribulationibus vestris pro vobis quia nondum tãtũ sustinuistis sicut christus. Ipe enim sanguinem suum fudit pro nobis. Mat. 26. Hic est sanguis noui testamenti qui pro multis effundetur. ¶ Vos aũt rapinam bonorum vestrorum sustinuistis. Maius autem ẽ de genere operis vitam dare ꝯ substantiã corporalẽ: licet aliquando ex radice operis scilicet ex charitate possit eẽ minus licut supra dictum ẽ. Unde dicit. Nõdũ enim restitistis repugnantes aduersus peccatũ vsqz ad sanguinẽ. s. fundendum pro xpo.

Lectio secunda.

Et obliti estis consolationis que vobis tanꝯ filijs loquit dicẽs: Fili mi noli negligere disciplinam domini: neqꝫ fatigeris dũ ab eo argueris. Quẽ enim diligit dns castigat: flagellat aũt oẽm filiuz quẽ recipit. In disciplina pseuerante. Tanꝯ filijs vobis offert se deꝰ. Quis eñ filius quẽ nõ corripit pater: Qõ si extra disciplinam estis: cuiꝰ pticipes facti sũt oñs. ergo adulteri ⁊ nõ filij estis. Deinde pfes ꝯdem carnis nre eruditores habuimꝰ ⁊ reuerebamur eos. Nõ multo magis obtẽperabimus pri spirituũ ⁊ viuemus: Et illi quidẽ in tẽpore paucoꝝ dierũ fm voluntatẽ suam erudiebant nos hic aũt ad id qõ vtile ẽ in recipiendo sanctificationẽ eius. Omis aũt disciplina in pnti quidẽ videtur non esse gaudij sed merozis: postea autem fructum pacatissimũ exercitatis per eã reddet iusticie.

Supra induxit apostolus ad mala patienter sustinenda exemplo antiquorũ patrum ⁊ xpi: hic monet ad idem ex auctoritate scripture. Unde circa hoc tria facit. Primo enĩ ponit auctoritatem. Scõo oñdit sensum eius ibi. In disciplina perseuerate ⁊c. Tertio arguit ad ꝓpositum ex premissis ibi. Q si extra disciplinam ⁊c. Ponit autem auctoritatẽ que habet. Prouerb. 3. sed sub alijs verbis ꝯ littera nostra habeat. Ibi enim habemus sic. Disciplinam domini fili mi ne abijcias: nec deficias cum ab eo corripieris. Quẽ eñ diligit domin⁹ corripit ⁊ quasi pater in filio cõplacet sibi. Quia vero apostol⁹ inducit auctoritatẽ istã causa cõsolationis: ideo vtitur alijs verbis Unde dicit. Et obliti estis consolationis ⁊c. Quasi dicat. Mirum est si obliti estis. ps. Secundũ multitudinẽ dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt animam meam. Idem. In eternum nõ obliuiscar iustificationes tuas. Dicit aũt ꝓsolatiõis. i. dei cons-

190

Explanatio sancti Thome

solantis. & est emphatica locutio. 2. cor. 1. Benedict⁹ deus et pater dñi nri ihesu xpi. pater misericordiaꝝ & deus totius cōsolatiōis qui consolat nos in omni tribulatiōe nostra. ¶ Sequit̄ Que vobis. id est qui deus cōsolationis loquitur vobis tanq̄ filijs. Ergo si punit nō odit. sed ei⁹ punitio ordinatur ad bonū. quia loquit̄ vobis tanq̄ filijs. ¶ Verba autem auctoris ponit dicēs: Fili mi &c. Et subdit rationē ibi Que em̄ diligit dñs &c. In auctoritate vero ꝓhibet duo. quia prohibet odiū disciplineꝫ impatientiā ad ipsam. Propter primum dicit. Fili mi noli negligere sicut quidā qui odiūt disciplinā de quib⁹ dicitur puer. 9. Noli arguere derisorem ne oderit te Amos 5. Odio habuerunt loquentē in porta & corripientē pfecte abhominati sunt. Dicit ergo apls. Noli negligere disciplinā dñi. Quasi dicat. Cū deus te flagellat causa discipline: noli negligere. id est negligenter habere fastidiendo. Sap. 3. Sapientiā et disciplinā qui abiecit infelix est. ¶ Propter scōm dicit. Et ne fatigeris dum ab eo argueris. Quidā em̄ & si correctionē durā nō odiāt tñ impatienter portant. Et ideo dicit. Ne fatigeris &c. Tunc em̄ homo spiritualiter fatigat̄ qñ ꝓtristat̄ intantū ꝙ deficit. supra eodē. Ut non fatigemini animis vrīs deficientes Eccl. 6. Ne accidiers in vinculis illi⁹. ¶ Deinde cū dicit Que em̄ diligit dñs &c. assignat causam. Sicut aut dicit pbus verbū castigatiōis cōmunit̄ accipit̄ in pueris & in cōcupiscentia. dicimus em̄ castū: cuius concupiscentia castigata est Similiter puer dicit̄ castigatus qui est bene disciplinatus. qō em̄ de se habet ꝓnitatē ad malū indiget refrenante. Talis autē est concupiscētia & puer que de se sequunt̄ impetus suos. Ideo indiget castigāte. Ille g̃ qui castigat ideo hoc facit ne tēdat in malū. Et quia sensus nri & cogitatio nostra prona sunt ad malū vt dicitur Heñ. 8. Ideo dñs castigat nos vt retrahat nos a malo. ps. Castigās castigauit me dñs & morti nō tradidit me Jere. 31. Castigasti me & eruditus sum quasi iuuē culus indomitus. In hoc autē castigat. qz flagellat non quidem ad cōdemnntionē sed ad salutē. Unde dicit ꝙ flagellat omnē filiū quē recipit. Et ideo qui nō flagellantur nō sunt de numero filioꝝ. ps. In laboze hominū nō sunt & cū hominibus nō flagellabunt̄. Unde est signum quasi eterne reꝓbati ois Ezc. 16. Auferet zelus meus a te. Nec mirū si flagellat omnē filiū quem recipit ꝙ adoptionē. quia ꝓprio filio suo nō pepcit Luc. vl. Oportuit xp̃m pati. ¶ Cōsequēter cū dicit. In disciplia pseverate. Ostendit sensuz auctoritatis ꝓallegate. & p̃mo ostendit sensum monitiōis. Secūdo sensū ratiōis assignat ibi Tanq̄ filijs &c. Tertio ostendit rationē istā esse cōuenientē ibi Quis em̄ filius &c. Monitio aūt apostoli fuerat ꝙ nō debebant negligere disciplinā dñi: nec etiā fatigari. Utrunq̄ aūt cōprehendit in bijs verbis. Nō negligere em̄ nec etiā fatigari sub disciplia. nō est aliud q̄ in disciplina pseverare Unde Job. 6. Hec mihi sit consolatio vt affligens me doloze nō parcat. ps. Apprehendite disciplinā &c. Quare autē nō debeamus negligere dixerat quia quē diligit dñs &c. Unde hic dicit Tanq̄ filijs vobis se offert deus. Quasi dicat. Ideo pseverate. qz offert se tanq̄ filijs Jere. 3. Patrē vocabis me: et post me ingredi nō cessabis. ¶ Consequēter ostendit istā rationem esse cōuenientē dicens Quis em̄ filius quē non corripit pater. Ad patrē em̄ pertinet corrigere filiū suū. puer. 13 Qui pcit virge odit filiū suū: qui aūt diligit illū instāter erudit Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus: et filius remissus euadet preceps. Et ideo necessaria est correctio. sicut paulo dat⁹ stimulus carnis ne per superbiā corrueret. 2. cor. 12. ¶ Deinde cū dicit. Q si extra disciplinā &c. Arguit ex pmissis. & primo deducendo ad inconueniens. Secundo ex quodā exēplo ibi Deinde patres &c. Tertio ex vtilitate consequēte ibi. Omnis autē disciplina &c. Circa primū facit talē rationē. Omnis autē disciplina &c. Circa primū facit talē rationē. Omnes sancti qui deo placuerunt per multas tribulationes transierūt: per quas filij dei facti sunt. Ergo qui in disciplina nō pseverat nō est filius sed magis adulter. id est de adulterio natus. Istius rationis ponit tñ conclusionē dicēs Si estis extra disciplinā nō estis filij sed adulteri. quia disciplinefacti sunt participes omnes scz sancti. 2. thy. 3. Omnes qui pie viuere volunt in christo psecutionē patient̄. Judith. 8. Omnes qui deo placuerunt per multas tribulationes transierunt fideles. Hec oportet ꝙ semp sancti habeant exteriozes tribulatiōes cū interius affligunt̄ ex mala conuersatione quorūdā. 2. Pe. 2. Habitās Loth apud eos qui de die in diē animā iustā iniquis operibus cruciabant. Filius autē ꝓprie dicit qui est ex legittimo patre. Mater nra est ecclia: cuius sponsa est ipse deus. Osee. 2. Sponsabo te mihi in fide. Adulter autē est dyabolus et mundus. Qui ergo nati sunt ex spiritu dyaboli vel mundi sunt filij adulterini Esa. 57. Accedite huc filij auguratricis & adulteri et foznicarie. Patet ergo ꝙ ꝓprie non sunt filij nisi de legittimo patre nati. ¶ Consequenter cum dicit. Deinde patres &c. Ponit secundam rationē sumptā ex Exoō. quod experti sum⁹. scz ex correctione paterna. Que quidē ratio procedit ex duplici differentia que est inter deū patrē & patrē carnalē. Est autē hec prima differentia dei patris ad patrē carnalē Homo em̄ generat hominē q̄tū ad corpus: nō q̄tū ad animam que est per creationem & nō traducit̄. 2. Macb. 7. Nec em̄ ego spiritū & animā dedi vobis. Unde dicit ꝙ nos habuimus patres carnis nre eruditores Eccl. 7. Filij tibi sunt erudi illos. Et reuerebamur eos Exo. 20. Honora patrē tuū &c. Deus aūt excellenti⁹ est pater noster scz q̄tū ad animā quā imediate creat Eccl. vl. Spūs redeat ad deū qui dedit illū. Item iustificat animā doptādo in filios Ro. 8. Spūs testimoniū reddidit spūi nro ꝙ sumus filij dei Ideo dicit. Non multomagis obtēperabimus patri spirituū. id est animaꝝ nraꝝ que dicunt̄ spūs qz nō sunt ex materia Et viuemus Finis em̄ obedientie ē vita eterna. Job. 8. Si quis sermonē meū fuauerit mortē nō gustabit in eternū. supra. 5. Factus est omnib⁹ obtēperātibus ei causa salutis eterne. ¶ Secūda vero differentia est correctiōis humane ad diuinā que in duobus differunt. & primo q̄tū ad finē: quia finis humane correctionis est aliquid transitoriū. Est em̄ ad bene conuersandū in hac vita que est paucoꝝ dieꝝ Secūdo q̄tū ad rōez qz homo corrigit fm volūtatē que falli & errare pot. & tñ obedimus ei. In correctione aūt diuina nō est sic: qz erudit nos ad aliquid vtile in sempiternū. scz ad recipiendā sanctificationē: que scz ē ipsemet deus Esa. 8. Dominuz exercituū ipz sanctificate Ipse pauor vester & ipse terror vester & erit vobis in sanctificationē. Et ideo dicit. Et illi quidē erudiebant nos in tēpoze paucoꝝ dieꝝ. Et hoc q̄tū ad primū. Et fm voluntatē suā. & hoc q̄tuz ad scōm hic autē ad id quod vtile est Esa. 48. Ego dñs docēs te vtilia. Et hoc in sanctificationē ab ipso recipiēdā. & ideo debemus magis recipere disciplinā eius. ¶ Sequit̄ omnis autē disciplina &c. Hec est tertia ratio q̄ sumit̄ ex vtilitate correctionis. Cuz autē pene sint quedā mediane. idē iudicium videtur esse de correctione & de medicina. Sicut autē medicina in sumptiōe quidē amara est & abhominabilis. tamen eius finis est valde dulcis & desiderabilis. ita de disciplina ꝙ grauis est ad sustinendū: sed adducit fructū optimū. Sciendū est aūt ꝙ disciplina dicit a discendo. Pueri autē qui addiscunt flagellis erudituntur. Et ideo disciplina aliquando sumit̄ pro scientia.

vt in principio primi posteriox. Omnis doctrina ⁊ omnis disciplina ⁊c. que grece dicitur episteme. Aliquādo autē sumitur pro correctione ⁊ grece dicitē pedia: sed in latino non habet nomina ita distincta. Dicit ergo q̄ omnis disciplina que scilicet est eruditio p flagella ⁊ molestias in presenti videtur esse non gaudij sed merorix. qz exterius habet tristiciam in sustinendo: sed interius habet dulcedinē ex intentione finis. Et ideo dicit videt et non dicit est. 2. cor. 6. Quasi tristes semper aūt gaudētes. Job. 16. Mulier cū parit tristiciaz habet ⁊c. 2. cor. 4. Id em̄ quod in presenti est momentaneū ⁊ leue tribulationis nostre. supra modū in sublimitate eternū glorie pondus operatur in nobis. Et ideo dicit. Postea reddit fructū. Fructus em̄ importat dulcedinē Unde frui ē delectari in fine adepto. Iste em̄ fructus habet hic cū ptur batione exteriox incōmodorum ⁊ temptationū interiox ⁊ ideo non est pacatissimus sicut ibi. In gloria siquidem nihil erit interius remordens conscientiā nec impellens ad culpā: nec exterius contristans. Ibi em̄ vt dicit Augustinus. Erit quicqd voles. ergo ille fructus est pacatissimus. Pacatus quidē in trāquillitate conscientie. Iz peccatiox in susceptiōe pri me stole sed pacatissimus in susceptione secunde Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulēta. puer. 3. Primi et purissimi fructus eius. Reddet ergo fructū iusticie. id est quē meretur iusticia. Seminanti em̄ iusticiā merces fidelis. puerb. 11. Item ibi Fructꝰ iusti lignū vite. Uel iusticie. id est ad iusticiā apprehēdendam Osee. 10. Seminate vobis in veritate iusticiā ⁊ metite in ore misericordie. pſ. Euntes ibāt ⁊ flebant ⁊c. Si non redditur fructus nisi exercitatis per eam. id est p disciplinam. supra. 5. Perfectox ēst cibus solidus eox q̄ p consuetudine exercitatos habent sensus.

Lectio tertia.

Propter quod remissas manus ⁊ soluta genua erigite: ⁊ gressus rectos facite pedibus vestris: vt nō claudicans quis erret: magis autē sanetur. Pacez sequimini cū omnibus ⁊ sanctimoniaz: sine qua nemo videbit deum. Contēplantes ne quis desit gratie dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat. ⁊ per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator aut p̄ophanꝰ vt esau: qui propter vnā escā vendidit primitiua sua. Scitote em̄ quoniam et postea cupiens hereditare benedictionem reprobatus est. Non em̄ inuenit penitentie locum. q̄q̄ cū lachrymis inq̄sisset eā.

Supra monuit apostolus qualiter nos debemus habere ad mala penalia sustinenda: hic monet qualiē nos debemus habere ad mala culpe vitanda. Et circa hoc duo facit. Primo enim ponit monitiones suas. Secundo assignat rationes ipsorum ibi Non em̄ accessistis ⁊c. Circa primū duo facit. Primo em̄ monet hominē peccantē Secundo nōdū peccantē ibi. Pacē sequimini ⁊c. Est autē duplex peccatū. scz omissionis ⁊ transgressionis. Primo ergo monet ad dimittendū peccatū omissionis. Secūdo ad dimittendū peccatū transgressionis ibi Et gressus rectos ⁊c. Peccatū autē omissionis duplex est. Unum quando quis omittit bonū facere. Aliud omittendo mala ⁊ aduersa tolerare. Quantū ad primū dicit. Propter quod scz quia disciplina affert fructū pacatissimum. ideo vt vos hunc fructū percipere possitis erigite manus remissas. Manus em̄ cū sit organū organorum remissa dicitur quando vacat ab eius operibus. ⁊ ideo erigēda est per rectam intentionem ad operandum que deo placēt. Treñ. 3. Leuemus corda nostra cū manibus ad deum. pſ. Eleuatio manuū mearx ⁊c. Manus em̄ remissa inducit egestatē et seruitutē. puerb. 10. Egestatē operata est manus remissa: manus autē fortiū diuitias parat. Item eiusdem cap̄. 12. Manus fortiū dominabitur: que autez remissa est tributis seruiet. In huius signū quando moyses eleuabat manus vincebat israel quando vero remittebat superabat amalech Exō. 17. Quantū ad aliud peccatū omissionis dicitur: Erigite genua dissoluta. Jnnenibus totū pondus corporis sustentatur. Habent ergo genua dissoluta qui non habent fortitudinē fortiter tolerandi aduersa. hec ergo remissio abijcienda est Job. 4. Manus lassas roborasti: ⁊ genua trementia confortasti. vacillantes confirmauerunt sermones tui Esa. 35. Confortate manus dissolutas: ⁊ genua debilia roborate. Manus ergo ⁊ genua erigite: vt nec ocio torpeatis: nec debilitate besitetis. Deinde cū dicit. Et gressus rectos ⁊c. Jmprobat peccatū transgressionis. Istud autē peccatum est obliquitas quedam ⁊ curuitas. Rectū em̄ dicitur cuius medū non exit ab extremis. id est cuius operatio nō recedit ab intentione ⁊ fine debito. Triplex autem ē obliquitas. scilicet in affectu. in operatione ⁊ in intellectu. Istas tres monet declinare. Ex affectione autē iniqua sequitur obliquitas in intellectu. ⁊ deprauatio in affectu. Et ideo quantū ad primū q̄ est aliorum radix dicit: Facite gressus rectos pedibus vestris. id est rectas affectiones. Sicut em̄ pedes portant corpus: ita mentē portant affectiones. Recti ergo pedes sunt affectiōes recte Eze. 1. Pedes eox pedes recti. Rectificate ergo affectiones quibus totū corpꝰ portat spiritualiter Esa. 40. Rectas facite in solitudine semitas dei vestri. Hoc est q̄tū in vobis est date operā ad hoc. Sed rectificare est solius dei. pſ. Dirige gressus meos in semitis tuis. Quantū ad secundū dicit. Ut non claudicans quis. scz quātū ad actionem exteriorē. Sicut em̄ tibia dicitur clauda quādo nō sequitur regulā potentie gressiue: ita operatio claudicat quando siue ad dexteram. id est in prosperis. siue ad sinistrā. id est in aduersis non sequitur regulā legis diuine. Esa. 30. Hec est via ambulate in ea ⁊ nō declinetis: neq̄ ad dexterā: neq̄ ad sinistrā. Uel claudicat qui cerimonialia obseruat cum euangelio. Quantū ad obliquitatem intellectus dicit Erret. Malaz em̄ operationez sequitur error intellectus. puer. 14. Errant omnes q̄ operantur malū Sap̄. 2. Hoc cogitauerunt et errauerūt excecauit em̄ eos malicia eorum. Qui ergo vult illas duas curuitates cauere habeat pedes ⁊ affectiones rectas. Et ideo dicit: Magis autē sanet. Sicut em̄ sanitas corporis consistit in contēperatione humorū: ita sanitas spiritualis in ordinatione affectuum Jere. 17. Sana me domine ⁊ sanabor. Deinde cū dicit: Pacē sequimini ⁊c. Monet non peccantē ad vitandū peccatum. ⁊ circa hoc duo facit. Primo em̄ premittit quedā remedia q̄ valent ad omnia peccata vitanda. Secundo specialiter monet ad vitationē eorū ibi Ne qua radix ⁊c. Circa primū sciēdum est q̄ actionū humanarū sunt diuersi fines. Quedā em̄ ordinantur ad alium: sicut iusticia que ordinat hominem ad proximum. Et istarum finis est pax. Unde Esa. 32. Erit opus iusticie pax. Quedam ad ipsum operantem sicut ieiunare: et istorum finis est puritas. Nō enim ieiunamus nisi propter mundiciam ⁊ puritatem. Quantum ergo ad primum dicit. Pacem sequimini. id est

non solum habete: sed queratis quomodo cum alijs habeatis. Ro. 12. Si fieri potest quod in vobis est cū omnibus hominibus pacem habentes. pō. Inquire pacē ⁊ p̄sequere eam. ¶ Quantū ad secundū dicit: Et sanctimoniā. 2. coz. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus. Q̄ autem ista remedia sint necessaria ostendit per duo damna que incurrimus sine ipsis. scilicet damnū glorie in futuro. ⁊ gratie in presenti. Quātuz ad primū dicit: q̄ sine pace ⁊ sanctimonia nemo videbit deū in quo cōsistit beatitudo Johannis. 17. Hec est vita eterna ꝛc. Quasi dicat Sine pace ad proximū ⁊ mundicia ⁊ puritate quo ad seipsum nemo potest esse beatus. Mat. 5. Beati pacifici quoniā filij dei vocabuntur. Solum autē filijs debetur hereditas diuine visionis. Item Apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatuz. pō. Domie quis habitabit ī tabernaculo tuo ꝛc. Itē Quis ascendet in montē domini ꝛc. ¶ Quantū ad secūdū dānum scz grātie in presenti dicit. Contemplantes ne quis desit gratie dei. Gratia em̄ per discordiā ⁊ immundiciaz amittitur. 1. coz. 14. Non est deus dissensionis sed pacz pō. In pace factus est locus eius. Abacuc. 1. Mundi sūt oculi tui domine ne videāt malū ⁊ respicere ad iniquitatē non poteris. Sap̄. 1. Spiritussanctus discipline effugiet fictuz et corripietur a superueniente iniquitate. Figuratiue aūt loquitur apostolus. Gratia em̄ et si nō habeat ex meritis alioquin iam gratia non esset gratia: tamen opoz tet q̄ homo faciat quod in se est. Deus autez voluntate sua liberalissima dat eā omni p̄paranti se. Apocal. 3. Ecce sto ad hostiuz ⁊ pulso si quis apperuerit mihi intrabo ad eum. 1. thy. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri Et ideo gratia dei nulli deest sed omnibus q̄tum in se est cōmunicat. Sicut nec sol deest oculis cecis. Dicit ergo Contemplātes ne quis desit gratie dei. ¶ Sed cōtra quia si gratia non datur ex operibus: sed tm̄ ex hoc q̄ aliquis non ponit obstaculū. ergo habere gratiā dependet ex solo libero arbitrio et non ex electione dei: quod ē erroz pelagij. Respondeo dicendum est q̄ hocipsum q̄ aliquis non ponit obstaculū ex gratia procedit. Unde si aliquis ponat ⁊ tamen moueatur coz eius ad remouēdū illud hoc est ex dono gratie dei vocantis per misericordiam suam Hal. 1. Cuz aūt placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee et vocauit per gratiā suā ꝛc. Hoc autē donū gratie nō est gratū faciens. Q̄ ergo a quibusdā remouetur istud obstaculum hoc est ex misericordia dei. q̄ autē non remouetur hoc est ex iusticia eius. Non autē dicit ne tu desis: sed ne quis. id est quicunq̄. quia quilibet debet esse sollicitus de proximo Ecclesias. decimoseptio Unicuiq̄ mandauit de proximo suo. ¶ Deinde cum dicit Ne qua radix ꝛc. Specialiter descēdit ad monitionē vitationis peccatoz cōtrariorz vniuq̄ predictoz remediozuz. Et primo monet vitari peccata cōtraria paci. Secundo contraria sanctimonie ibi. Ne quis fornicator ꝛc. Dicit ergo: Ne qua radix amaritudinis ꝛc. Illud dicit amarū quod non potest gustari nisi cum offensa. Conuersatio ergo alicuius dicitur amara quando non potest esse sine offensa eoz cum quibus cōuersatur. Quo contra dicitur de sapientia. Sap̄. 8. Non habet amaritudinē conuersatio illius nec tediū conuictus eius sed leticiā ⁊ gaudium. Qui ergo in sapientia scit conuersari non est amare conuersationis. qō fit quando nō habet dura verba vl̄ facta. Et ideo dicit Contēplantes ne qua radix amaritudinis. id est amaritudo paulatim inchoata ⁊ in cordera dicata sursum germinans impediat pacem. ⁊ per consequēs gratiā et visionē dei. Deutro. 29. Ne sit inter vos radix germinans fel ⁊ amaritudinē. Osee. 12. Ad iracūdiaz prouocauit me effraym in amaritudinibus suis. Ut radix amaritudinis ē mala cogitatio noxie delectatiōis. que sursum germinat quando per consensum ad opꝰ venit. Et per illam inquinantur multi: quia non solum illi in quo est. sed et alij malo eius exemplo. 1. corinthioz. quinto. Modicum fermentum totam massam corrumpit. ¶ Deinde cum dicit. Ne quis fornicator ꝛc. Monet vitare peccata contraria sanctimonie cui specialiter oppōnuntur pctā carnalia. scz luxuria ⁊ gula: que perficiūtur in delectatione carnali: per quam mens inquinatur. Unde ista mentem ⁊ carnem inquinant. Et ideo specialiter monet ista vitari. Et primo luxuriam dicens: Contēplātes. Et non solum quilibet in seipso sed ne quis fornicator. ita q̄ quilibet in proximo suo hoc contempletur Augustinus. Inuicez vestram pudicicia custodite. ⁊ Ephesiozum. 5. Fornicatio autē ⁊ omnis immūdicia ⁊ auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos Thobie. 4. Attende tibi ab omni fornicatione. ¶ Secundo prohibet gulam dicens: Aut prophanus. ⁊ dicitur quasi procul a phano. ⁊ tales sunt gulosi qui de ventre suo deum faciunt sicut Esau Quod dixerat ostendit in exēplo esau qui propter gulam vendidit primogenita Sic etiam gulosus pro mimma esca vendit hereditatē eternā. Prouer. 6. Pr̄eciū scorti vix est vnius panis Esau autē non solū fuit gulosus: sed etiā luxuriosus. quia contra voluntatez parentum duxit vxores alienigenas. Jus autem primogeniti erat q̄ habebat duplicē portionem. et ante sacerdotium aaron habebat honorem sacerdotalem. Unde in hoc cōmisit ipse symoniā. ℊ videt q̄ etiam Jacob q̄ illō emit similiter cōmisit symoniā qō falsuz est. Jacob em̄ per spiritumsanctum intellexit illud sibi deberi. iuxta illud Malachie. 1. Jacob dilexi Esau aūt odio habui. Et ideo non emit sed quod sibi debebat ab iniusto possessore redemit Et hoc est q̄ dicit q̄ Esau propter vnam escā vendidit primitiua sua: vl̄ p̄rogēita vt dicit. Hen̄. 25. ⁊. 27 ¶ Et penam consecutam ostendit subdens: Scitote em̄ quoniam et postea cupiens hereditare benedictionē reprobatus est. Sicut enim dicit Hen̄. 27. Postq̄ ysaac benedixerat iacob: venit Esau ⁊ petijt benedictionē: qō tamen non obtinuit. licet pater fecisset ignorans. quia in illo stupore quem habuit: factus in extasi edoctus? est a spiritusancto q̄ non retractaret quod fecerat. Unde dicit: Benedixi ei ⁊ erit benedict?. Et sic Esau consilio spiritussancti reprobatus fuit. In quo datur intelligi q̄ nullus debet negligere dum adhuc viuit benefacere quantumcūq̄ sit reprobatus in p̄scientia diuina. qz post vitam ad hereditatē dei: etiam si desideretur naturaliter nō peruenitur. ¶ Sequitur. Non enim inuenit penitentie locum q̄q̄ cum lachrymis inquisisset eam. Sicut enim dicitur Hen̄. 27. Irrugit clamore magno ꝛc. Sed contra quia dicitur Ezechiel. 18. Quacunq̄ hora ingemuerit peccator ꝛc. Respondeo dicendū est q̄ q̄diu p̄sens vita agit̄ pōt agi vera penitentia. Interdum tū aliqs penitet non propter amorem iusticie: sed propter timorem pene vel damni temporalis. Et sic penituit Esau. non qz vendiderat primogenita: sed quia perdiderat. Unde nō dolebat de peccato venditionis: sed de damno perditionis. Et ideo penitentia eius non fuit accepta. qz nō erat vera. Sic etiam penitent damnati in inferno. vt dicitur Sapientie. 5. Penitentiam agentes. non quia peccauerunt: sed quia exclusi sunt. Tamen scōm glosam hoc qō dicit: Hic fornicator ⁊ prophanus aliter intelligi potest vt fornicator dicatur qui cū fide carnales cerimonias obseruat. sicut habens concubinam cū vxore propria. Sed prophanus. id est procul a phano. sicut penitus infidelis.

Lectio quarta.

Non enim accessistis ad tractabilem
et accessibilem ignē et turbinē et cali-
ginem et procellā et tube sonū et vo-
cem verborum. quā qui audierunt excusa-
uerunt se ne eis fieret verbum. Nō eīm por-
tabant quod dicebatur. et si bestia tetigerit
montē: lapidabitur Et ita terribile erat qō
videbatur. Moyses dixit. Exterritus sum
et tremebundus. Sed accessistis ad syon mō
tem et ciuitatē dei viuentis hierusalem cele-
stem: et multorum milium angelorū freq̄n-
tiā: et ecclesiam primitiuor̄ q̄ conscripti sūt
in celis. et iudicem omnium deū et spiritum
iustor̄ perfectorum. et testamenti noui me-
diatorem iesum. et sanguinis aspersionē. me
lius loquentem q̄s abel.

Supra posuit apostolus monitionem ad vitandū mala culpe: hic assignat istius monitionis rationem quam sumit ex comparatione noui et veteris testamenti. Et circa hoc duo facit. Primo eīm ponit comparationē illā. Secūdo ex ipsa arguit ibi. Videte ne recusetis ꝛc. Circa primum duo facit. quia primo proponit ea que pertinēt ad vetus testamentū. Secundo ea que ad nouū testamētum ibi. Sed accessistis. Circa primū sciendum est. q̄ vt dicit Augustin⁹ Breuis differentia legis et euangelij est timor et amor. Lex enim tang pedagogus noster fuit in christo. paruuli autē terroribus ducendi sunt. puer. 19. Pestilente flagellato sapientior erit paruulus. Et ideo hic dicit apostolus: q̄ in datione legis facta sunt quedā terribilia. Unde primo ponit illa quibus territi sunt hij quibus lex dabat. Secundo agit de terrore legislatoris ibi. Moyses dixit ꝛc. Quantū ad primū tria ponit. scilicet terrorē quantū ad visa. Secundo quantum ad audita ibi Et procellā ꝛc. Tertio quantū ad cōminationes ibi. Et si bestia tetigerit ꝛc. et ista tria referuntur ad tria q̄ ibi erant terribilia. scilicet ex parte dei. ex parte legis date. et ex parte ministrorū legis Quantū ad primū. scz ex pte dei ponit tria terribilia. scz zelum ad puniendum. seueritatem pene et occultationē dantis legem. Zelus designatur Deutro. 4. Dñs deus tuus ignis consumens est deus emulator. Malach. 3. Ipse eīm quasi ignis conflans. Unde ipse deus frequenter vocat se zelotē. quia crimen sponse non dimittit inultū. Exod. 20. Ego eīm sum dñs deꝰ tuus fortis zelotes. et. 34. Dñs zelotes nomē eiꝰ. et puer. 6. Zelꝰ et furor viri nō parcet in die vindicte. Añ dicitur hic. Non eīm accessistis sicut illi ad tractabilē et accessibilem ignē. Ille eīm ignis vt dicitur Exod. 19. erat cor poēalis et ideo palpabilis et sensibilis. et etiā in certo loco vt ad ipsum posset accedi. In noua autem lege datꝰ fuit ignis spiritussancti. Actuū. 2. Sicut eīm iudeis. l. die ab egressu de egypto apparuit ignis emulationis. ita discipulis. l. die a die resurrectionis ignis spiritussancti nō palpabilis sed mente perceptibilis Treñ. 1. De excelso misit in ossibus meis ignē et erudiuit me. Iste ignis infinitus est natura et loco Lucē eīm habitat inaccessibilem 1. thi. 6. Et ideo non est accessibilis. ¶ Seueritas pene significatur per turbinē que est ventus cū aqua Job. 9. In turbine conteret me. Uel potest referri ad temptationes. Nec eīm non refrenabat concupiscentiā. q̄ non dabat gratiam adiutricez ex opere operato. sed tm̄ cohibebat actū. et ideo generabat turbinē tēptationū. ¶ Occultatio autē dantis legem significatur per caliginē in qua figurabatur q̄ status legis occultus erat. id est velatus. 2. cor. 3. Usq̄ in hodiernuz diē cuz legitur moyses velamē positum est super cor eorum Sed in noua lege istō velamen ablatū est: in cuius signū in passione christi velum templi scissum est. quia nos reuelata facie gloriā domini speculamur. vbi supra. Itē caligo illa significabat diuinā excellentiā. Sicut eīm illō quod in caligine ē: clare videri non potest: ita lux excellens hebetat oculū et facit ipsum caligare qui lucē habitat inaccessibilē. ¶ Deinde cū dicit: Et procellā ꝛc. Ponit terribilia quantum ad auditū que sumuntur ex parte legis. In lege aūt tria erant valde terribilia. scz magnitudo cōminationū. grauitas preceptorū: et multiplicatio ipsorum. Quantū ad primū dicit. Et procellā. que proprie est conturbatio maris. Large autē dicitur turbatio aeris cuz turbine et pluuia. Unde significat austeritatē cōminationū que erāt in veteri lege Deutro. 29. ¶ Sonitus tube significat grauitatē preceptor̄ ad quorum adimpletionē indicebatur homini quasi bellū contra seipsum. ¶ Vox verborum significat multitudinē preceptor̄. Verborū inq̄ dei p̄ subtectam creaturā. scilicet per angelū Gal. 3. Ordinata per angelos ꝛc. Deus eīm per angelos ibi loquebatur. q̄ omnia adeo terribilia fuerunt q̄ illi qui vocē illā audierunt excusauerunt se ne eis fieret verbū. Unō dicit Exod. 20 Perterriti atq̄ timore percussi fuerunt et steterunt procul dicentes moysi: Loquere tu nobis et audiemus. nō loquat nobis dominus ne moriamur. Cūm autē huiꝰ excusatiōis subdit dicens: Quia non poterant verba dei portare. Unde non portabant. id est non sustinebant qō dicebatur Deutro. 5. Quid est omnis caro vt audiat vocem dei viuētis qui de medio ignis loquit: sicut nos audiuimus et possit viuere. Tūc autez dicunē non portari verba dei: quando vel intellectu non capiunē vel excedunt affectum. ¶ Consequenter ponit pene cōminationem dicens: Et si bestia tetigerit montē lapidabit. Exo. 19. vbi dicitur: Omnis qui tetigerit montē morte morietur. Manus non tangēt euz: sed lapidibus opprimetur aut confodietur iaculis. siue iumentum fuerit siue homo non viuet Apostolus autē ad maiorē terrorē nō facit mētionē hic nisi de iumentis que iubentur in lege occidi: ad ostendendū grauitatē peccati. Tamen mistice mons est altitudo misteriorum diuinorum. Bestia vero est homo bestialiter viuēs. pñs. Homo cū in honore esset nō intellexit cōparatꝰ est iumētis insipiētibꝰ ꝛc. Hec bestia duobꝰ modis tangit montē. Uno modo blasphemādo. pñs. Posuerunc in celū os suū Leui. 24. Educ blasphemū extra castra et lapidet eū vniuersus populus. Alio modo ingerēdo se indigne diuinis. puer. 25. Qui pscrutator ē maiestatis opprimet a glia. ¶ Ex his cōcludit qō intēdit. s. q̄ ista valde terribilia erāt: q̄ etiā nec iumentis pcebat. Añ dicit q̄ ita terribile est qō dicebat. in q̄ designat dña noui et veteris testamēti: q̄ vet⁹ testamētū datum fuit in terrore: vt corda iudeor̄ q̄pna erāt ad ydolatriā terrerētur. Nouū aūt datū est in amore Ro. 8. Nō eīm accepistis spiritū seruitutis itez in timore. sz accepistis spūm adoptionis filior̄ in quo clamamus abba pater. Unde et xps nō terrores in principio predicationis sue premisit: sed regnū celorū pmisit Mat. 4. Penitētiā agite appropinq̄bit eīm regnū celor̄. puer. vl. Lex clementie in lingua eius. ¶ Deinde cū dicit. Moyses dixit ꝛc. agit de timore legislatoris. scz moysi. Lex enim per moysen data est. Joh. 1. Si q̄ ipe moyses in legis datiōe territus fuit ita vt diceret vt dicit aplꝰ hic. exterritus sum. scz interiꝰ et tremebundus exteriꝰ: qui fuit perfectissimus inter omnes

signū erat q̄ ipsa lex terribilis erat etiā ispis pfectis: qz nō dabat gratiā vt dictū est: sed tantū ostēdebat culpā. Unde ipsa fuit graue iugum. de quo dicit Petrus Actuum 15. q̄ hoc est iugū quod nec nos nec patres nostri portare potuim⁹. Sed lex christi iugū suaue est: qua charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritūsanctū: q̄ datus est nobis Ro. 5. ¶ Unō sciēdū est q̄ ista littera quā ponit hic apostolus non est exō. 20. sed forte accepit eā apostolus Exō. 3. vbi in visione rubi territus fuit t dixit: Non sum eloquens ab heri et nudiustertiꝰ: Ex quo dixit. vel facto saltem t si non verbo. Exterritꝰ sum t tremebundus. Uel forte apostolus vtitur alia lra quaz nos non habemus. Ex quo apparet q̄ lex vetus fuit lex timoris. ¶ Deinde ponit conditiones noui testamenti dicēs Sed accessistis ꝛc. Ubi ostendit que nobis in ipso ꝓponuntur. Et sunt tria nobis promissa. scz spes future glorie. participatio ecclesie t familiaritas dei. ¶ Secūdum ostendit cuz dicit. Et ecclesiam primitiuoꝝ ꝛc. Tertiuz ibi. Et iudicem omniū deū ꝛc. In celesti autē gloria duo sunt que potissime bonos letificabunt. scz fruitio deitatiz t cōmunis sanctoꝝ societas. Nullius eñ boni possessio iocunda est sine socio. vt dicit Boecius t. ps. Ecce q̄ bonū t q̄ iocundū habitare fratres in vnū. Fruitio autē in duobus consistit. scz in visione intellectꝰ: t in delectatione affectus. Ut eñ dicit Augustinꝰ. Fruimur cognitis in quibus voluntas delectata conquiescit. ꝓpter visionem eñ dicit Accessistis ad montē syon. Syon enim significat altitudinē diuine contemplatiōis Esa. 33. Respice syon ciuitatē solennitatis nostre. Jocunditas t delectatio affectus significatur per hierusalem ciuitatē celestem dei viuentis. Ibi eñ erit visio experimentalis pacis: quia nihil erit perturbās: siue interius siue exterius Unde dicitur ciuitas. id est ciuium vnitas. ps. Hierusalem que edificatur vt ciuitas. Itē Lauda hierusalē dñm lauda deū tuū syō. Sequitur Qui posuit fines tuos pacem t adipe frumenti saciat te. Haꝰ. 4. Illa que sursum est hierusalē libera est. Unde nihil vltra erit desiderandum. Cañ. 8. Exquo facta sum corā eo quasi pacē reperiens. ¶ Cōplemētū aūt sanctoꝝ est cōmunis societas: de qua dicit. Multorum miliū angeloꝝ frequentiam. id est assiduitatem. quia semper ibi sunt. Mat. 18. Angeli eorum in celis semp vident faciē patris mei qui in celis est Q̄ autē sint multa milia patet Dañ. 7. Milia miliū ministrabant ei. t decies centena milia assistebant ei. Job 25. Numquid est numerus militū ei? Apocalipꝭ. 5. Et erat numerus eoꝝ milia miliū Esa. 22. Urbs frequēs ciuitas exultans. Et ecclesiā primitiuoꝝ qui cōscripti sunt in celis. Hec de participatione ecclie. Dicitur autē ecclesia domus dei. 1. thi. 3. Primitiui sancti sunt apostoli q̄ primitus t abundantius dona gratie ꝓceperūt. p q̄s derivata sunt in posteros Ro. 8. Non solū autez illa: sed et nosipsi primitias spiritus habentes Ephe. 2. Superedificati super fundamentū apostoloꝝ et prophetaꝝ ꝛc. Sicut autē antiquitus apud romāos senatores qui assumebātur ad magnas dignitates' describebantꝰ: quos primꝰ pompilius in tabulis aureis scripsit: t dicebātur patres conscripti. ita apostolus hic ad ostendendum dignitatez apostolorum dicit q̄ conscripti sunt in celis cuiꝰ scripture liber est noticia quā deus apud se habet de saluandis Unde sicut ibi illud quod scribit non defacili a memoria labitur: ita illi qui ibi per finalē iusticiā scripti sunt infallibiliter saluabunt. Et dicitur liber ille liber vite Lu. 10 Gaudete et exultate. quia nomia vestra scripta sunt in celis. ¶ Decinde cū dicit. Et iudicē omnium ꝛc. Ostendit quomodo consecuti sumus dei familiaritatem. Et primo familiaritatē patris q̄a dicit. Accessistis ad iudicē omnium deum patrē. scz a quo est omnis auctoritas iudiciaria in viuinis. Q̄ eñ filius iudicet habet a patre. Hen. 18. Non est iudex tuū qui iudicas omnē terrā. Illud autē q̄ dicit Job. 5. q̄ pater oñe iudiciū dedit filio. intelligitur ꝯtū ad corporalē ꝓsentiam. qz scla ꝓsona filij apparebit in iudicio. Iste autē accessus est p̄ fidē t charitatem. Ro. 5. Justificati igit̄ per fidē pacē habeam⁹ ad deū per dñm nr̄m iesum xp̄m per quē accessum habem⁹ p̄ fidem in gratiā istā ꝛc. ¶ Secūdo familiaritatem spūsancti cū dicit. Et spiritūsanctū iustoꝝ. Scōm glo. h̄ est triplex lra. Una est melioz q̄ habet in greco. t spūm iustoꝝ pfectoꝝ id ē accessistis ad spūmsanctū q̄ facit pfectos in iusticia Job 31. Ut video spūs est in homib⁹. 1. coꝝ. 3. Nescitis q̄ templū dei estis vos: t spūs dei habitat in vobis. Dis enim iusticia et pfectio est a spūsancto. ¶ Alia lra. Et spūum iustoꝝ pfectoꝝ Et est sensus. Accessistis ad deū qui qui dē est iudex omniū: sed est quasi hereditas spirituū iustorū perfectoꝝ. Treñ. 3. Pars mea dñs dicit anima mea. ¶ Tertia littera est. Et spūs iustorū pfectoꝝ. id ē vt habeam⁹ societatē cū spiritib⁹ sctoꝝ q̄ sunt iusti t pfecti. Sz prima melioz est t planioz. ¶ Tertio ꝯtū ad familiaritatē filij dicit: Et testamenti noui mediatoz est. Quasi dicat Accessistis ad christū qui est mediatoz illius noui pacti in quo nobis promittuntur spiritualia. Non sic autē moyses. Unō supra. 9. Ideo noui testamēti est mediatoz 1. thi. 2. Mediatoz dei t hominū homo xp̄s iesus. Nodus aūt isti⁹ mediatiōis fuit effusio sanguis xp̄i. qz vt dictū est. 9. Sine sanguis effusiōe nō fit pctoꝝ remissio. Et iō dic. Accceessistis ad aspsionē sanguis. 10. Aspsi corda a pscia mala. 9. Si eñ sanguis hyrcoꝝ t vituloꝝ t cinis vitule aspsus inquinatos sanctificat ꝛc. Et loq̄t apls sm ritū veteris legis. vbi post datiōz veteris legis pplus aspsus ē sanguie q̄ erat figura sāguis xp̄i q̄ fideles mūdādi erāt. ¶ Seq̄t Melius loq̄ntis ꝯ abel. Effusio ei sāguinis xp̄i figurata fuit in effusiōe sanguinis omnium iustoꝝ qui fuerūt ab origine mundi Apoc. 13. Agni q̄ occisus est ab origine mundi. id est occidi pmeruit⁹. Et iō effusio sanguinis Abel signuz fuit istius effusionis. Sed xp̄i sanguis melius loquitur ꝯ sanguis abel. quia iste clamat vindictā. sed sanguis xp̄i ibi clamat veniā Luc. 23. Pater ignosce eis. Esa. 53. Pro transgressoribus oravit Matth. 26. Hic est sanguis noui testamenti: qui pro multis effundet in remissionē peccatoꝝ. Uel melius loq̄n tē. id est melius loqui facientē. qz sanguis iste facit nos loqui xp̄m vez deū iustificantē.

Lectio quinta.

Videte ne recusetis loquētē. Si eñ illi nō effugerūt recusantes eū q̄ super terrā loquebatur: multomagis nos qui de celis loquentē nobis auertimus cuius vox mouit terrā tunc: nunc autem repromittit dicens: Adhuc semel t ego mouebo non solū terrā sed et celuz. Q̄ autez adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem tanq̄z factorum. vt maneant ea q̄ sunt imobilia. Itaq̄z regnū imobile suscipientes habemus gratiā per quā seruiamus placētes deo cū metu t reuerentia. etenī deus noster ignis consumens est.

Supra posuit aplūs conditionē vtriusq; testamēti: hic ex hoc arguit. & circa hoc facit duo. Primo enī arguit. Secūdo inducit cōclusionē principaliter intentā. ibi. Itaq; regnū īmobile &c. Circa primū duo facit Primo enī prē mittit intentionē suā. Secūdo arguit ad ppositū ibi. Si enī illi &c. Dicit ergo. Ita dictū est q; sanguis xpi melio loquit q; sanguis abel. Videte ergo ne recusetis vel cō dēneris loquentē. i. qō loquit implete. Duo aūt nobis loquit sanguis xpi. Primo enī loquit nobis cōmemorā do suū beneficiū quo dat nobis remissio peccatoz. Qui ergo ite; peccat loquentē ptemnit. Item loquit exhorta tās ad imitandū. 1c. petri. 2. Xps passus est p nobis: vo bis relinquēs exemplū vt sequami vestigia eius. Qui ḡ nō tollit crucē suā ad ipm sequendū recusat loquētē. ps. Hodie si vocē eius audieritis nolite obdurare corda vra Mat. 17. Hic est filius meus dilectus in q̄ mihi bene cō pla cui ipm audite. Deinde cū dicit. Si enī illi &c. arguit cōparādo locutionē veteris testamēti ad locutionē noui testi Et hoc ꝑtū ad duo. s. ꝑtū ad monitionē loquē di & quantū ad efficaciā locutiōis Mod⁹ loquēdi q; ille loquebat super terrā: hic aūt est de celo. Unde dicit. Si illi. s. antiqui patres recusantes eū qui loquebat sup ter rā. s. xpm. Esa. 52. Ego ipe qui loquebar ecce assum. s. per angelos vel pphetas. Supra. 1. Multipharie mul tisq; modis olim deus loquēs patrib⁹ in pphetis. Vel eū. 1. angelū per quē lex data est moysi. Gal. 3. Ordina ta per angelos. s. 2°. Si enī qui per angelos dictus est sermo factus est firmus &c. Act. 7. Hic est moyses q̄ fuit in ecclesia in solitudine cū angelo qui loquebat ei in mō te synai &c. Non effugerunt scz vltionē diuine legis. Job. 11. Effugiū peribit ab eis. Supra. 2. Dis preuari catio & inobediētia accepit iustā mercedis retributionē. Sequit cōclusio per locū a minori. Si illi qui recusa uerūt loquentē de terra non effugerūt: multomagis nos qui aduertimus loquentē de celo nō debemus recusare quia scz min⁹ possemus effugere. Me enī qui nobis lo quit in nouo testamēto xp̄us scz iam est in celis. Math. vlti°. Dns quidē iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celū. Deutro. 4. De celo audire te fecit vocē suaz vt doceret te. Doctrina ergo veteris testamēti est doctri na xpi loquētis de terra ꝓpter duo. Primo quia ibi sub figura terreno; tradunt celestia. Item ibi ꝑmittebant terrena: sed doctrina noui testamēti est xpi loquentis de celo: quia terrena cōuertim⁹ in significationē celestiuz p intellectū misticū. Item in ipo ꝑmittunt celestia. Mat. 10. Ecce enī merces vestra copiosa est in celis. Job. 3°. Si terrena dixi vobis & nō creditis quomō si dixero vo bis celestia credetis. Consequēter cōparat ad inuicez vtrūq; testamentū quantū ad efficaciā locutōis. Et de ef ficacia quidē locutiōis veteris testimēti dicit. Cui⁹ vox mouet terrā tūc id est fecit cōmotionē in terra multiplici ter quia per signa in egypto per diuisionē maris. per mo tū terre in deserto. ps. Terra mota est & enī celi distilla uerūt &c. In quo significat q; tota illa locutio cōmouebat corda p terrena ꝑmissa. Deinde cū dicit. Nūc autē repromittit &c. subligit quantū ad efficaciā noui testa stamēti. Et ꝓbat eam per auctoritatē pphete. & post ex ponit eā ibi. Quod autē dixit &c. Auctoritas illa ponit aggei. 2. Non tamē scōm litterā nostrā. Nos enī sic ha benius. Adhuc vnū modicū est & ego mouebo &c. Apo stolus autē accipit sic. Adhuc semel & ego mouebo nō so lum terrā sed etiā celum. Et est sensus idē. Et manifestū est q; ista prolata fuerūt tempore veteris testamēti circa finem eius. scz post reditū transmigratiōis eius quo tem pore nihil restabat de veteri testamēto. Ergo manifestū est q; illud qō promittebat erat in ꝑplendū in nouo testa mēto scz nouū celū & noua terra. Esa. 65. Ecce ego creo nouos celos & terram nouā. Que quidē creatio ostensa est in spiritu iohānī. Apoc. 21. Et vidi celū nouū & terrā nouā. In illa enī innouatiōe mouebunt celi. Potest aūt celū dupliciter accipi. Uno modo celū aereū & istud igne vltime flagratiōis purgabit vt supra dictū est. 10. capi. Alio modo celū sidereū. Et istud nō purgabit sed muta bit quantū ad nouū statū quia cessabit a motu & augebit claritas partiū eius. quia lux lune erit vt lux solis. & lux solis septēpliciter. vt dicit Esaie. 30. Dicit ergo. Nunc autē id est per nouū testamentū repromittit dicens: Ad huc semel & ego nō solū mouebo terrā: sed etiam celum. Consequēter cū dicit. Q; autē dixit &c. exponit verba prophetie & facit magnā vim in hoc q; dicit. Adhuc se mel. Q; enī dicit adhuc. oēdit q; mobilia sūt. Sed q; di cit semel. ostendit q; a statu mobilitatis & corruptibilita tis mutāda sē ad statū incorruptiōis & īmutabilitat⁹. Si enī post motionē illam remanerēt in statu mutatiōis nō diceret semel sed iterū & iterū. qō est contra ordinē qui voluit q; mundus in infinitū renouabit ac recuperabit. Dicit ergo. Q; autē dixit. Adhuc semel declarat trāsla tionē mobiliū ad statū. scz īmobilitatis. Et quasi aliquis quereret vtrū deus hoc possit faceret subdit. Tanq; fac tor. Omnia enī facta diuine potestati subijciunt. Unde sicut ex nihilo fecit ea deus: ita potest ea p sue volūtatis arbitrio īmutare. Et hoc vt maneāt ea que sunt immobi lia. id est quantū ad essentias suas principales remanē ant īmobilia: sed quantū ad aliquas accidētales dispo sitiōes mutabunt. ps. Et sicut opertoziū mutabis eos et mutabunt &c. Que supra. 1°. sūt exposita. Ex his patet q; ista in veteri testamēto & si mouebant non tamē ad sta tū incorruptiōis & īmutabilitatis: sed hoc fit tantū in no uo in signū q; promissa veteris testamēti erāt mutabilia non autē noui. Deinde cū dicit. Itaq; regnū īmobile &c. ponit cōclusionē principaliter intentā. postq; enī mul tipliciter cōmendauit gratiā & beneficia per xpm nobis collata & cōferenda principaliter intendit nos inducere ad seruiendū ei. Et hoc cōcludit q; exquo nobis in nouo testamēto promittunt bona īmobilia. debemus xpo qui repromittit seruire in timore & reuerētia. Et hec est con clusio principalis vnde primo resumit beneficiū exhibi tum dicens: Itaq; exquo. scilicz deus nobis repromit tit celū et terrā immobilia per que designantur bona fu tura immobilia & sempiterna habemus. id est reddim⁹ gratiā. id est gratiarūactionē. 2c. corint. 9. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius. Et hoc cōcipiētes. id est quia suscipimus & si nō in re tamē in spe ꝑmissionis regnū immobile. ps. Regnū tuū regnū omniū seculoz. Luce. 1. Regni eius nō erit finis. Vel per gratiā intelli git donū gratie qō in presenti recipimus tanq; pignus eterne glozie. Et ideo dicit. Itaq; suscipiētes regnū im mobile. id est future glozie qō nobis promittit. Luc. 12 Nolite timere pusillus grex: quia cōplacuit patri vestro dare vobis regnuz. Quod enī speramus habemus. scz gratiā quā tanq; quoddā glozie inchoatiū accipimus. Sicut enī natura nō deficit in necessarijs: multo minus deus. Et ideo dat nobis spez illius regni. & per ꝓsequēs gratiā per quā pueniam⁹. Rom. 5°. Accessum habem⁹ per fidem in gratiā. ps. Gratiā & glorią dabit dominus Sequit. Per quā seruiamus placētes deo cū metu & reuerētia. vbi inducit ad obsequiū vt a nobis requisitū. Dictat enī ratio naturalis q; ei a quo multa beneficia re cipimus obligamur ad reuerentiā & ad honorē exhiben dum. Ergo multo fortius deo qui nobis maxima dona uit & infinita repromisit. Et ideo dicit q; per istā gratiaz scz nobis datā & dandā seruiamus deo placētes cum me

tu ⁊ reuerētia. Non em̄ sufficit tantū seruire deo quod potest fieri per actionē exteriorem nisi etiā placeamus ei per intentionē rectā ⁊ per amorē. Sapiēn.4°. Placēs deo factus est dilectus. p̄s. Placebo dom̄o in regione viuor̄. Maxime autē seruit̄ deo per obsequiū interius. p̄s.⁊ Luc.1. Seruiamus illi in sanctitate ⁊ iustitia. Deus autē propter creationē dicit̄ dominus. ꝓpter regenerationē vero pater. Dom̄o autez debeť timor: sed patri amor ⁊ reuerētia. Malach.1. Filius honorat patrē ⁊ seruus dominū suū timebit. Si ergo pater ego sum vbi est honor meus. Et si domin⁹ ego sum. vbi timor meus. Ergo deo seruiendū est cum metu ⁊ reuerētia. p̄s. Seruite dom̄o in timore ⁊ exultate ei cū tremore. ¶ Qꝫ autē ita debeamus seruire deo. ꝓbat per auctoritatē sumptam: Deutro.4. Etem̄ deus noster ignis ꝯsumens est. Hoc autē q̄ deus dicit̄ ignis non dicit̄ hoc scōm dyonisiū q̄ sit aliq̄d corporeū: sed quia intelligibilia designant̄ per sensibilia inter que ignē reperimus habere maiorē nobilitatē ⁊ maiorē claritatē. Item maiorē actiuitatē. Item maiorē altitudinē in situ. Item est magis purgatiuus ⁊ cōsumptiuus. ideo deus precipue nominat̄ ignis ꝓpter eius claritatē quia lucē habitat inaccessibilē. 1ᵉ. thymo. 6. Item quia maxie actiuus Esaie. 26. Om̄ia opera nostra operatus es in nobis. Item altior est in situ. p̄s. Excelsus super om̄es gentes dn̄s ꝛc. Item purgat peccata ⁊ quasi cōsumit. Unde dicit hic q̄ est ignis cōsumens scz peccata. Malach.3°. Ipse em̄ quasi ignis cōflans. Et sequit̄. Et purgabit filios leui. Supra.1. Purgatio nē peccator̄ faciens. Item cōsumit peccatores puniēdo Supra.10. Terribilis aūt quedam expectatio ⁊ ignis emulatio que cōsumptura est aduersarios. Et ideo quia ista nobis ꝓmissa sunt. Esa.10. Erit lumē israel in igne ⁊ sanct⁹ eius in flāma. p̄s. Ignis ante ipm̄ precedet ⁊ inflāmabit in circuitu inimicos eius. Et ideo debem⁹ studere ad seruiendū ⁊ placendū deo.

Capitulū tredecimū.

Caritas fraternitatis maneat in vobis: et hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Memētote vinctorum tanq̄ simul vincti: ⁊ laborantium tanq̄ ⁊ ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus: ⁊ thorus immaculatus. Fornicatores enim ⁊ adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaritia: contenti presentibus. Ipse enim dixit. Non te deseram neq̄ derelinquam ita vt confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor est: non timebo quid faciet mihi homo. Mementote prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbū dei quor̄ intuētes exitū cōuersatiōis imitamini fidē. Jesus xp̄s heri ⁊ hodie ipe ⁊ in secla.

Postq̄ supra monuit eos apostolus qualiter se debent habere ad perferēda mala: hic monet quomō se debeant habere ad operandū bona. Unde scōm glo. ab isto loco incipit mozalis instructio post cōmendationē ⁊ exhortationē ad imitandū ipm. Et circa hoc duo facit. Primo enim hortat̄ ipos ad bonū. Secūdo orat pro eis ibi. Deus autem pacis ꝛc. Circa primū tria facit. Primo enim ostendit quomō debent bonū operari quantū ad proximos. Secūdo quantū ad seipos. ibi. Honorabile cōnubiū ꝛc. Tertio quantū ad prelatos ibi. Memētote prepositor̄ vestror̄ ꝛc. Dicit ergo quantū ad primū sic. Dictum est q̄ pmissus est nobis regnū immobile. ad quod si volumus peruenire necesse est nos charitatē habere. Ergo charitas fraternitatis maneat in vobis. 1ᵉ. Johā. 4°. Qui non diligit fratrē suū quem videt: deū quem nō videt quomō potest diligere? Item. 1ᵉ. petri. 2. Omnes inuicem honorate: fraternitatē diligite. Quia vero charitas nō est ociosa vt dicit Gregor⁹. ideo hortat̄ ad opera charitatis. 1ᵉ. Joh. 3°. Non diligam⁹ verbo neq̄ lingua sed opere ⁊ veritate. Ideo dicit q̄ debem⁹ ostendere charitatē peregrinis per hospitalitatē. vinctis per compassionē. pauperibus per subuentionē Et primū ponit ibi. Et hospitalitatē nolite obliuisci ꝛc. Secundū ibi Mementote vinctor̄ ꝛc. Tertiū ibi. Et laborantiū ꝛc. Dicit ergo quantū ad primū. Nolite obliuisci hospitalitatis. Et dicit obliuisci: quia isti aliquādo in ꝓsperitate sua multū fuerāt hospitales. Sed modo depauperati erāt ⁊ ideo nō ita bene poterant. Tamē animat eos ad cōtinuandū scōm possibilitatē suam. Rom̄. 12. Hospitalitatem sectātes. Et specialiter facit mentionē de hospitalitate quia qui peregrinos recipit tria opera misericordie simul implet. quia ⁊ recipit ⁊ cibat ⁊ potat. 1ᵉ. Joh. 4°. Hospitales inuicē sine murmuratiōe. Et subdit rationē quia per hāc multi placuerūt angelis hospitio receptis sicut patet de abrāā ⁊ loth. Gen̄. 19°. Alia littera habet Per hāc quasi nescientes receperūt angelos. quia non credebāt eos esse angelos. quod verū est in principio vnde q̄ abraam adorauit eos putauit q̄ essent viri sancti a deo missi ⁊ adorauit eos adoratiōe dulie que exhibeť sanctis. ⁊ quasi hominib⁹ cibos obtulit. Sed postmodū intellexit eos angelos in quibus deus loquebať. Et locutus est eis sicut deo dicens. Non est hoc tuū qui iudicas oēm terrā. ⁊ similiter loth. ¶ Quantū ad secundū dicit. Memētote vinctor̄ illor̄. scz qui propter deū missi sunt in carcerē. mementote visitādo redimendo tanq̄ essetis simul corporaliter cū eis vincti. Hoc em̄ est aliud opus misericordie. Math. 25°. In carcere eram ⁊ venistis ad me. Contra qō Esa. 14. dicit̄ Uinctis eius nō apperuit carcerē. Hoc ipi aliquando fecerūt sicut patet supra. 10. Specialiter aūt hoc pertinet ad opus misericordie: aliena miseriā suam reputare. ¶ Quantū ad tertiū dicit. Et laborantiū siue laboze corporali. p̄s. Labores manuum tuarū quia manducabis sine sollicitudine spirituali. 2ᵉ. tymothei. 2°. Laborantē agricolā oportet primū de fructibus percipere. Siue in malis sustinēdis. Eccl'. 1°. Et cognoui q̄ in his quoq̄ esset labor ⁊ afflictio spirit⁹. Breuiter tota presens vita labor quidā est. Job. 5. Homo ad laborē nascit̄ ⁊ auis ad volatū. Supple memētote tanquā ⁊ ipi in corpore morātes. Per quod experti estis q̄d necesse sit laborātibus. Eccl'. 31°. Intellige que sunt ꝓximi tui ex teipo. Math. 7. Om̄ia quecūq̄ vultis vt faciāt vobis homines eadē ⁊ vos facite illis. ¶ Deinde cū dicit. Honorabile connubiū ꝛc. monet bona facere quantū ad seipm. Et circa hoc duo facit. Primo em̄ ponit monitionē contra cōcupiscentias carnalium delectationū. Secūdo contra cupiditatē rerū exteriorum. ibi. Sint mores sine auaritia ꝛc. Primo ergo pōit monitionē dicens: Honorabile ꝛc. Circa qō sciendū est q̄ circa venerea dupliciter cōtingit peccatū. Uno mō per illicitam coniunctionē soluti cum soluta. ⁊ q̄tum ad hoc dicit: Honorabile cē nubium supple sit in omnib⁹ q̄ contingere nolūt nō ꝓiunctio fornicatioria. Et dicit̄ honorabile quādo sit ꝑm debitas circumstantias matrimonij. Ex

quo patet q̄ actus matrimonialis potest esse sine peccato. quod est cōtra hereticos. 1. Corin. 7. Si nupserit virgo non peccauit. Unde dominus ad ostendendum bonū esse actum matrimonij: primum signum fecit in nuptiis t matramonium nobilitauit presentia sua corporali et nasci voluit de coniugata. Alio modo per violentiā thori maritalis quando scz vir accedit ad alterius vxorem: vel mulier ad alterius virū. Et quantū ad hoc dicit. Et thorus immaculat⁹. Et Sap. 14. Necz vitam neczz nuptias mundas iam custodiunt. sed alius alium p̄ inuidiam occidit aut adulterans contristat. Item capitulo tertio. Felix sterilis t incoinquinata. t que nescuit thorum in delicto. habebit fructum in respectione animarū sanctar. ¶ Subdit autē apostolus rationē t icens: Fornicatores enim t adulteros iudicabit deus. In quo elidit errorem aliquorum dicentium q̄ deus peccata carnalia non punit nec curat. Ephe. 5. Nemo vos seducat inanib⁹ verbis. ꝓpter hec enim scz propter peccata carnalia que premiserat venit ira dei in filios diffidentie. Ideo dicit hic q̄ fornicatores propter hoc q̄ dixit thorus immaculatus deus iudicabit id est cōdemnabit. Ephe. 5. Omnis fornicator aut immundus aut auarus quod est idolorum seruitus nō habet partem in regno dei t xp̄i. ¶ Deinde cū dicit. Sint mores &c. p̄hibet cupiditatē bonorum exteriorum: circa que contingit peccare duobus modis. Uno em̄ modo per tenacitatem. Alio modo p̄ cupiditatem. Liberalitas em̄ est virtus que ponit medium circa pecunias q̄tū ad dationē t q̄ntum ad acceptionē. Quātum ad primum scz contra tenacitatez dicit. Sint mores sine auaritia. Auarus em̄ dicit nimis tenax quasi aurid⁹ eris. Unde Ecc. 10. Auaro nihil est sceleſtius. Quantū ad secundum dicit. Contenti presentibus. Illi qui semp̄ his que habent volunt alia cumulare non sunt contenti presentib⁹. 1. Timo. 6. Habentes alimēta t quib⁹ tegamur: his contenti simus. Uel qō dicitur. Sint mores sine auaritia. p̄hibet auaritiam q̄tum ad cupiditatē t tenacitatem. Cum vero dicit. contenti presentibus. excludit causam auaritie scz sollicitudinē. Matth. 6. Nolite solliciti esse &c. Non enim p̄hibet q̄ homo non sollicitetur de rebus in posterum necessarijs. sed q̄ cura t sollicitudo non preoccupet mentem. Sic em̄ qui preoccupat futurā sollicitudinē sollicitus est in crastinū. ¶ Deinde cum dicit. Ipse enim dixit &c. ponit monitionis rationē. Et est ratio quare nō debemus superflue esse solliciti. sed tamen facere qō in nobis est scz cū fiducia diuini auxilij. Ipse enim dixit Josue. 1. Non te deseram id est q̄n ministrē tibi necessaria. neczz derelinquā scz fame pire p̄s. Non vidi iustum derelictum nec semen eius querēs panem. Uel nō derelinquā quin liberem te a malis. Et ex hoc causat fiducia in corde. ita vt confidenter dicam⁹ Esa. 12. Fiducialiter agā t nō timebo. t q̄ dicam⁹ illud p̄s. Dns mihi adiutor est nō timebo quid faciat mihi homo. Adiutor inq̄tum a malis liberat. p̄s. Adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Et ideo non timebo quid faciat mihi homo id est aduersarius quicūcz carnalis Esa. 51. Quis tu vt timeas ab homīe mortali. Uel diabolus qui dicit homo ab homine victus sicut scipio affricanus. Matth. 13. Inimicus hō hoc fecit. ¶ Deinde cū dicit. Mementote prepositor⁹ &c. ostendit quomodo debent bonū operari q̄tum ad prelatos. Et circa hoc facit duo. Primo em̄ ostendit quō se debēt habere ad mortuos. scz vt eorū sequant exempla. Secūdo quomō ad vinentes vt eis obediant ibi. Obedite prepositis vestris &c. Quantū ad primū duo facit. Prio em̄ oñdit quomō bonorum doctrinā imitent. Secundo quō malorum doctrinam deuitent ibi. Doctrinis varijs &c. Dicit ergo. Mementote prepositor⁹ vestrorū qui vobis locuti sunt verbum dei id est apostolor⁹ qui vobis predicauerūt Esa. 51. Attendite ad abraā p̄rem vr̄m &c. Non solū aūt p̄dicauerūt verbo: sed etiā facto ostenderūt. Matth. vlt. Sermonē confirmante seq̄ntib⁹ signis. Nō solū memētote verbor⁹: sed etiā intuemini exitum. 1. Mach. 2. Memētote operū patrū q̄ fecerūt i generationib⁹ suis t accipietis gloriā magnā &c Jac. 5. Exemplū accipite fratres mei mali exitus t longanimitatis t laboris et patientie ꝓphetas q̄ locuti sunt in nōe dñi &c. Sed non solū hoc imitemini scz exitum vt scz p̄ xp̄o sapiēter sustineatis: sz etiam conuersationē. ad bonā em̄ mortem' venitur p̄ bonam conuersationē. Imitamini etiā fidē illor⁹: vt ab illa non declinetis. ¶ Sequit. Jesus christus heri t hodie ipse t in secula. scōm glosam sic introducitur littera ista. Ipse enim supra dixerat quod scilicet dictum est Josue. Non te deserā neczz derelinquā. poterant isti dicere. Ille cui hoc dictū est bene debebat confidere de dei adiutorio. Nos autem non sic quibus non est dictum. Hoc removet apostolus dicens q̄ christus q̄ hoc tunc dixit Josue manet in eternum. Et ideo sicut tūc potuit ipsum iuuare. ita potest modo auxiliari nobis. Ideo dicit. Jesus christus heri t hodie &c. Uel potest referri ad immediate dictum. Jam enim dixerat q̄ deberent imitari apostolos. Poterant dicere q̄ non est simile q̄ illi immediate instructi fuerunt a christo t seruierūt sibi. nos autē nō sic Et iō dicit ap̄s q̄ christus manet. t ideo instruit nos ad seruiendum sibi. Unde dicit. Ipse christus heri scilicet in tempore primitiuorum apostolorum. et hodie scilicet in tempore isto ipse t in secula Matth. vltimo. Ecce ego vobiscum sum vsq̄z ad consumationem seculi. Apoc. 1. Dicit dominus deus qui erat t qui est t qui venturus ē omnipotens. p̄s. Tu autē idem ipse es t anni tui non deficient. In hoc ergo ostendit apostolus eternitatē xp̄i

Lectio secunda

Doctrinis varijs t peregrinis nolite abduci. Optimū est em̄ gr̄a stabilire cor: non escis que nō profuerunt ambulantibus in eis: Habemus altare: de quo edere non habent potestatē qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animaliū infertur sanguis p̄ peccato in sancta p̄ pontificē: horū corpa cremant extra castra. Propter qō t iesus vt sctificaret p̄ suū sanguinē p̄plm ex̄ portā passus est. Exeam⁹ igit ad eū extra castra: impropriū ei⁹ portātes. Nō em̄ habem⁹ hic manentē ciuitatē ſ futurā inq̄rim⁹. Per ipm ḡ offeram⁹ hostiā laudis sp deo id ē fructū labior⁹ confitentiū noī ei⁹. Beneficentie aūt t communionis nolite obliuisci. Talib⁹ em̄ hostijs p̄meret deus.

Supra monuit ap̄s ad imitandū exempla t conuersationem eorum qui decesserunt: hic monet ad insistendum doctrine eorum. Et circa hoc duo facit. Primo em̄ ponit monitionē suam. Secūdo assignat rationē ibi. Habem⁹ altare &c. Circa primum p̄ma in duas. Primo enim ponit monitionem suam in generali. Secundo exemplificat ipsam ibi. Optimū est em̄ gratia &c. Dicit ergo. Nolite abduci varijs t peregrinis doctrinis. quasi dicat. Ita dixi q̄ debetis imitari fidē ap̄lorū. Ergo a doctrina ipsor⁹ p̄ quācūcz aliam doctrinaz nolite abduci id est remoueri. Ubi

Explanatio sancti Thome

sciendum est q cum veritas consistat in medio cuius est vnitas. t ideo vni vero multa falsa opponi possunt sicut vni medio multa extrema. Doctrina ergo fidei vna est qz a puncto in punctū non conuenit ducere nisi vnam rectā lineam. Omnes alie doctrine multe sunt: qz a recto multis modis cōtingit deuiare. Et ideo dicit. Doctrinis variis id est diuisis Osee. 10. Diuisum est cor eorum nunc interibunt. Hee sunt ille doctrine de quibus .1. Ti. 4. Doctrinis demoniox in ypocrisi loquentiū mendatiuz. Item sunt peregrine scz a fide catholica. a nobis aūt tales doctrine nō sunt sustinende. qz non sumus hospites t aduene: sz sum9 ciues sanctorū t domestici dei Eph. 2 ¶ Deinde cum dicit. Optimum est em̄ gratia tc. exemplificat in speciali que sunt varie et peregrine doctrine. Unde sciendum est q in p̄mitiua ecclesia fuit vnus error q ad salutē necessaria erat obseruantia legaliū que precipue consistebat in quibusdā cibis sumendis: puta agni paschalis. Exo. 12. Et in abstinendo a quibusdaz cibis. sicut patet Leuit. 11. et in alijs multis locis. Alius error fuit q passim licebat uti delectationib9 corporalib9. Et iste fuit error nicolaitarum. Et de vtroq possunt hec verba exponi. sed magis ppie de p̄mo. Dicit ergo. Nolite abduci a veritate fidei p varias t peregrinas doctrinas. 2. Thessal. 2. Non cito moueamini a sensu vestro. Gal. 1. Miror q sic tam cito trāsferimini ab eo q̄ vos vocauit in gratiā xp̄i in aliud euangeliū. Deus em̄ a nobis requirit cor. puer. 23. Prebe fili mi cor tuū mihi. Et iō debet esse firmū t stabile. Contra quod dicit in ps̄. Cor meum dereliquit me. Hoc autē non stabilit escis corporalibus: sed p gr̄am iustificantē Ro. 3. Justificati gratis p gratiam ipsius t p redemptionē que est in christo iesu Et ideo dicit. Non escis que non profuerunt. Ro. 14. Non est regnū dei esca t potus. sed iusticia t pax t gaudium in sp̄usancto. Non est ergo stabilimentū cordis in imoderata vel superflua sumptione cibi: sz magis in gratia dei. ps̄. Paratum cor eius sperare in domino confirmatū est cor eius non cōmouebit donec tc. Spes aūt est quasi anchora stabiliens corda. supra. 6. Confugim9 ad tenendam ppositam nobis spem quam sicut anchorā habemus aīe tutaz t firmā. Et dicit q non p̄fuerunt ambulantibus in eis id ē sperantibus in eis. quia illis qui eis vtunt ad necessitatē p̄sunt ad salutē corporis. sed qui totum studium ponunt in eis ambulant in ipsis. t talibus nec p̄sciunt ad salutē aīe nec corporis. Jere. 11. Numq̄d carnes sancte auferent a te malicias tuas in quibus gloriata es. ¶ Deinde cum dicit. Habemus altare tc. assignat rationē et est valde subtilis. Sicut em̄ legit Leui. 16. Decima die septimi mensis sūmus sacerdos sanguinem vituli t hirci inferebat intra sancta p sua ignorantia t illorum corpora cremabant extra castra. Et qz erat oblatio sacerdotum nō cōmedebant carnes eorū. Quod em̄ offerebant pro peccato sacerdotum non comedebant sed extra castra comburebant. Ex ista ergo figura trahit aplus mysteriū. Per sanguinē em̄ illum figurabat sanguis xp̄i vt supra dictum est. 9. ca°. Vitul9 em̄ t hircus xp̄m figurabāt. qz vitulus erat hostia sacerdotalis: t hircus imolabat p peccato. In quo figurabat q christ9 debebat imolari p peccato non sui sed populi. Vitulus ḡ t hircus imolatus. est christus sacerdos seipsum offerēs p peccatis nostris. Sanguis ḡ xp̄i illatus est intra sancta t caro cremata ē extra castra. Ubi duplex est significatum. Unuz q xp̄s in ciuitate imolatus est linguis iudeorum. Unde t marcus dicit ipsum hora tertia crucifixū: licet hora sexta fuerit in cruce leuatus. Aliud q p virtutem passionis sue xp̄s intra celestia sancta nos introducit ad patrem. Qa autē corpora illox cremabant extra castra ꝑtum ad caput nostrū significat q xp̄s passur9 erat extra portam. Quantū vero ad nos qui sumus membra significat q p illis q̄ sunt extra castra legaliū vel exteriorum sensuū imolat xp̄s. Qui em̄ erant in castris de carnibus illis non comedebant. Hec est ergo figura quā ponit aplus. cuius p̄mo ponit significatū. Secundo ponit figuram ibi: Quorum em̄ animaliū tc. Tertio inducit conclusionē ibi. Exeamus igit ad ipsum tc. Dicit ergo. Stabiliamus corda nostra non escis sed gratia. Aliter em̄ non possumus: qz habemus altare tc. Istud altare vel est crux xp̄i in qua xp̄s p nobis imolatus est. Vel ipse xp̄s in quo t p quē preces nostras offerim9. Et hoc est altare aureum de quo dicit Apoc. 8. De isto ergo altari non habēt potestatē edere id est fructū passionis xp̄i percipere t ipsi tanq̄ capiti incorporari qui tabernaculo legalium deseruiunt Gal. 5. Si circumcidimini xp̄s vobis nihil proderit. Vel tabernaculo corporis deseruiunt q̄ carnales delectationes sequunt Ro. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Talibus em̄ nihil prodest .1. Corin. 11. Qui em̄ manducat t bibit indigne: iudicium sibi manducat t bibit. Dicit autē corpus tabernaculum qz in ipso tanq̄ in bello habitam9 contra hostes t modicū manet. 2. Pe. 1. Velox est depositio tabernaculi mei t ideo nō est ei deseruiendū. ¶ Deinde cū dicit. Quox em̄ animaliū tc. p̄sequit figuram ipsam. Et p̄mo figurā veteris legis. Secūdo figuram noui testamēti ibi. Propter qō t iesus tc. Quantū ad p̄imū dicit. Quorū em̄ animalium tc. Et potest legi littera ista duobus modis. Uno modo sic. horum animaliū corpora cremant extra castra scz vituli t hirci quorum sanguis infertur in sancta p pontifices p peccato sacerdotū t multitudinis. Aliter sic vt p illa animalia intelligat xp̄s vel sancti eius. Per oēs em̄ hostias veteris legis figurabat xp̄s t p cōseqns mēbra eius. Christi ergo cuius sanguis illatus est in sancta celestia p peccato totius mundi corpus igne passum in ara crucis extra portas hierusalē quasi extra castra crematū est. Vel etiam sancti extra castra id ē extra cōmunē societatē hominū igne charitatis ieiunijs: orationibus: t alijs operibus misericordie se cremant. Quorum id ē p quib9 efficaciter sanguis xp̄i in sancta illatus est. Primus sensus l̄alis est ꝓpter qō adaptat figuratū qō fuit in nouo testamento figure veteris testamenti vt sit consonantia inter ipsa. Unde dicit. Propter qō et iesus tc. Et patet totum. ¶ Deinde cum dicit. Exeamus igit ad eum tc. inducit duas conclusiones. Secūdā ibi. Per ipsum ergo tc. Quantū ad p̄imuz dicit. Ita dictum est q nos habem9 altare quod est extra castra. Duo ergo debemus facere scz ad ipsum accedere t super illud sacrificare. Modum accedendi ponit p̄mo dicens q sicut xp̄s passus est t improperium passionis extra portā sustinuit sic t nos exeamus ad eū extra castra id est extra cōmunē societatē carnalium vel extra obseruantiam legaliū. Vel extra sensus corporis portantes improperiū eius scz xp̄i: id est signa passionis xp̄i p quam christ9 factus est opprobrium hominū t abiectio plebis. ps̄. Improperiū expectauit cor meū t miseriam. Vel improperiū id ē renunciemus legalibus aduenientes veritate ꝓpter quod sumus iudeis improperiū id est signa penitētie que a carnalib9 improperant. supra. 11. Maiores diuitias estimans thesauris egyptiorum improperium christi. Sic enim accusatus est christus q subuerteret legē. ita apostolo improperabatur q predicaret nō deberi seruare legalia. Gal. 5. Ego autē fratres si circumcisionem adhuc predico q̄d adhuc persecutionem patior. Subdit aūt rationem hui9 dicens. Nō em̄ habem9 hic manentē ciuitatē sed futurā inquirim9. Homo enim libēter manet in loco suo ꝓprio

Finis enī noster non sunt legalia nec temporalia: sed finis noster xps ē. Ro. 10. Finis noster xp̄s ē ad salutē oī credenti. Mō ergo habem⁹ hic manentē ciuitatē sed vbi ē xp̄s: ergo exeam⁹ ad ip̄m. Col. 3. Si cōsurrexistis cum xp̄o que sursum sunt querite vbi xp̄s ē in dextera dei sedens ꝛc. Esa. 33. Respice syon ciuitatē solēnitatis nr̄e. supra. ii. Expectabat fundamēta habentē ciuitatē cuius artifex ⁊ conditor dom̄in⁹. Item meliorem ciuitatē appetunt id ē celestem. Ad ip̄m enim intendimus transferri sicut ad locū ⁊ altare nostrum. Ergo exeundū ē ad illud. ¶ Deinde cum dicit. Per ip̄m ergo offeram⁹ ꝛc. ponit secundam conclusionē q̄ sc̄z sup istud altare sacrificare debemus ⁊ qualia sacrificia. Duplex ē autē sacrificiū qō sup altare xp̄i offerre debemus. s. deuotionez ad deum ⁊ miserationē ad p̄imū. Quantuz ad p̄imū dicit q̄ postq̄ nō sunt offerenda sacrificia legalia. p̄s. Sacrificium ⁊ oblationē noluisti. ergo per ip̄m id ē per xp̄m offeram⁹ semper deo hostiā laudis. p̄s. Sacrificiū laudis honorificabit me. Istud autē sacrificium laudis vocat fructum labiorum. i. cōfessionē vocis. Melius enim laudat deus ore q̄ occisione animaliū. Unde dicit. Fructū labiorum confitentiū nomini eius. Hoc est enim necessarium. Ro. 10. Corde creditur ad iusticiam ore autez confessio fit ad salutem. Osee. 14. Reddem⁹ vitulos labioz nostrorum Esa. 57. Creaui fructum labiorū pacem. Hoc autē sacrificium debet esse semp. i. cōtinue: sicut in lege erat iuge sacrificium: sicut patet numeri. 28. p̄s. Benedicam dn̄m in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Aliud sacrificiū ponit cum dicit. Beneficentie aūt ⁊ cōmunionis nolite obliuisci. Quasi dicat. Olim ope exhibebat⁹ opa misericordie: modo aūt saltē corde ⁊ si non potestis ope. Et ideo dicit. Nolite obliuisci beneficentie. i. liberalitatis quantū ad ea que datis. Largus enī⁹ beneficus dicit Sal. 6. Bonū autem facientes nō deficiamus. Eccl. 12. Benefac humili ⁊ nō dederis ip̄io. ¶ Et nolite obliuisci cōionis q̄tum ad ea q̄ p̄batis vt tpe suo cōicetis. Act. 2. Erāt q̄ credebāt erāt pariter ⁊ habebāt oīa cōia. Ro. 12. Necessitatibus sanctorū cōmunicantes. Vel cōionis id est charitatis p quā sunt omnia cōia. ¶ Quare autez istud duplex beneficiū offerre debeam⁹ ostendit dicens: quia talibus hostijs promereā passiue deus. i. possumus deum mereri talibus sacrificijs. Ip̄e enim ē merces nr̄a quam istis operibus possumus acquirere Gen. 17. Ego protector tuus sum ⁊ merces tua magna nimis. p̄s. Tūc acceptabis sacrificiū iusticie ꝛc. Esa. 19. Colent eum in hostijs ⁊ munerib⁹ ⁊ vota vouebūt domino ⁊ soluent.

Lectio tertia.

Obedite p̄positis vestris: ⁊ subiacete eis. Ipsi enim peruigilāt quasi rationem p̄o animabus vr̄is reddituri: vt cum gaudio hoc faciant ⁊ non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Ora te p̄o nobis. Confidimus enim: quia bonā cōscientiam habemus in omnib⁹ bene volentes conuersari. Amplius autez deprecor vos hoc facere quo celeri⁹ restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnū ouium in sanguine testamenti eterni dominū nostruz iesum christū aptet vos in omni bono vt faciatis eius voluntatem: faciens in vobis qō placeat coraz se per iesum christum cui est gloria in secula seculorum Amen. Rogo aūt vos fratres vt sufferatis verbum solacij. Etenī perpaucis scripsi vobis. cognoscite fratrē vestrum Timotheum dimissum cum quo si celerius venerit videbo vos. Salutate omnes p̄epositos vr̄os ⁊ oēs scōs. Salutāt vos de italia fratres: gratia cū omnib⁹ vobis Amen.

Supra monuit ap̄ls quō se debent habere ad p̄latos mortuos vt sc̄z in fide ip̄orū permaneant: hic monet eos qualiter se debeāt hr̄e ad viuētes: ⁊ p̄mo quō ad alios. Scō quō ad seip̄m paulū ibi. Orate p nobis ꝛc. Dicit ergo. Obedite p̄positis vr̄is. Ubi cōsiderandū ē q̄ duo debem⁹ p̄latis. s. obedientiā vt ip̄orū mādata impleam⁹ Unde dicit. Obedite ꝛc. p̄m Re. 15. Melior est obedientia q̄ victime. Itē reuerentia vt eos honorem⁹ tanq̄ patrē ⁊ ip̄orū disciplinā toleremus. Et iō dicit. Subiacete eis. p̄me p̄e. 2. Subiecti estote oīi humane creature. Ro. 13. Qui potestati resistit dei ordinationi resistit. ¶ Rōnem subiectiōis subdit dicēs: Ip̄i em̄ peruigilāt ꝛc. Quare enim debeam⁹ obedire ⁊ subijci p̄latis. Hoc est iō q̄ incumbit eis labor ⁊ periculū imminet. Ad q̄tum ad laborē sollicitudinis qui eis incūbit de regimīe subditorum dicit q̄ ip̄i peruigilant. i. perfecte vigilant. Ro. 12. Qui p̄est in sollicitudine. Vigilare em̄ sup gregē commissū incūbit p̄latis. Unde Luc. 2. dicit p̄astores per quos designanē p̄lati erant vigilātes ⁊ custodiētes vigilias noctis sup gregē suū q̄ dū dormiūt hoīes inimicus hō supseminat zizania in medio tritici. vt dicit Mat. 13. ¶ Quantū aūt ad periculū qō imminet dicit. Quasi p aīabus vr̄is reddituri rōnem. Hoc ē enī maximū periculū hominē de factis alteri⁹ rōnez reddere q̄ p suis nō sufficit. 3. Re. 20. Custodi virū istū qui si lapsus fuerit erit aīma tua p aīa illi⁹. Reddēt em̄ p̄lati in die iudicij rōnē de sibi cōmissis qū fiet eis illa qō. Jere. 13. Ubi ē grex qui datus ē tibi pecus inclitū tuū. Quid dices cū visitauerit te Tu em̄ docuisti eos aduersū te. s. loquēdo bona ⁊ faciendo mala ⁊ erudisti i caput tuū p malat ua exēpla. Greg⁹. Scire debēt p̄lati q̄ tot mortib⁹ digni sūt quot exēpla p ditōis ad subditos trāsmittūt. Prouer. 6. Fili si spoponderis p amico tuo defixisti apud extraneū manū tuā illaqueat⁹ es verbis oris tui ⁊ capt⁹ pprijs sermonib⁹ Fac ergo qō dico fili mi ⁊ temetip̄m libera q̄ incidisti in manū p̄imi tui. Discurre festina suscita amicū tuū ꝛc. Prelatus em̄ manu. i. exēplo boni opis ⁊ ore. i. p̄dicatōe obligat se xp̄o p subditis. Dicit aūt xp̄s extrane⁹: qz vt dic̄ Bernard⁹ Amic⁹ ē in spōsione sc̄z extraneus i exigenda rōne. Sz nō videt q̄ aliqs teneat reddere rōnē nisi pro se tm̄. 2. Cor. 5. Oēs nos mānifestari oportet aū tribunal xp̄i vt recipiat vnusq̄sq; p̄pria corpis p̄ut gessit Rūdeo dicēdū ē q̄ q̄libet p̄ncipalr̄ reddet rōnē de factis suis. Sz in q̄tū actus sui q̄dāmō p̄tinēt ad aliū in tm̄ reddet rōnez de illo. Facta aūt p̄lati p̄tinēt ad subditos p̄m illō Ezech. 3. Fili hoīs speculatorē dedi te domui isr̄l et audies de ore meo v̄bū ⁊ annūciabis eis ex me. Ubi sequit̄ q̄ si p̄lat⁹ q̄ noīe speculatorꝭ intelligit̄ nō ānunciauerit impio: ipe q̄dem impi⁹ i iniq̄tate sua morie. Sz sanguis de mānu speculatorꝭ inq̄reā. Si igit̄ peruigilant q̄si reddituri rōnez p nobis ⁊ nos debem⁹ qō i nobis est facere. s. obedire ⁊ nō rebellare vt ip̄i cū gaudio hoc faciāt nō gemētes. i. sustineāt p̄iculū ⁊ laborē p nobis cuz gaudio ⁊ nō cuz gemitu: qz bon⁹ p̄lat⁹ multuz gaudet q̄n videt subditos bñ opantes: qz tūc labor su⁹ nō ē inanis. 3. Jo. Maiorē hoy

graz nō habeo q̄ vt audiā filios meos i ṽitate ambulare. Philip. 4. Itaq; frēs mei charissimi ⁊ desiderantissimi gaudium meum ⁊ corona mea sic state in dño charissimi. ¶ Ipsi aūt gemunt in rebellione vestra. Gal. 4 Filioli mei quos iterum parturio donec formetur christus in vobis. Jere. 9. Quis dabit capiti meo aquam ⁊ oculis meis fontem lachrymarū ⁊ plorabo die ac nocte interfectos filie populi mei. Gemunt etiam compatiendo quando propter rebellionem nostram nō consequmur fructum laborū ipsorum qui est fructus eterne hereditatis. Esa. 33. Ecce videntes clamabūt foris: angeli pacis amare flebunt. ¶ Subdit autē rōnem quare debem⁹ obedire eis quia non expedit nobis q̄ scilicet ipsi gemant p nobis ex rebellione nostra. Deus enim vindicabit pro ipis. ps. Irritauerunt moysen in castris aaron sanctum domini. Aperta est terra ⁊ deglutiuit dathan ⁊ operuit super congregationē abiron. Esa. 63. Ipsi autē ad iracundiam prouocauerunt eum ⁊ afflixerunt spiritum sanctuz eius. ¶ Sequitur. Et cōuersus est eis in inimicuz ⁊ ipse debellauit eos. Nota autem q̄ dicit. Non expedit vob. non enim dicit. Non expedit illis. Hemere eīm pro cōmissis subditorum bene expedit prelatis. Sic gemebat Samuel super reprobationē saulis. p̄mi Reg. 15. et. 16. ¶ Deinde cum dicit. Orate pro nobis ⁊c. monet apostolus qualiter se debeant habere ad ipsum. Petit enim q̄ ipi orent pro eo. Simile habeē Roma. 15. Obtecro vos fratres per dominū nostrum iesum xp̄m ⁊ per charitatez spiritussancti vt adiuuetis me in orationibus vestris: qz sicut dicit ibi glo. Impossibile est id est valde difficile p̄ces multorū nō exaudiri. Mat. 18. Si duo ex vobis consenserint sup terram de omni re q̄cunq; petierint fiet eis a patre meo. In hoc ergo q̄ apostolus qui certus erat q̄ deo erat acceptus petit orari pro se: ꝓcutit superbiam ali quorum qui dedignantur ab aliis preces petere: vt dicit glo. ¶ Rationem sue petitionis assignat dicens. Confidimus enim ⁊c. quod potest duobus modis intelligi. Uno modo respectu ipsorū quoruz petit orationes: quia cum apostolus iudeis nō predicaret: sed tantum gentib⁹ non videbatur eis acceptus. Et ideo poterant se excusare ne exaudirent petitionem eius: ⁊ ideo dicit quasi se excusando q̄ ipe non habet conscientiā quin bonū ipsorum velit. Unde dicit. Confidimus eīm q̄ nos habemus bonam conscientiam q̄ volumus vos bene cōuersari i omnibus. Per qō dat intelligere q̄ etiā intendit eis ꝓdesse cum poterit. Quia vero bonum conscientie est a solo deo: ideo illud attribuit fiducie quam gerit de ipso. Vel potest referri ad ipm apostolum: quia cum non p̄dicaret iudeis non videbatur dignus q̄ orōnes pro ipo fierent: qz dom⁹ nō exaudiret eas: quia hostis fidei ipsorum videbatur: sicut dicitur Jere. 7. Tu ergo noli orare p populo hoc neq; assumas pro eis laudem ⁊ orōnem ⁊ non obsistas mihi quia non exaudiam te. Hoc ergo remouet apostolus dicens. Orate pro nobis quia nō habem⁹ conscientiam alicuius peccati nec alicui⁹ malefacti sed confidimus. Nec ait. certi sumus quia delicta quis intelligit. Eccl. 9. Nescit homo vtrū amore aut odio dign⁹ sit p̄me Coz. 4. Mihil mihi conscius sum sed in hoc nō iustificatus sum. Quia ergo bonā conscientiam habemus bene volentes cōuersari in omnibus: ideo nō repugnat mihi quin orōnes vestre sint vtiles. ¶ Deinde cuz dicit. Amplius aūt deprecor ⁊c. assignat aliā rōnem quare debēt orare pro ipo: qz sez hoc erit eis vtile. Unde dicit. Amplius id est propter aliud deprecor hoc vos facere. sez orare quo restituar vobis celerius qō erit ad vtilitatem vestram. Ro. p̄mo. Desidero videre vos vt aliquid impartiar vobis gratie spiritualis. Apls aūt qui sic pro omnibus factis suis recurrit ad oronez insinuat nobis q̄ oēs vie eius ⁊ facta ordinabantur ab ipo fm dei dispositiōez Job. 37. Nubes spargunt lumen suum que lustrant cuncta per circuitum: quocunq; eas voluntas gubernantis duxerit. Per nubes eni predicatores ⁊ apostoli intelliguntur. Esa. 60. Qui sūt isti qui vt nubes volant. ¶ Deinde cum dicit. Deus autē pacis. ⁊c. orat apls pro ipis. ⁊ primo orat. Secundo aliquid ab ipis petendo se excusat ibi. Rogo autē vos fratres ⁊c. Circa primū primo describit eum quem orat dicens. Deus aūt pacis ⁊c. Pro primo enim effectus dei est facere pacem. Non enī ē de⁹ dissensionis sed pacis. p̄me Coz. 14. Item. 2. Coz. 13. Pacem habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiscuz Pax eīm nihil aliud ē nisi vnitas affectuū quos vnire est proprium solius dei: qz per charitatem que a solo deo est vniuntur corda. Deus etiam nouit colligere ⁊ vnire: qz deus est charitas que est vinculum perfectōis. Unde ipe habitare facit vnanimes in domo. ps. Homo inter se et deum pacem fecit per mysterium xp̄i. Et ideo dicit Qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium. Quādoq; autē dicitur xp̄s suscitatus per virtutem patris. Roma. 8. Si spiritus ei⁹ qui suscitauit iesum christum a mortuis ⁊c. Quandoq; vero dicitur seipsū suscitasse. ps. Ego dormiui ⁊ soporatus sum. Que tamē non contraria quia surrexit virtute dei que est vna patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti. Eduxit ergo de mortuis id est de sepulchro qō est locus mortuorū. Roma. 8. Quō surrexit xp̄s a mortuis per gloriā patris: ita vt nos in nouitate vite ambulem⁹. Dicitur autē xp̄s magnus pastor ouium. i. fideliuz ⁊ humilium. Joh. 10. Ego sum pastor bonus. ⁊c. Oues enix sunt qui deo obediunt. Ibidem. Et oues mee vocē meā audiunt. Dicit autem ipm pastorē magnū: quia omnes alij sunt vicarij eius qz ipe pascit oues proprias: alij vero oues christi. Joh. vltimo. Pasce oues meas. 1. Pet. 5. Cum apparuerit princeps pastorū percipietis imarcessibilem glozie coronā. Eduxit autē ipm in sanguine testamenti eterni id est in virtute sanguinis christi per quem confirmat testamentū nouū in quo eterna promittuntur ad differentiam veteris. xp̄s enim sanguinem suum dicit sanguinem noui testamenti. apostolus autē dicit eterni. Et ideo in cōsecratiōe sanguinis in forma ponit vtrūq;. Ipse vero xp̄s per passionē suam meruit sibi ⁊ nobis gloriā resurrectionis. Jō dicit q̄ eduxit dñm nostrū iesū xp̄m de mortuis in sanguine testamenti eterni. Phil. 2 Humiliauit semetipm ⁊c. Zach. 9. Tu vero in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos de lacu i quo nō erat aqua ¶ Consequenter subiungit petitionē suam cū dicit. Aptet vos in omni bono. Uolūtas enim humana cū sit quedam inclinatio rōnis: est principium actuū humanorum sicut gravitas ē principium motus graviū deorsuz vnde se habet ad actus rōnis sicut inclinatio naturalis ad actus naturales. Res autem naturalis dicit apta ad illud ad qō habet inclinationē. Sic etiam homo quando habet voluntatem bene faciendi dicitur aptus esse ad illud De⁹ etiā quādo īmittit homini bonā voluntatem aptat eū. i. facit ipsū aptū. Et ideo dicit. Aptet vos in oīi bono vt faciatis eius volūtatē. i. faciat vos velle omne bonum. Prouerb. 11. Desiderium iustorū omne bonū. Hec est enim voluntas dei scz velle qō deus vult nos velle. Aliter enim non est bona voluntas nostra. Volūtas autem dei est bonum nostrū. p̄me Thes. 4. Hec voluntas dei sanctificatio vestra. Ro. 12. Ut probetis q̄ sit voluntas dei bona ⁊ beneplacēs ⁊ pfecta. Dupliciē aūt aptat hō ad benefaciēdū. Uno mō exteri⁹ opando. Et sic vn⁹ hō aptat aliū psuadēdo vel cōminādo Alio mō aliq̄d interi⁹ exhibēdo ⁊ sic sol⁹ de⁹ aptat volūtatē q̄ sol⁹ ipā pōt